

CATECHESEOS
ECCLESIA RVM
IN GALLIA ET ALIBI
Reformatarum,
EXPLICATIO.

*Qua non tantum hypotyposis sanorum sermonum,
perspicua breuitate traditur & illustratur, sed &
varij variorum errores solide refelluntur.*

O P V S

A PAVLO CAROLO in Ecclesia & Academia Montalba-
nensi Pastore & SS^{tae} Theologiae Professore primò,
inchoatum & ab ANTONIO GARRISSOLIO
pariter in eadem Ecclesia & Academia Pastore
& Professore continuatum & absolutum.



GENEVÆ,

Sumptibus Petri Chouet.

M. DC. LVI,



10740

MAY 18 1968

10740

10740

10740

10740
University of California

10740





BIBLIOPOLA

LECTORI.



VM ante aliquot annos Vir celeberrimus
PAVLVS CAROLVS Montalbani summo
cum omnium applausu doceret Ecclesiæ iuxta
et Academie præclarum lumen, varios tra-
etatus Theologicos in prælectionibus edidit,
quos ex ore dictantis audiè p:o rei merito stu-
diosi calamo exceperè: Post complures autem alios, Catecheseos à
Summo Theologo Iohanne Caluino scriptæ, et ab Ecclesiis in Gal-
lia et alibi reformatis usitatae, expositionem flagrantissimis Au-
ditorum votis ac precibus iamprudem expeditam aggressus, commen-
tationes suas eruditionis recondite ac singularis acuminis plenas ad
vicesimam sectionem produxit, quæ dan propter longè maximam
vilitatem et multiplicem doctrinam cui locus et occasio per se
commodissimè dabatur, à SS:æ Theologiæ Candidatis incredibili
studio exciperentur, Vir longiori vita dignus obiu immaturo pre-
repius magno cum omnium desiderio opus illud imperfectum reli-
quit: Cuius laboris tacturam cum ægerimè ferrent quotquot viri il-
lius scripta oculis usurp:issent, Vir alter clarissimus ANTONIVS
GARRISSOLIVS eius in utroque munere collega coniunctissi-
mus, tum ut Auditoribus id à se flagitantibus gratificaretur tum ne
fructus operis inchoati periret, de absoluendo quod supererat confi-

lum inuit. Itaque breui post tempore id sibi pensi dedit, ac felicissimo
successu reliquas Sectiones lucubrationibus suis illustrauit & expli-
cuit quibus ad umbilicum opus istud perductum est: Cum vero soli-
cita studiosorum diligentia vndeque exquireretur & a plurimis
multo labore exscriptum omnium tereretur manibus, opera pretium
duxi auctoribus viris pietate & doctrina clarissimi si tractatum eo-
rum comprobatum calculo totq; propriis nominibus commendatum
in lucem ederem. Quare primò in id incubui ut exemplar emenda-
tissimum mihi compararem, ad oq; ipsum Auctorum autogra-
phum si qua ratione eius copia daretur Montalbano ad me trans-
mitti cum contendisse, Id a studiosorum apographis nulla in re
differre mihi certò significarunt. Quod ergo in mea potestate habui a
viro peritissimo sedulò recognosci & ab omnibus mendis si qua fo-
rent purgari operam dedi: Quanquam tamen totu n opus accuratis-
sima diligentia perlegit, plurimi dum sub prelo sudaret hypotheta-
rum & correctorum a Cœlio & magno nostro desiderio i. rcpserunt er-
rores quos ad syllabum retulimus. Hæc te monitum volui, studio se
Lector, ne tum iis tum aliis quibuslibet quæ forte insunt vitiis con-
donare graueris, donec typis iterum excusus liber emendatione pro-
deat. Quod cum bono Deo si prior h.ec editio proni ut speramus affe-
ctu excipiatur effectum dare ac vario præterea eiusdem eruditissimi
CAROLI trattatus quos p. manibus habemus simul pu-
blici iuris facere animus est. Interim hoc primo quod offerimus mu-
nere quod propter singulari operis præstantiam non potest omni
aquo rerum æstimatori non vehementer placere, cum ædificatione
ac emolumento ut toto peccatore exoptamus fruere.

CATE-



CATECHISMVS
ECCLESIAE GENEVENSIS,
ET
ALIARVM ECCLESIARVM
Reformatarum.

IOANNES CALVINVS, FIDELIEVS CHRISTI
ministris, qui per Frisiam Orientalem, puram Euangelij
doctrinam annunciant.

Vv m huc modis omnibus eniti nos conueniat, ut
inter nos reuceat illa quæ tantopere à Paulo
commendatur, fidei vnitas: ad hunc certe finem
potissimum solennis fidei professio, quæ Baptismo
communi annexa est debebat referri. Proinde hic
non perpetuum modò inter omnes consensum in pietatis do-
ctrina constare: sed vnam quoque Ecclesiis omnibus esse Cate-
chismi formam optandum esset. Verum, quia multas ob causas
vix vnam id poterit obtineri, quin suam quæque Ecclesia
propriam habeat, non est vehementius pugnandum: modò ta-
men ea sit in docendi modo varietas, qua ad vnum Christum
dirigamus omnes, cuius veritate inter nos copulati, sic in vnum
corpus coalescamus vnumque spiritum, ut eodem simul ore,
quæcunque ad fidei summam spectant, prædicemus. Ad hunc
scopum qui non intendunt Catechistæ, præterquam quod dissidij
materiam in religione ferendo, capitaliter nocent Ecclesiæ
impian quoque Baptismi profanationem inducunt. Quæ enim
amplius Baptismi vritatis, nisi maneat hoc fundamentum, ut

P R A E F A T I O.

consentiamus omnes in vnam fidem? Quid diligentius cauerent debent, qui Catechismos edunt in publicum, ne quid temere proferendo non in praesens modò sed etiam ad posteros, tum grauem pietati noxam, tum exitiale Ecclesiæ vulnus infligant. Hoc ideo præfari volui, vt id me quoque, sicuti par erat, non postremo loco speßasse, testatum esset lectoribus, ne quid in isto meo Catechismo traderem, nisi receptæ inter omnes pios doctrinæ consentaneum. Atque id ipsum quod profiteor, non vanum esse competent, qui candorem in legendō sanumque iudicium adhibuerint. Certe me consecutum esse confido, vt labor meus bonis omnibus, si non satisfaciat, gratus tamen sit, vt qui utilis ab ipsis censeatur. Quod autem Latinum feci, in eo si forte quibusdam non probabitur meum consilium, eius tamen multæ rationes mihi constant, quas nunc referre omnes, nihil attinet: tantum eligam, quæ ad vitandam reprehensionem sufficere videantur. Primum in hoc tam confuso dissipatoq; Christiani nominis statu, utile esse iudico, extare publica testimonia, quibus Ecclesiæ quæ longis alioqui locorum spaciis dissitæ, consentientem habent in Christo doctrinam, se inutuò agnoscant. Præterquam enim quod ad mutuam confirmationem non parum istud valet: quid magis experendum, quam ut sibi ultro citroq; gratulantes, piis votis aliæ alias Dominino commendent? solebant olim in hunc finem Episcopi, cum adhuc staret inter omnes vigeretq; fidei consensus, synodales epistolas trans mare mittere: quibus, tanquam tessellis, sacram inter Ecclesias communionem sancirent. Quanto nunc, in hac tam horrenda Christiani orbis vastitate, magis necesse est paucas Ecclesias, quæ Deum ritè inuocant, & eas quidem dispersas, & vndique circunseptas profanis Antichtisti synagogis, hoc sanctæ coniunctionis symbolum dare vicissim & accipere, vnde ad illum, quem dixi, complexum incitentur? Quod si hoc ad eò est hodie necessarium: quid de posteritate sentiemus? De qua ego sic sum anxius, ut tamē vix cogitare audeam. Nisi enim mirabiliter Deus è cœlo succurrerit, videre mihi videor extremam barbariem impendere orbì. Atque utinam non paulò pòst sentiant filij nostri, fuisse hoc verum potius vatici-

niūm

P R A F A T I O.

nium, quām conieeturam. Quo magis elaborandum nobis est, ut qualescunque Ecclesiæ reliquias, quæ post mortem nostram restabunt, vel etiam emergent, scriptis nostris colligamus. Et alia quidem scriptorum genera, quis noster omnium fuerit in religione sensus, ostendent: sed illustriore documento, quam inter se habuerint Ecclesiæ nostræ doctrinæ concordiam, perspici non poterit, quām ex Catechismis. Illic enim non modò quid semel docuerit unus homo, aut alter, apparebit: sed quibus à pueritia rudimentis imbuti perpetuò fuerint apud nos docti simul atque indocti: vt haberent hoc emnes fideles, quasi solenne Christianæ communionis symbolum. Atque hæc sanè præcipua mihi fuit edendi huius Catechismi ratio. Valuit ramen non parum quoque altera, quod cum à plurimis desiderari audiebam, quia lectu non indignum fore sperarent. Iudicio id an errore, pronuntiare non est meum, sed eorum tamen voto morem gerere æquum fuit. Quinetiam inicita mihi pro pedium necessitas erat, ne liceret impunè detrectare. Nam cùm ante annos septem edita à me esset brevis religionis summa sub Catechismi nomine: verebat nisi hoc in medium prolatō, anteuerterem, ne illa, quod nolebam, rursum excluderetur. Bono igitur publico si vellem consultum, curare me oportuit, vt hic, quem ego præferebam, locum occuparet. Præterea ad exemplum pertinere arbitror, re ipsa testatum fieri mundo, nos qui Ecclesiæ restitutionem molimur, vbique in hanc partem si deliter incumbere, vt saltem Catechismi usus qui aliquot ante hac seculis sub Papatu abolitus fuit, nunc quasi postliminio redeat. Nam neque satis pro sua utilitate commendari potest sanctum hoc institutum: nec Papistis satis exprobrari tam flagitiosa corruptela, quod illud in pueriles vertendo inceptias, non modò sustulerunt è medio, sed eo quoque ad impuræ & impiae superstitionis prætextum turpiter sunt abusi. Adulterinam enim illam confirmationem, quam in eius locum subrogarunt, instar meretricis magno ceremoniarum splendore, multisq; pomparum fucis sine modo ornant: quinetiam dum ornare volunt, execrandis blasphemias adornant, dum sacramentum esse iactant Baptismo dignius: vocantq; semichristianos, qui-

P R A E F A T I O.

eunque foerido suo oleo non fuerint infecti : interim vero tota eorum actio nihil quam histriconas gesticulationes continet: vel potius lasciuos simiarum lusus, absque villa æmulationis arte.

Vos autem fratres mihi in Domino chariss. quibus ipsum nuncuparem, id est elegi, quia præterquam quod me amari a vobis, & plerosque etiam vestrum scriptis meis delectari nonnulli ex vestro coetu mihi indicauerant, id quoque nominatim postularent a me per literas, ut hunc laborem sua gratia susciperem. Alioqui una illa satis iusta futura erat ratio, quod pridem ex piorum & grauium virorum relatu ea de vobis intellexi, quæ animum vobis meum penitus obstringerent. Nunc vero, quod vos sponte facturos confido, peto tamen a vobis ut hoc benevolentiae erga vos meæ testimonium boni velitis consulere. Valete. Dominus vos sapientiae, prudentiae, zeli, & fortitudinis spiritu in dies magis ac magis augeat in Ecclesiæ suæ ædificationem. Genevæ 4. Calendas Decembbris, M. D. XLV.

EXPLI-





EXPLICATIO CATECHESEOS ECCLESiarVM IN GALLIA

Reformatarum.

PRAEFATIO.

RES olim in Ecclesia fuerunt hominum ordines, Fideles Metropolites & Catechumeni. Fideles vocabantur, qui religionem & fidem in Baptismo professi communii jure fidelium fruebantur, Dei Verbum audiebant ἐνώπιον τῆς πύλης τῆς ναοῦ, precibus Ecclesiæ intererant, & ad Eucharistia & Ecclesiæ communionem admittebantur. Metropolites erant, qui admisso graviori aliquo scelere commune ius fidelium amiserant, & legitimum pœnitentiæ studium decurrentes in priorem dignitatem, quæ fuit ἡ μεθετικὴ τῆς ἀγρομετρίας, restituī cupiebant. Catechumeni erant, qui in primariis religionis Christianæ capitibus instituebantur. Hesychius καπιτχέμδροι οὐαδδόμδροι, quæ vox habetur Gal. 6.6. nominatur enim ὁ καπιτχέμδρος λόγων, qui instituitur in sermone. Propriè καπιτχέν est viva voce docere, ἡχεῖ enim est viva voce sonare. Postea καπιτχίζειν in Ecclesia dici coepit de iis, qui prima religionis Christianæ fundamenta viva voce docebant, eorum discipuli dicti sunt καπιτχέμδροι. Ut enim apud Græcos initiandi præceptis Eleusiniæ superstitionis per totum quadriennium informabantur, antequam ad ipsa sacra admissi fierent ἴποται, & Pythagorici quinquennium solidum silentio & ἔχενδια operati instituebantur, antequam intra velum sacrario illius Philosophiae obtentum reciperentur, & fierent ἴωτεροι: ita Christiani priùs instituebantur, & καπιτχέμδροι dicebantur, antequam vel sacro Baptismate tingerentur, ut

PRÆFATIO.

adulti, vel sacræ synaxi interessent, ut fuerunt pueri fidelium baptizati. Quemadmodum autem, Pythagoræi toto ἔχεινθιας suæ tempore dicebantur ἀκούσμοι; sic Christiani, toto κατηχήσως suæ tempore, auditores & audientes. Tertullianus lib. de Pœnitentia cap.6. Nemo sibi aduletur, quia inter auditorum tyrocinia deputatur. Et paulò post: An alias est intinētis Christus, alias audientibus. Auditores & audientes sunt κατηχέμενοι, i. Baptismi & Eucharistiae candidati. Catechistæ, qui catechumenos instituebant, Audientium doctores vocabantur. Cyprianus, epistol. 24. Optatum, inquit, inter lectores doctorem audientium constituimus. Rhenanus, in locum Tertulliani suprà citatum, notavit ex Eusebio hist. Eccles.lib.6 .cap.3. Primum post Apostolos apud Alexandriam Pantænum. Secundum Clementem. Tertium originem eius discipulum, hoc officio functos fuisse. Notat etiam Hieronymus adversus errores Iohannis Hierosolymitani, invaluisse hanc in Ecclesia consuetudinem, ut baptizandi per dies 11. instituerentur.

Nec solum in scholis instituebantur pueri, sed etiam in templo rogabantur de singulis Ecclesiæ Christianæ capitibus. Fuit in Ecclesia necessaria hæc παιδικὴ κατίχνοις, ut pueri veram & salutarem Dei cognitionem, quasi cum lacte nutricum exungentes, evaderent in domo Dei plantæ justitiæ, quæ cœlesti gratiæ Dei liquore irroratae, & irrigatae in gloriam Dei adolescent, & fructificant. Secundum publicum illum morem & institutum Ecclesiæ in Gallia reformatæ formulam unam ediderunt, quæ dicitur Catechismus ad pueros informandos, & cognitione τῷ σοργειωμένῳ imbuendos. Ut autem olim excellenti ingenio Viri Pantænus, Clemens & Origenes in scholis hæc rudimenta religionis Christianæ docuerunt: Sic si hanc Ecclesiæ in Gallia Reformatarum Catechesin explanandam suscepiamus, nihil putamus à Theologi munere alienum nos facturos.

Argu-

Argumentum totius Operis.

Duo sunt in Theologia consideranda, Sapientia scilicet, & Religio. Sapientiae munus est DEV M cognoscere; Religionis cognitione pie pureq[ue] venerari, quæ duo arctissimo & indissolubili vinculo connectuntur. Recl[er]e Lactanius lib. 4. instit. cap. 4. Non potest Religio à sapientia separari, nec sapientia à Religione secerni, quia idem est DEV S, qui & intelligi debet, quod est Sapientie, & honorari, quod est Religionis: Sed Sapientia precedit, Religio sequitur: quia prius est Deum sci- re, consequens colere. Hac duo in hoc Catechismo pertractantur. In quo agitur, Primo de Salutari Dei cognitione, qua nos ad DEV M contendit movet & promovet. Postea de Dei cultu, cuius quatuor expli- cantur partes, fiducia, obedientia, invocatio, & gratiarum actio.

IN SECTIONEM PRIMAM.



D navigantibus ad sidus aliquod dirigendus est cursus, ita nobis oportet ut proponamus aliquem finem, quod sint omnia bene vivendi consilia referenda, de quo suscipitur in hoc loco disceptatio. Et primò, non quærimus hic finem qualemcumque, puta intermedium, qui ad alium ipse referatur, sed ultimum, quem Græci vocant *isthmus*, *τελος*, Latinus extremum & ultimum appetendorum. Cicero definiuit lib. 1. definibus bonorum & malorum: Extremum, inquit, & ultimum bonorum, omnium Philosophorum sententiâ, tale esse debet, ut ad id omnia referri oporteat, ipsum autem nusquam. Secundò, Finem ultimum quærimus hominis, ut homo est; nam finis hominis, ut est Imperator, & exercitui præf[er]t, victoria est & pax: Finis hominis, ut est Medicus, est morbos propulsare, & inducere sanitatem: Finis hominis, ut est Iuri-consultus est componere lites, & controversias inter homines excita- tas dirimere. At nos investigamus ultimum hominis finem, ut est homo. Tertiò, Finis accipitur bifariam, vel pro ipsa, quæ dicitur Finis, vel pro adeptione, possessione & fructione rei ipsius. Sic vel pecuniam dici- mus finem avari, vel pecuniæ possessionem.

His præmissis, dicimus accipiendo finem, pro re ipsa quæ dicitur finis, Deum esse ultimum & præcipuum hominis finem: Finis enim ultimus est, ad quem omnia referuntur, ipse autem nusquam. Ad Deum autem omnia referuntur, quod Scriptura disertè testatur Proverb. 16. 4. Omnia

operator est Deus propter se. Et Roman. 2.36. Ex eo, per eum, & in eum sunt omnia: Ex & per fuerant χένται, & ordinem causæ efficientis, particula verò *is* in habitudinem Causæ Finalis. Et Hebr. 2. 10. Omnia dicuntur esse propter eum, & per eum, *καὶ γὰρ τοις*. Per eum quatenus est Causa efficiens, propter eum quatenus est finis omnium. Ideo dicitur Optimus, Maximus. Optimus quia causa finalis, & Maximus quia causa efficiens. Res autem omnes ordinantur in Deum, non perficiendum, sed obtainendum & possidendum. Omnis enim creaturarum perfectio est tenuis & adumbrabat divinæ bonitatis participatio, & utrait Nazianzenus, ἀπρόποια τὸ μετρόπολις καλῶς. Quod autem Deus non referatur, & ordinetur ad ulteriorem finem patet, quia si referatur ipse ad ulteriorem finem, erit illi subordinatus & ita non esset summus, ac proinde neque Deus. Deinde si referatur ipse ad finem ulteriorem habebit ipse causam finalem, quod distu nefas, nefas cogitatu. Deus enim est *αὐτὸν οὐκ οὐδὲν* & *αὐτὸν οὐδὲν*, id est, ens à nullo ente, principium à nullo principio, causa à nulla causa dependens: Si verò finis accipiatur pro fruitione & possessione rei, cognitio Dei est ultimus hominis finis.

1. Res omnes ad Deum, tanquam ad ultimum finem ordinantur, quatenus aliquam habent divinæ bonitatis participationem. Res autem diversimodè divinam bonitatem participant, aliæ essendo, aliæ vivendo, aliæ sentiendo, aliæ cognoscendo, ut homo. Cognitione igitur Deum possidemus, eoque perfruimur.
2. Operatio finis est uniuscuiusq; rei, forma. n. quæ dat esse rei est propter operationem, facultates quæ à forma necessario quodā partu promanant, sunt etiam propter operationem, sunt enim proxima operandi principia, habitus qui facultates perficiunt, sunt etiam propter operationem, ut scilicet rectè, promptè & expedite operemur. Re&te Philosophus Ethic. lib. 1. cap. 5. *οὐ πάντα φέρει τὸ τέλος*. Si igitur operatio sit finis, perfectissima operatio erit præcipiuſ & ultimus finis. Cognitio autem Dei est huiusmodi; tum ratione principii, intellectus, scilicet, qui est animæ facultatum facile princeps, faciem enim allucet voluntati, & sedens in clavo omnes potentias τὸ τέλον πεπτασθεῖσας & daturum moderatur. Unde dicitur à Græci *τὸν ιδεῖν*: tum ratione objecti, est enim Deus summa & prima veritas, atque adeò perfectissimum intelligibile. Est igitur cognitio Dei ultimus & præcipiuſ finis.
3. Quum homo conditus sit à Deo, æquum est & justum, ut omnia eius studia ad Dei gloriam, tanquam in ultimum finem referantur. Illustratur autem Dei gloria cognitione, quum enim illum cognoscimus & prædicamus sapientissimum, omnipotentem, optimum, immensa & infinita misericordia prædictum, tunc elucescit quam maximè gloria Dei. Denique Deus homini dedit intellectum, quorsum autem hoc, nisi vt cognitioni rerum incumbaret? Quid autem cognosceret admirabilem hunc rerum omnium contextum tantum, non autem ipsum mundi Architectum, & opificem Deum? Hoc errore fascinatus fuit Anaxagoras, qui referente La&tanti lib. 3. diuin. Instit. c. 9. interrogatus, cuius rei causa natus esset, respondit Solis ac cœli videndi, quem acriter

acriter suggillat Lactantius. Neque enim idem nascimur, ut mundum hunc videamus tantum, quia non homo propter mundum, sed mundus propter hominem factus est, sed ut Deum cognoscamus, & cognoscendo colamus, colendo & cognoscendo ulteriore divinitatis participatione beati fiamus.

Hoc idem est summum hominis bonum; summi boni quod Græci vocant ἄνθρωπος ἀκόλθεος οὐ αἴσιος, & simpliciter οὐ ἄγαδος, hæc sunt μορία ταῦτα,
 1. Debet esse ἴαγητος ὁ πέπειρος, id est, ultimus finis: Si enim ad aliud referatur & ordinetur, iam non erit summum, sed ei ad quod refertur subordinatum; hanc conditionem apposuit Augustinus libr.8. de Civitate Dei cap. 8. In Ethica, inquit, quæritur de summo bono, quò referentes omnia, & quod non propter aliud, sed propter seipsum appetentes nihil, quo beatis sumus, ulterius requirimus. 2. Debet appetitum hominis explere. Nam si sit ultimum appetendorum, terminat igitur & exsaturat appetitum, neque est aliquid quod ultra possit optari. Hanc conditionem requisivit Boëtius lib.3. consolationis Philosophicæ cap.2. i. summum bonum, inquit, quo quis adepto nihil ulterius desiderare queat. 3. Debet esse bonum ἀνταρκτικός, id est, cumulatam bonorum omnium possidere complexionem. Boëtius, loco supra citato, summum bonum, inquit, cuncta intrasē bona continet, cui si quid abforet, summum bonum esse non posset, quoniam relinqueretur extrinsecus quod posset optari. Si ad has conditiones respexissent Veteres Philosophi, non abiissent in nutantes discrepantesque de summo bono sententias, quarum opinionum varietatem, veluti compendio complexus est Cicero libr. 4. Academicarum quæst. & lib.5. definib. bonorum & malorum. Lactantius libr.3. Institut. cap.7. & August lib.19. de Civitate Dei cap.1. Alii summum bonum collocant in voluptate animi, ut Epicurus, alii in voluptate corporis, ut suis ille lutulentus Aristippus, alii in doloris vacuitate, ut Diodorus; alii in virtute, ut Stoici; alii in actione ex virtute prodeunte, ut Peripatetici. Has omnes coecorum & insanientium Philosophorum sententias excludimus vel hac unica ratione. His rebus quæ cœli complexu continentur, & ad quas homines pronoferantur impetu, nulla ex his conditionibus, quibus summi boni naturam circumscribimus convenire potuit. Nulla est ultimus finis, nam omnes referuntur ad Deum: nulla complectitur totam boni latitudinem. Nulla igitur est bonum ἀνταρκτικός, proinde nulla voluntatem potest explere, quia omne creatum finitum est: appetitus autem cum sit infinitus, nonnisi infinito bono potest expleri. Ideo experientia satis superque comprobat, nullum esse in hac vita bonum, quod homines adepti non fastidian, ita ut novis semper irritentur desideriis, nec unquam expleatur cupiditatis sitis.

Solus igitur Deus summum est hominis bonum, solus enim est ultimus finis, solus est ὀνταρκτικός, quia solus bonum infinitum, omnigenas in se coercens rerum omnium perfectiones sine fine & limite. Est enim beatus in se ipso & per se ipsum. Locus Aristot. de Rep. lib.7.c.1.uncialib.literis

scribendus : *ερις, οὐαράειον δέ, καὶ ωαράειον δέ τοι επιτελεῖται εἰσαγόντος, οὐαράειον δέ αὐτὸν αὐτόν.* Deus beatus est non propter bonum aliquid externum sed propter seipsum. Cum autem beatitudo sit cumulata bonorum complexio, *μεταρρήσης καὶ εἰδένεσης*, ut ipsemet Philosophus notavit libr. 10. Ethic. cap. 6. sequitur Deum possidere omnes bonitatis & perfectionis gradus, unde fit ut appetitum expleat, & exsatiet. Satietas gaudiorum in facie Dei, Psalm. 16. 10. Satiabor cum evigilavero similitudine tua, Psal. 17. 14.

Si vero summi boni nomine intelligatur fruitio, & possessio summi boni, ea est cognitio Dei. In hac vita cognitio salutaris, quae dicitur fides; in altera vero cognitio clara, plena & immediata, quae dicitur visio. Per fidem incedimus, non per visionem, 2. Corinth. 5. 7. Illa imperfecte possidetur Deus, solā istā verò perfecte. Ex illa prodit imperfecta & inchoata felicitas, ex ista verò perfecta, & suis omnibus numeris absoluta. Probatur 1. quia possessio summi boni est operatio quædam, non autem operatio transiens, qua perficitur opus, sed immanens perficiens operantem. Hæc autem immanens non est partis sensitivæ. Sic enim brutæ animantes Deum possiderent, Deoque perfruerentur, essentque felicitatis participes. Est igitur intellectivæ partis, ac proinde vel cognitio, vel amor, vel ultraque cognitio, scilicet amorem incendens in cordibus. 2. Frui Deo est delectationem aliquam & fructum ex Deo capere. Delectatio autem quam capimus ex Deo, non proficiuntur, nisi ex cognitione, cognitione scilicet divini erga nos amoris in cordibus nostris per Spiritum Sanctum effusi. Fructus etiam, quem percipimus, divinæ sapientiæ, potentiae & bonitatis imago Dei est, quæ sita est in sanctitate animæ, & gloriofa corporis immortalitate. Imago autem Dei non instauratur in nobis nisi per cognitionem. Nos qui gloriam Dei contemplamur, in eandem imaginem transformamur, 2. Corinth. 7. 18. Deinde absque cognitione Dei homo miserrimus esset, & calamitosissimus omnium animalium: primò gravioribus malis conflictatur, quæ reliquæ animantes; majoribus curis & angoribus implicatur, immanioribus cupiditatibus flagrat, mortem multò magis exhorrescit metuque mortis impudentis magis torquetur. Solus homo acerrimo peccati sensu vulneratur, solus sentit conscientiæ morsus, iætus, & laniatus, eum cœco verbere, & occulto flagello cædentes, eumque renitentem licet & reluctantem obiecto quasi collo ad tremendum severissimæ iustitiæ tribunal trahentis. Hæ sunt, vt ait Cicero in Pisonem, impiorum furia, flammæ & faces. Denique solum hominem manent alternæ pœnæ. Cæterorum verò animalium ut vita, sic miseria morte ipsa finitur. Homo vel post hanc vitam incommodis omnibus agitatum, malis innumeris vexatum, si cognitione Dei salutari destituatur, præceps fertur in exitium sempiternum, ubi ignis sapiens, ut loquitur Minutius in Ostavio, membra urit, & reficit, neque dannis ardentiū pascitur, sed inexessu corporum laceratione nutritur.

Cognitio autem, quæ est possessio & fruitio summi boni, non est ea, quæ ingeneratur magisterio creaturarum, quo cognoscitur *περιγένεση*, ut ait Apostolus Rom. i. 19. Hæc enim cognitione sufficiens quidem est ad *διαταξίαν*, sed non est sufficiens ad salutem, & ad obtainendum summum bonum; non est etiam cognitione illa, quæ habetur per legem, hæc enim sufficiens non est ad ingenerandum amorem Dei, & corda sanctificanda, sed ad metum incutiendum, & horrorem summi judicis excitandum. Lex enim est ministerium mortis, & condemnationis, 2. Corinth. 3. 6. Ea igitur est cognitione quæ habetur per Euangelium, qua Deus animis nostris objicitur, ut Pater & Redemptor, & quæ spem erigit, & amorem ingenerat. Hæc dicitur *περιεργή* persuasiva est enim plenissima, profundissima & penitissima de Dei erga nos amore persuasio: dicitur & practica, eâ siquidem proponitur Deus ut amplectendus, diligendus & amandus: dicitur etiam movens ex permovens, sive efficax, quia fit per rationes tam accommodatè, tam efficaciter ex parte Dei eiusque Spiritu propositas, ut non possit non sequi assensus in intellectu & obsequium in voluntate. Hæc enim excitat ad cultum Deo debitum exhibendum, cuius quatuor sunt partes: fiducia, quam in Deo collocamus, obedientia, quam ejus Legi præstamus: Invocatio, qua Deum oramus, vel pro malis averruncandis, vel pro bonis obtainendis: denique gratiarum actio pro acceptis à Deo beneficiis.

IN SECTIONEM II.

VERE & salutaris Dei cognitionis in omnem vitæ partem fructus sunt plurimi, & maximi. Hic autem est longè præcipuus, quod amorem ascendet in cordibus. (nam *πάθος τέλος*) nosque excitet ad Dei cultum: nam fieri non potest, ut infinitam Divinæ majestatis *καταπλοκή*, rectè, & ut par est cognoscamus, quin eum prostratu, & inclinatione non solum corporis, sed etiam animorum adoremus. Fieri non potest, ut immensam & inexhaustam Dei bonitatem cognoscamus, quin eum diligamus; bonitas enim & misericordia, quæ in Christo nobis affulsa, ea est quæ Deum reddit amabilem.

Cultus divini pars prima est, ut in Deo fiduciam nostram collocemus. Quum enim Deus sit infinitè potens, & immensè bonus, injuriam ducit, si illi tantum non confidamus, quantum exigit infinita eius potentia, & immensa bonitas. Fiducia Hebraicè *πίστις*, Græcè *πανεπιφορία*, *πιστιγματα*, est internus Dei cultus, quo in Deo solo acquiescimus, ab illo omne bonum expectantes, non male dicta est à quibusdam spes roborata. Favorinus in Lexico *πιστιγματα* *πληρότητα*. Quod David dicit Psalm. 16. 9. Caro mea requiescat *πεπάλλη* in fiducia, Petrus citans hunc locum Act. 2. 26. ait, Caro mea requiescat *πεπάλλη*, cum spe, vocans spem quod David dixerat fiduciam. Nascitur *τι*, à consideratione divinæ omnipotentiae, quorsum

EXPLICATIO CATECHES.

enim expectabimus à Deo in malis nostris, quibus premimur auxilium, nisi sciamus Deum esse potentem, ut possit nobis benefacere & opitulari. Quare persuasio de Dei omnipotentia initium est & pietatis & fiduciae. Hoc fulcro nitebatur Abrahamus, quem Dei promissioni fidem adhibuit, quamvis difficillimum esset, & totius naturae vires excedens, id quod promissio continebat. Contra spem sub spe credidit, planè persuasum habens, Deum quod promiserat posse facere, Rom. 4. 20. Hoc tibicine nitebatur fiducia Leprosi illius Matt. 9. 2. quem dicebat: Domine, si vis potes me mundare. Sic Christus datus sanitatem, typum & imaginem majoris sanitatis iis demum conferebat, qui Christum hoc posse confidebant, Matth. 9. 18. Cæcis visus restitutionem postulantibus dicebat ipse, Creditis me hoc posse facere, respondebant ipsi, etiam Domine.

Sola Dei potentia non ntitur fiducia, sed eius bonitate, quid enim possumus sperare boni ab eo qui potentiam quidem habet benefaciendi, cui tamen sit cornea fibra, id est, cor animi affectu humano destitutum, omnique ad benefaciendum inclinatione. Bonitas in Deo est affectus communicandi bonum suum, absque eo esset, quis audeat sibi promittere bonum aliquod à Deo. Sed quia bonitatis divinæ exercitium erga creaturam peccatricem voluntarium est, & arbitrarium, & quia sapientia Dei moderatur bonitatem, nullus peccator, qui vel minimo amore Dei penitus indignus est, ex sola divinæ bonitatis, & potentiae consideratione potest aliquid boni certò sperare à Deo; Diabolus enim scit Deum esse potentem, & bonum, & tamen non inde sperare audet aliquid à Deo boni. Tertius igitur tibicen fiduciae nostræ fulciendæ, & spei nostræ corroborandæ admovendus est, Amor scilicet Dei erga nos.

Amor in Deo nec est cupiditas, nec passio, Deus enim quem sit impensisibilis, non est passionibus obnoxius, sed quemadmodum odium in Deo est certa & constans puniendo voluntas, sic amor est certa voluntas benefaciendi. Amor igitur est principium omnium bonorum, quæ à Deo hominibus conferuntur. Prædestinatio qua ad vitam æternam ordinatur, est effectus divini erga nos amoris, quos prænouit, eos prædestinavit, Rom. 8. 29. Cum a. γνῶσθεν ex Græco idiotismo sit diligere, prænouit significat dilexerit ante ullam bonæ qualitatis prævisionem. Sic Christus effectum est divini erga nos amoris, sic Deus dilexit mundū, &c. ut Filium suum dederit, &c. Ieh. 3. 16. Adoptio qua Deus nos adscivit, & cooptavit in suam familiam, est effectus eiusdem amoris Divini: Videte quam charitatem nobis dederit Pater, ut filii Dei nominemur, Iohān. 3. 1. Vivificatio nostra adscribitur divino amori, tanquam causæ; Deus propter multam charitatem, qua dilexit nos, vivificavit nos, Ephes. 2. 4. Denique vita æterna, quæ cumulatam continet bonorum omnium complexionem, adscribitur gratiae diuinæ, Rom. 6. 2. ult. Est autem Dei gratia gratuitus ille, quo nos Deus ab æterno complexus est, amor in Christo.

In Christo, inquam, cum enim Deus justitiam suam amet multò magis,
quam

quàm creaturam, cùm justitia Dei nihil aliud sit, quàm ipse met Deus, quis sibi poterit persuadere Deum satisfactum potius Amori, quem habet in creatorem, ei benefaciendo, quàm Amori quem habet in justitiam suam, exigendo à creatura pœnam peccato ~~arrezzo.~~ & æqualem. Brutus ille consul Romanus filium suum diligebat, neque enim erat ~~desopus~~, neque affectus exuerat humanos, sed magis diligebat Patriam, & inanis gloriolæ, quam occupabatur, choragium; quare filium suum securi percutiendum curavit, ut satisfaceret amori, quo flagrabat erga patriam, & gloriam, cui velificabatur, sibi compararet. Nam, ut ait Poëta Æneid. 6.

Vicit amor patriæ, laudumq; immensa cupido.

Sic Deus creaturam suam amat, magis tamen justitiam suam. Quis igitur sibi poterit persuadere, Deum potius esse satisfactum amori, quem habet in creaturam, bonis suis eam cumulando, quàm justitiæ suæ, pœnas peccatis debitas ab ea reposcendo. Quare fundamentum veræ fiduciae est amor, quo Deus nos prosequitur in Christo. Quum enim Christus plenissimè defunctus sit, pœna & vindicta, à nobis alioqui persolvenda, justitiæ Dei perfectissimè satisfecit. Nihil ergo impedit, quod minus Deus, amando nos in Christo, amori satisfaciat, quem habet erga nos, conferendo nobis quicquid expetimus & expectamus ab eo. Hæc cognitio hauritur ex verbo Evangelii, ubi immensa erga nos Dei misericordia patet: illius cognitionis summa symbolo Apostolorum, ut vocant, tota continetur.

Symbolum est vocabulum πλευτικον. Ne Lexicorum scrinia compilemus, symbolum duas habet significationes, quæ maximè faciunt ad nostrum institutum, quæque habentur apud Ruffinum in præfatione expositionis Symboli. Significat, 1. indicium seu signum, sic Philosophus voces appellat ἡλίῳ τῷ λύκῳ παραπομόνη σύμβολα: & Veteres panem & vinum in sacramento Cœnæ Dominicæ σύμβολα, nuncuparunt, μετὰ σύμβολα, ἐπίσιμα σύμβολα, apud Theodoret. lib. I. Sic tessera militaris, qua milites dignoscabantur, dicitur σύμβολο, Latiane signum. Servius in libr. 7. Æneid. vocat *Symbolum Bellicum*. Hæc significatio maximè convenit Symbolo Apostolorum, eo siquidem, tanquam tessera militari dignoscuntur Christiani, & ab infidelibus sub signis principis huius mundi merentibus discernuntur. 2. Significat σύμβολο apud eundem Ruffinum, collationem, quod etiam convenit huic confessioni fidei. Augustin. serm. 115. de tempore (Si tamen sit Augustini, quod in dubium revocatur à Baronio Anno Christi 44. paragr. 17.) Augustinus, inquam, sic loquitur: Græcè Symbolum dicitur, Latine collatio, quia collata in unum totius Catholicæ Legis fides Symboli colligitur brevitate. Si ideo portiones à singulis convivis in cœnam collato, Symbolæ dicuntur, & qui eas conferebant, Symbolorum collatores apud Plautum. Ita Symbolum hoc, est quasi opus tessellatum, constans ex variis Scripturæ locis in unum collatis.

Dicitur *Symbolum Apostolorum*. Ruffinus existimat sic dictum, quod ab Apostolis singulis suam Symbolam conferentibus artificiose sit composi-

tum, antequam ad diversas irent terrarum Orbis regiones, Evangelii plantandi causā. Hoc tamen incertum est: primus omnium hoc dixit Ruffinus, cuius tamen rei fides sit apud authorem: Satiū est si dicamus, Apostolicum vocari hoc Symbolum, quia sit ex scriptis Apostolorum desumptum. Cyrillus Catechesi V. ἐπὶ πάντες τραπέζῃ τὸν εὐαγγελικὸν εἰπεῖν τὸν τοῦ ιησοῦ χριστοῦ αὐτὸν εἰδίκειον εἰπεῖν τὸν τοῦ ιησοῦ διδαχὴν, i.e. ex omni Scriptura præcipua collecta unam compleat fidei doctrinam. Eucher. hom. I. de Symbolo: Patres ex diversis voluminibus Scripturarum colligerunt verba brevia, & certa, & hoc Symbolum nominarunt. Si collectum sit hoc Symbolum ex omnibus Scripturarum voluminibus: est igitur compositum post editos libros sacros, ac proinde iam mortuis Apostolorum plerisque. Non est igitur factum ab Apostolis, singulis suam particulam, & articulum conjicentibus.

IN SECTIONEM III.

Quod dicitur Iob.7.1. Homini in terris degenti assignatos esse militia dies, veritatis est *σάματος τηνίπου*, & indubitatæ: in hac militia dux & Imperator, in cuius verba Sacramentum dicimus, Christus est, princeps exercituum Iehovæ. Hostis, cui fideles omnes bellum *διανειδίαν* & implacabile indixerunt, est Satan, princeps hujus mundi; arma quibus pugnant, describuntur à Paulo, Ephes.6. præcipua sunt *Scutum fidei*, & *gladius φιλίας* & *Verbi Dei*. Symbolum Apostolorum fidelibus tesserae militaris usum præstat, per quam se mutuo agnoscant, qui pietati Sacramentum dixerunt. Nam ut tessera fuit *πατέρων θητειών μαρτύρων*, ut ait Polybius, id est, tabula latiuscula; in qua unum aut plura verba inscribebantur, quo pacto dicitur apud Suetonium in Nerone, signum tribuno datum, fuisse, *optimam Matrem*: & apud Spartianum in Severo, signum quod jussum erat tribuno dari, fuit, *Laborium*. Et qui verba illa inscripta pronuntiabant, agnoscebantur & distinguebantur ab hostibus, sic Symbolo Apostolorum cordi inscripto, & ore prolatore distinguuntur ab infidelibus Christiani.

Ejus quatuor sunt partes 1. de Deo Patre. 2. de Filio. 3. de Spiritu Sancto. 4. de Ecclesia, & beneficiis in eam collatis, cuius divisionis *αὐτοκέντησις* sic colligitur. Continet hoc Symbolum summatum omnia redēptionis mysteria; tres autem *τριάδες τριπλής τριτογενείας* Trinitatis personae ad perficiendum hoc redēptionis mysterium pariter concurrunt. Pater dedit nobis Filium; Filius naturam humanam assumpsit, eamque sibi sociavit in unitate Personae; Spiritus S. sanctificat conceptionem Filii: est enim conceptus ex Spiritu Sancto. Patri tanquam custodi severissimo illius iustitiae peccati vindicatrixis plenissimè satisfactum est. Filius cumulatissimè satisfecit Patri, Spiritus Sanctus applicat nobis virtute sua efficaci meritum satisfactionis à Christo præstitum. Pater asciscit nos, & cooptat in familiam suam; Filius is est, in quo & per quem adoptamur, Ephes. i. 5. Spiritus Sanctus est adoptionis nostræ sigillum, dictus ideo

Spiritus

Spiritus adoptionis, Rom. 8. 15. Quare in Symbolo debet fieri mentio Patris, Filii & Spiritus Sancti, quia verò Filium dedit Pater, quia Filius est Redemptor, & Spiritus Sanctus facit nos Redemptionis participes, scendum est, quibus Pater dederit Filium, quos Filius redemerit, & quibus meritum Filii Spiritus Sanctus efficaciter applicet: ii autem sunt fideles, ex quibus coaguntur corpus Ecclesiae; ideo Ecclesiæ fit mentio in hoc Symbolo, & beneficiorum, quæ Deus confert in Ecclesiam; hæc sunt, Remissio peccatorum, Resurrectio corporum, & vita eterna.

Sed statim in vestibulo suboritur scrupulus à nobis examinandus, Vnum scilicet esse Deum, & tamen nominari Patrem, Filium & Spiritum Sanctum, qui sunt plures. *Responso:* Summae esse & indivisibilem essentiae divinæ unitatem, pluralitas enim essentiæ divinæ repugnat. Dominus Deus noster unus est, Deut. 6.4. Vnuus Dominus, unus Deus & Pater omnium, Eph. 4.5. Nullus alius est Deus prater unum, 1. Corinth. 8.4. Sed essentia divina pariter communis est tribus personis, quæ sunt Pater, Filius & Spiritus Sanctus. Clamat tota Scriptura tres esse personas : *Baptizate in nomine Patris, Filii & Spiritus Sancti*, Matth. 28.19. In Baptismo Christi audita est vox è celo, non Filii aut Spiritus Sancti, sed Patris clamantis, *Hic est Filius meus*, Matth. 3.17. neque Pater aut Spiritus Sanctus baptizatus est à Iohanne, sed Filius; neque Filius, neque Pater apparuerunt sub specie columbae, sed Spiritus Sanctus. Habes igitur tres personas distinctas, Patrem, Filium & Spiritum Sanctum. Nec minus expressum est, quod dicitur, Iohan. 15.16. *cum venerit Paracletus ille, quem ego vobis mittam à Patre, Spiritus ille veritatis, qui emanat à Patre.* Habes ibi Patrem, à quo procedit Paracletus, habes Filium, qui pollicetur se missurum Paracletum, habes Spiritum Sanctum & à Filio mitterendum, & emanantem à Patre. Sed disertissimum est, quod dicitur 1. Iohan. 5.7. *Tres sunt qui testimoniantur in Cælo, Pater, Sermo, & Spiritus Sanctus.* Est igitur unus Deus, quoniam essentia divina communis quidem est tribus personis, in illis tamen propter summam simplicitatem, & unitatem infinitam, neque dividitur, neque multiplicatur. *Recte Athanasius Dialog. 1. de Trinitate, Odio,* inquit, *in deo per misericordiam cordis Christi via dico. Personæ vero, seu testes in illa communione essentia subsistentes sunt tres, quia proprietatibus suis distinguuntur.* Athan. *suprà loco laudato, in istis nō existimat eis omnes.* Hæ proprietates, quæ sunt *āpropositis* *nō contrariantur*, & modi subsistendi, tres sunt: *āproprio*, *āproprietate* *īcōmprobatione*. *Recte Iustinus in lib. de Confessione Fidei ē à Nostri,* inquit, *Personarum, ī cōmprobatione in s̄tioz orūcula. dīc ēōs ī cōfessōres.* Hæ proprietates Personarum, quæ dicuntur à Basilio lib. 2. *adversus Eunomium* *āexemp̄s dūkēzōrēs, & epist. 43. mōeis ī ḡz x̄cānt̄s ī ḡz idōrēs*, sunt vel origo, quâ una persona producitur ab aliâ, vel relatio, quâ una persona refertur ad aliam. Origō necessariò pluralitatem inducit, quia nihil producitur à se ipso, & ita pluralitas est personarum, quarum una procedit ab aliâ. Relationes etiam, quæ sunt inter personas, pluralitatem inferunt, quia Relativa sunt opposita; oppositio autem non est nisi inter

plures. Inde dicitur hoc indubia veritatis effatum; *In Deo omnia esse unum inter quae non obviat origo, vel media relationis oppositio. At ubi intercurrit origo vel relatio, pluralitatem esse & distinctionem.* Est igitur in Deo unitas cum pluralitate, unitas essentiæ, cum pluralitate personarum, & ut ait Symbolum Athanasij, τετρακοντα μονάδι, της μοναδὸς της τετραδός: & Nazianzenus orat. 12. μοναδὶς τετραδὸς τεσσαρωνδρία, της τετρακοντα μονάδας διακριθεισανδρία. Et ita credimus in unum Deum, unum, inquam, essentiā, sed trinum personis.

Pater est gloriosissimæ Trinitatis prima persona, prima, inquam, non tempore; sunt enim omnes coæternæ; neq; naturā, eam enim una est eademque indiscreta natura; non dignitate, sunt enim omnes ἀρχαιοι, sed ordine & origine prior est, quia principium est Filii & Spiritus Sancti. At principium prius est eo, cuius est principium. Rectè Basilius libr. I. contra Eunomium: οὐ πέποντο τὸ αὐτὸν λέγειν δὲ περὶ τὸν ἄντρα Πατρὸς ιδωμα εστὶ ἀγνόητον, hoc est, ut loquitur Hilarius, innascibile. Dicitur Pater propter generationem Filii. Bene Anshelmus: *Quis Patrem valeat credere, quem non considerat genuisse?* Huius æternæ generationis mysterium vel ipsis Angelis est incomprehensibile, quare liceat nobis miseriis tenebris omnibus ad tantum splendorem connovere. Verè Nazianz. orat. 36. Καὶ δῆλον τοῦτο τοῦ Πατρὸς: *Dei generatio adoretur silentio.* Et Ambros. libr. I. de fide cap. 4. *Mihi impossibile est generationis scire decretum, mens deficit, vox silet, non mea tantum sed & Angelorum.* Generatio definiri solet *Origo vincentis à vivente secundum similitudinem nature:* unde sit ut generatio duas requirat conditiones; una, ut is qui generatur emanet, & procedat ab eo à quo genitus est. 2. ut eum referat secundum naturæ similitudinem & identitatem; ac proinde ut sit ex substantia generantis. Basil. libr. 4. contra Eunomium: *Tὸ πατρὸν, inquit, οὐτε τὸ στοιχεῖον τὸ πατρὸν, οὐτε τὸ φύσιον τὸ πατρὸν.* Filius autem est à Patre, unde dicitur μονογένης οὐδὲ πατέρος. Iohan. 1. 14. Deinde Patrem refert secundum omnimodam naturæ similitudinem & identitatem, est enim ὁμόστοιχος Patri; & ideo dicitur in Concilio Nicæno γεννήσεις οὐ τὸ στοιχεῖον τὸ πατέρος. Viventia creata generant vel τὸ μετεμορφώσαν, id est, aliqua partis refectione, vel κατ' απαρτίσαν, id est, defluxu quodam, vel τὸ περιεντία, id est, propagatiōne, ut in vitibus. Pater autem non gignit Filium ulla creaturis accommodata ratione, sed modo generationis inscrutabilis, ineffabili, scilicet totius essentiæ communicatione, quod eleganter expressit Hilarius libr. 3. de Trinitate: *Pater genuit Filium, non ex aliqua subiecti materia, quia per Filium omnia, non ex nihilo, quia ex se Filius non partem sui, vel divisam, vel decisam, vel extrusam, quia impennisibilis & in corporeus.* Ergo Filius gignitur ex tota Patris substantia, quæ tota retinetur à Patre, & tota communicatur Filio.

Secundò: Omnis creata generatio temporis subjicitur, quia nulla absolvitur, nisi à motu, motus autem omnis in tempore est; Filius autem generationis æterna est; Sapientia autem Prov. 8. dicit se fuisse genitam ante ullum tempus, ante opera Dei, ante primordia terra, ita ut Pater non sit antiquior Filio. Veteres usi sunt hac similitudine Solis & radii, ut enim radii emanantur à Sole.

à Sole eo temporis momento, quo Sol creatus est, ita ut Sol non sit radiis suis antiquior, ita Filius sic emanat à Patre, ut sit ei coæternus, Pater enim absque Filio ne concipi quidem potest.

Tertiò Pater dicitur Omnipotens, quod attributum non est *per naturam* personæ Patris, sed *per unitatem in unitate*, non est attributum *genitoris*, sed *in unitate*. Convenit igitur Patri non *omnis* *natura* *spiritus* *Filii* & *Spiritus Sancti*, sed *omnis* *natura* *spiritus* *dei* *spiritus* *sancti*, & solet accommodari Patri, quod ex Thoma parte 1. quæst. 39. art. 7. vocant *appropriari*. Appropriari autem ut annotavit Cajetanus in hunc locum, non est proprium fieri; quod enim est commune, non potest fieri proprium, sed significat adaptari & accommodari. Sic attributa essentialia personæ cuidam adaptantur propter congruentiam, & conformitatem aliquam, quam habent cum personali proprietate. Sic potentia appropriatur Patri, quia congruit cum Patris proprietate personali; principium enim esse tum Filii, tum Spiritus Sancti, imò, ut loquitur Augustinus libr. 4. de Trinitate cap. 20. principium esse totius divinitatis, *proprietas est personalis Patris*, cum ea autem congruit potentia, quæ principium est agendi, seu, ut eam definit Aristoteles libr. 4. Metaph. cap. 12. *Principium transmutandi aliud, quatenus est aliud*.

Potentiam esse in Deo nemo ibit inficias, potentiam, in quam, activam, quæ est agendi principium, & respicit actum secundum, scilicet operationem: potentia verò passiva, quæ respicit actum primum, & formam aliquam subituram, non est ponenda in Deo, qui est actus purissimus. Deus, inquit Augustinus lib. 5. de Civitate Dei cap. 20. dicitur Omnipotens faciendo quod vult, non faciendo quod non vult. Quare vesaniam Plinii detestamur, qui lib. 2. naturalis historiæ cap. 7. tuetur, *Deum non posse omnia*, quia non potest mori; cùm enim mori sit pari, non autem agere, posse mori non est virtutis activæ, sed passivæ potentiae.

Deinde, potentia aliter est in Deo, aliter in creaturis. Potentia creaturarum finita est, & limitata tum in se, est enim virtus creata, tum in ordine ad suos effectus; habet enim terminos sibi à Deo praesciuptos, ultra quos non extendatur, at Dei potentia infinita est, tum in se, est enim ipsam et Dei essentia, tum in ordine ad suos effectus, extenditur enim ad omnem effectum possibilem, & nunquam exhaustur in agendo. Hanc infinitatem divinæ potentiae vocamus Omnipotentiam, eamque probant ea Scripturæ loca, in quibus Deus dicitur efficere quacunque vult, ut Psalm. 115. 26. *Deus noster in celis est, quicquid placet ei facit*: & ea quæ dicunt Deonihil esse impossibile, Luc. 1. 37. apud Deum non est impossibile ullum verbum, Mat. 19. 26. Apud Deum omnia sunt possibilia. Item ea quæ Deum *omnipotens* vocant *unusquisque*, Omnipotentem, ut Apoc. 1. 8. & 4. 8. & 16. 7.

Videntur tamen obstat huic veritati quæ dicuntur in Scriptura Deum quadam non posse, ut seipsum negare non posse, 2. Timot. 2. 13. non posse mentiri, Heb. 3. 8. Hanc objectionem ut diluamus, sciendum est, plures esse impossibilis species. Aristot. lib. 5. Metaph. cap. 12. duas constituit, aliud enim est impossibile *ex natura diversius*, id est, propter impotentiam, & infirmitatem agentis,

ut sistere motum Solis, mortuum facientem praestare redivivum, impossibile est homini: Aliud est possibile *οὐ πότερον ἔτι αἰδίνει τύχεις ταῖς*, id est, cuius contrarium est necessariò verum, ut Deum esse inustum, corpus esse infinitum. Ambrosius lib.4. de fide cap.3. duas facit impossibilitatis differencias; una est cum impossibilitatis causa natura est, quod ille vocat *impossible natura*, Aristoteles autem, cuius contrarium est necessariò verum. Alia est, cum impossibilitatis causa est vel imperitia, vel infirmitas, quod ille vocat *impossible per in pritiam, aut impotentiam*, quod Aristoteles vocavit *impossible καὶ τέλος αἰδίνειται*. Nazianzenus orat.36. hoc persequitur paulò fuis, multaque facit *καὶ αἰδίνειται species*, duæ autem sunt quæ faciunt ad presentis institutum. Prior est *καὶ αἰδίνειται ἀπελθειν*, propter defectum potentia, quod Aristoteles vocavit *καὶ αἰδίνειται*, Ambrosius; *impossible per imperitiam aut infirmitatem*. Altera est *καὶ τέλος αἰδίνειται καὶ αἰδίνειται*, quod Aristoteles vocavit, cuius contrarium est necessariò verum; Ambrosius verò, *impossible natura*; ut impossibile Deum esse malum, bis duo esse quatuordecim. Et hoc genus impossibilis denotatur cum dicimus, Deum posse quicquid non est impossibile. Hoc genus impossibilis nascitur ex discohærentia & repugnantia essentiali terminorum, qui includunt esse & non esse, ac proinde quicquid contradictionem involuit, quod nulli subjicitur potentiae. Quum autem dicimus *καὶ αἰδίνειται* non subjici divinæ potentiae, id non Dei imbecillitati, sed ipsius rei defectui, & quasi impotentiae adscriendum est; & ut visum nemo dixerit infirmum, si sonos non possit apprehendere, sic Dei potentiam nemo dixerit imperfectam, si non possit quod est *τέλος impossible*, id est, ex ipsa terminorum habitu & repugnancia naturali: quare furorem Plinii Cyclopicum execramur, qui ut probet, Deum non omnia posse, ait Deum non posse facere, ut bis dea non sint viginti, hoc enim cum sit *αἰδίνειται*, nulli subjicitur potentiae, nulla enim potentia excurrit, aut divagatur extra limites objecti sui adæquati.

Inde fit, ut quæ defectum aut imperfectionem aliquam includant, non possit in se suscipere Deus, ut non potest mentiri, non potest peccare. Hoc enim est *αἰδίνειται*, si enim Deus posset mentiri, non esset veritas, ac proinde neque Deus; & si posset peccare, non esset summum & infinitum bonum, & ita non esset Deus, quæ manifesta est *αἰδίνειται*. Nec ideo Deus est minus Omnipotens, quod eleganter expressit Augustinus lib.5. de Civit. Dei, cap.10. Potestas, inquit, Dei non immunitur, quum dicimus mori falli, non posse; potius si posset, minoris esset utique potestatis, unde propterea quedam non potest, quia est Omnipotens. Et Ambrosius lib.6. epist.37. Quid Dei impossibile? Non quod virtuti arduum, sed quod natura eius contrarium: impossibile illud non infirmitatis est, sed majestatis & virtutis. Unde colligit, impossibile Deipotentissimum esse.

Quarto. Absit autem, ut potentiam in Deo concipiamus otiosam, inanem, soplitan, ut gladium in vagina reconditum; sed operosam, ad effectus omnes intentam, & in actu continuo. 1. Immensam hanc Universi mollem

molem tuerit & sustentat, ne collabatur & recidat in nihilum, Hebr. 1.3.
 2. Causas omnes suas movet & applicat ad agendum, alioqui nihil agunt, nihil moliuntur, nam in ipso summus & movemur, Act. 17.28. Denique, causarum secundarum effectus omnes moderatur, ne aliquid in regno Providentiae liceat temeritate.

IN SECTIONEM IV.

Verè Apostolus Hebr. 2.3. ait, nos per fidem intelligere constructum fuisse mundum verbo Dei. Creatio siquidem mundi nulli unquam innotuit solo naturæ lumine illustrato. Aristoteles princeps Peripateticorum mundum credidit esse aeternum, proinde aeternus, aeyans & infectum credidit, nam ut ait ipse lib. i. de Cœlo cap. 10. οὐδὲ πάντα, αἴτιος τὸ οὐρανός οὐδὲ αἰώνας, id est, factum esse, & simul aeternum esse ex genere impossibilium. Epicurus vero factum esse fatetur mundum, non à Deo, sed à sorte & casu, id est, ex fortuita atomorum sese mutuò collidentium concusione. Plato, & cum eo Stoici, mundum fatentur quidem à Deo factum, sed ex materia Deo coeva & æterna, ideo Plato, ut videre est apud Stobæum εὐλογῆς φυσικῆς, I. i. c. 3. tria ponit rerum principia, τὸ θεῖον, τὸ οὐκεῖον, τὸ ιδεῖον. Stoici vero apud Laërtium lib. 10. duo, τὸ μέντης καὶ τὸ πάγος τὸ ποιεῖον, ut explicat Seneca epist. 89. est ratio faciens, id est, Deus : τὸ μέντης materia est aeternus & iners. Sic Marcion, sic Hermogenes Hæretici, ut loquitur Tertullianus, quia materialiam aeternabant, Materialij & verè οὐκοι τὸ οὐρανόν, adeò omnium mentes tanquam pestilenti quodam sidere afflatas invaserat, & incederat hæc opinio, μηδὲ οὐκ τὸ μέντης γένεσις. Mundi ergo creatio, quam non ratio, sed fides docet, relata est inter cardines, super quibus versantur religionis Christianæ dogmata. Dicimus enim, Credo in Deum creatorum cœli & terra.

I. Hoc elogio Deus insignitur, quia admirabilis iste mundi contextus, instar speculi nobis est, in quo invisibilem alioqui Deum nobis liceat contemplari, tabula est, in qua vivis depicta coloribus Dei virtutes conspicuntur, ut in Authoris admirationem prouumpamus, dicente Apostolo, Καὶ οὐδὲν πάντα σὺν hominibus intuendum πρέβειρες creatas contemplanibus, Rom. i. 19.20. Et quemadmodum nullus est in mundo rivulus, qui si cursum eius sequamur, nos ad mare non deducat; sic nulla est in mundo creatura, in qua non reluceant documenta, quæ nos deducant ad Dei cognitionem. Si speculum frangatur in minutulas partes, nulla est, quæ imaginem rei non objiciat oculis, integrum tamen eandem imaginem multò clarius & perfectius exhibet; sic in singulis Dei operibus conspicuntur, in ipsorum autem universitate explicatiū sese proferunt Dei virtutes, infinita, admirabilis sapientia, bonitas inexhausta. Potentia Dei ex opificio mundi, mundus enim non est infectus, quia sic esset Deus, ad novitiam enim sic Deo est auctoritas propria, ut nihil sit, quod non sit Deus, vel productum à

Deo. Si mundus sit factus, vel à se ipso, vel ab alio: non à se ipso, impossibile siquidem est, ut aliquid faciat se ipsum, sic enim esset prius se ipso, quia omnia semper est prior effectu; sic esset, antequam esset, quoniam agere præsupponit esse; oportet igitur ut mundus conditus sit ab alio, qui sit summè potens, cùm ex nihilo fecerit omnia, solo nutu, per solum voluntatis suæ actum, quod Scriptura vocat *solo verbo*, Hebr. 1.3. & Psalm. 33.9. Sapientia quoque Dei reluet in mundo, id est, colligitur ex perennibus ac indefessis cœlorum conversionibus: Motus illi unde? non à casu, aut fortuna, sunt enim certi, rati, constantesque, à ratione igitur & Sapientia. Si quis ex Cicerone libro 2. de natura Deorum, sphæram aliquam in Scythiam, aut Americam tulerit, qualem effecisse legitur Archimedes, cuius singulæ conversiones idem efficiebant, quod efficitur in cœlo singulis diebus & noctibus, quis in illa barbarie dubitet, quin hoc opus sit rationis & sapientiae. Et cùm impetum cœli moveri, vertique videamus, constantissimè confidentem vicissitudines anniversarias, dubitamus quin ea ratione fiant, imò excellenti quadam divinaque ratione.

2. Ex ordine, qui elucet in Universo, colligitur Sapientia Dei. Ordo est inter principales mundi partes, quarum unaquæque propriam sedem sortita est ex usu & decoro: ordo est inter noctium & dierum recursantes vices: ordo est inter quadripartitas temporum commutations: Omnis autem ordo est à ratione & sapientia, quum sit ex Augustino libro 19. de Civitate Dei cap. 3. *parium dispariumq; rerum sua cujusque loca tribuens dispositio*. Quum magnam pulcramque domum videris ex alligatis auro marmorum crustis fabricatam, ubi aulæa expansa, pavimenta conspersa, sedilia disposita, quis adduci poterit, ut eam credat à muribus & mustelis ædificatam? Et cùm videmus admirabilem hunc mundi ornatum, & incredibilem pulcritudinem rerum, quis aded desipiat, ut putet hoc opus esse casus aut fortunæ, non autem summæ rationis, & infinitæ Sapientiae? Denique non obscura se proferunt in mundo divinæ bonitatis argumenta, quum enim bonitatis proprietas sit sui ipsius communicatio, & effusio, & ut ait Nazianzenus orat. 38. *χριστοῦ καὶ δόου*, bonum esse Deum necesse est, qui rebus omnibus tot indiderit proprietates, tot perfectiones communicârit. Sed quoniam ex mundo Deum possumus inspicere, quatenus eum cognoscere nostrâ refert, dico, ex mundi administratione, eaque Providentia qua hoc universum regitur, fovetur, & conservatur, colligit posse justitiam & misericordiam Dei. Iustitiam quidem, cùm Deus à peccatoribus sæpe exigat debitas peccatis pœnas. Inde colligere est, Deum esse justum, & acerrimum scelerum vindicem. Idem dicendum de misericordia; cùm enim Deus peccatores benignitate & patientia toleret, illis *ἀγαπῶντι*, cùm eos longanimitatis suæ divitiis ad resipiscientiam invitet, ut dicitur, Rom. 2. 4. illis offert documenta, & argumenta suæ misericordiae, quod malo ipsis Catechistæ verbis, quæm meis explicare. In cap. 1. Rom. 9. 21. *concepit*, inquit, *non potuit Deus sine sua aternitate, Sapientia, bonitate, justitia & misericordia*. Aternitas ex eo liquet, quod est anchor omnium;

unum; Potentia, quod omnia tenet in sua manu; Sapientia ex ordinatissima dispositione; Iustitia in administratione, quia santes punit; Misericordia, quod tantum patientia tolerat hominum perversitatem. Quod fusiū explicat c.5.lib.1.Institutionum.

II. Ut sciamus Deum esse Creatorem celi & terræ, præmitenda est definitio creationis. Est autem creatio productio totius entis ex nihilo. Dicitur productio, quia nihil aliud est, quam fluxus, emanatio & dependentia rerum cretarum à Deo, tanquam à prima & universalissima causa, & ideo habet rationem actionis emanantis à Deo. Dicitur totius entis, quia quod creatur sit secundum se totum, nulla præsupposita sui parte, ad differentiam generationis, cui substernitur aliquod subjectum, quod Græci vocant *εγενέσθαι*. Denique, dicitur ex nihilo, ut est terminus, non ut est materia; particula enim ex significat aliquando *κέρας* & habitudinem causæ materialis, ut quem dicimus ex are fit statua: aliquando vero habitudinem termini recedentis & ordinem successionis, ut quem dicimus ex nocte fieri diem, id est, post noctem illucescere diem, quod annotatum est à Philosopho lib.5. Metaph. cap.24. Sic omnia sunt ex nihilo, quia post non esse, accipiunt esse. Anshelmus in Monologio cap.8. Omnia, inquit, dici possunt facta ex nihilo eodem modo, quo dicitur dives ex paupere, id est, qui prius erat pauper, nunc est dives: hoc modo dicuntur universa facta ex nihilo; quia quæ prius nihil erant, nunc sunt aliquid.

Quod autem Deus mundum ex nihilo condiderit, id est, creabit, hisce rationibus demonstratum imus. 1. Deus fecit mundum, vel ex materia Deo coæva, & per consequens infecta, ut voluerunt Plato, Stoici, Hermogenes apud Tertullianum; vel ex materia confecta, quia nihil est infectum præter Deum, omnia per ipsum condita sunt, Joh.1.3. & Exod.20.11. dicitur Deus celum & terram fecisse, & omnia qua sunt in mundo. Materia igitur non est infecta, & ita mundus non est factus ex materia Deo coæterna, sed ex nihilo. 2. Quod substernitur primæ Dei actioni, ei que præsupponitur, est infectum, neque enim factum est per illam actionem Dei primam, quem sit ipsius subjectum, ac proinde non sit terminus actionis; non est factum per aliam præcedentem actionem, quem hæc sit prima Dei actio. At nihil est infectum & increatum præter Deum; nihil ergo Deo primæque eius actioni substernitur, tanquam futuri operis materia. Est igitur ex nihilo. 3. Materia ipsa facta est, quia solus Deus est *αὐτόν*, & infectus; non est autem facta ex præjacente & præexistente materia; sic enim daretur progressus in infinitum. Facta igitur est ex nihilo. Angeli & facti sunt, quod disertissimè testatur Apostolus, Coloss.1.16. quod & ipse Philosophus agnovit, qui, Rhetic. lib.2. cap.23. diserte ait, *διαφοραί τοῦ θεοῦ τοῖς ἀνθρώποις*. Veteres autem Philosophi Angelos appellaverunt *διάφορας*, quasi *διάφορας*, id est, *scientes futuri*, ut ait Macrobius Saturnal. libro 1. capit.24. vel quasi *peritos*, & *rerum scios*, ut ait Laetantius libro 2. cap.15. Angeli autem non sunt facti ex præexistente materia, quia sunt substantiae spirituales, ab omni materia nexu solutæ: Vocantur enim *spiritus in Scriptura*, *spiritus administratores*, Hebr.1.14. *spirituales malitia*, Eph.

6.12. & ipse mer Philosophus libr. 12. Metaph. capit. 8. vocat eos *uātac dī-*
dōtū & vīdū uītōtū. Sunt igitur ex nihilo facti, & ita per creationem.

Secundò, per cœlum & terram intelliguntur in Scriptura, 1. hujus-
ce mundi Systema, ex cœlo terraque & corporibus simplicibus, quæ in-
tra ea continentur, coagmentatum, ut Genes. 1. 1. *In principio creavit Deus*
cœlum & terram. Significatur enim opus creationis, quod Deus spatio
sex dierum per opera distinctionis, formationis & ornatus postea perfe-
cit & venustavit. 2. Per cœlum & terram intelliguntur per synecdo-
chen res omnes, tum quia res omnes verè sunt *terrena vel cœlestes*, tum quia
cœlum & terra sunt duo extrema quibus reliqua omnia continentur; sic
intelligimus hoc in loco ubi Deus insignitur *Creator cœli & terra.* Et ideo
Scriptura dicit, *Deum non solum cœlum & terram, sed reliqua omnia, quæ sunt in eis*
creasse. Exod. 20. 11. Deus dicitur *f. cœli cœlum, terram, mare, & omnia qua sunt*
in eis, quæ repetita leguntur Actor. 4. 24. & Symbolum Nicænum, exposi-
tionis gratia, Deum vocat *πάτερ οντότητος καὶ αὐτού τοῦ μνήμου.*

Sed hic sece offert levanda difficultas; cum enim Deus multa fece-
rit ex præexistente materia, ut hominem ex limo terræ, qui dici potest
omnia fecisse ex nihilo? Responde. Quædam facta esse ex nihilo secun-
dum se tota, quia facta sunt nulla præsupposita sui parte, ut cœlum, terra,
Angeli; quædam verò ex nihilo non secundum se tota, sed secundum aliquam
sui partem, nempe materiam, quæ facta est ex nihilo, ut homo
qui formatus est ex limo terræ, quam Deus ex nihilo condiderat. Hæc
fuit Augustini sententia libr. I. Genes. contra Manichæos cap. 6. Ideo,
inquit, *Deus rectissimè creditur omnia de nihilo fecisse, quæ etiam si de ista materia fa-*
cta sunt, hac ipsa tamen materia omnū de nihilo facta est. Et ideo creatio duplex
est, una prima, quæ fit nullo præsupposito subiecto, nullaque substrata
materia, ut creatio Angelorum; altera verò secunda, quæ fit ex materia
quidem, sed ex materia, quæ facta est ex nihilo, eaque nullis præparata
dispositionibus, ut quum ex terra factus est homo. Ideo, Genes. 1. 27. ho-
mo ter dicitur *creatus.*

III. Quum Deum dicimus *Creatorem mundi*, non est putandum Deum
opus suum tantum absolvisse, sed ut solidam creationis laudem Deo
assignemus, tenendum est, mundum à Deo sic emanasse, ut radij à Sole:
illi enim sic producuntur à Sole, ut à Sole semper dependeant, & Sole
amoto statim evanescant. Sic res omnes à Deo productæ sunt, ut à
Deo dependeant, qui si vel tantillum viam suam & influxum inhiberet,
& subduceret, illi dō in nihilum relaberentur. Qui ergo omnium est
Creator, idem est in perpetuum conservator & moderator; nec enim
magis consistere potest mundus à Deo non conservatus & gubernatus,
quam omnino existere non *creatus.*

Ut autem hæc explicatiū & elimatiū enuncientur, divinæ Pro-
videntiæ mundum administrantis hæ sunt actiones. Prima est conser-
vatio, quæ nihil aliud est, quam effendi continuatio. Author libri de
Mundo, Deum comparat cum his lapidibus quos Græci *ιμφαλεις*, Latini
Vmbiliæ.

*P*ymbilos vocant, qui totius operis arcuati compagem arctam firmamque tueruntur; sic Deus totius Universi cohærentiam sustinet & tuetur. Dei quoque virtutem, cuncta permeantem, & coercentem comparat imaginis, quam Phidias in medio Palladis statuæ scuto latenti occulto que artificio sic expressit, ut inde non posset eximi, quin opus illud compactile solveretur: Sic Deus totius Universi commissuram ita tuetur & conservat, ut si vel ad momentum virtutem suam conservatricem subtraheret, statim dissolveretur, & recideret in nihilum, quod Scriptura disertissime testatur, Johan. 5.17. *Pater meus usque adhuc operatur, & ego operor;* quod non potest intelligi, nisi de conservatione & administratione mundi. Hoc dicitur, inquit Nazianzenus orat.36. *¶ tuū w̄t m̄m̄m̄v̄ ōk̄ōp̄iās, ī oūm̄p̄ān̄.* Act.17.28. *In ipso sumus, vivimus, & movemur,* id est, per ipsum in esse vitaque conservamur. Et Hebr.1.3. *Portat omnia verbo suo potente.* Hic portare, nihil aliud est quam tueri & conservare res omnes ut in statu suo consistant. Et ratio ipsa suffragatur. 1. Omne ens vel est Deus, vel ortum & dependens a Deo; sed duratio rerum est ens aliquod, cum sit tractus essendi continuatus, nec est Deus: est igitur a Deo. Durationem autem rerum esse a Deo nihil aliud est, quam res omnes a Deo, ut durent, & in suo esse permaneant, conservari. 2. Deus potuit omnes creaturas depone ab eo esse, quod acceperunt a Deo, & ita res omnes redigere in nihilum; alioqui esset in creaturis principium ad resistendum Divinæ virtuti, quod est *āc̄s̄an̄.* Res autem non possunt annihilari per aliquam actionem, quoniam actio omnis refertur ad aliquem terminum positivum, quem actio sit emanatio effectus ab agente: at terminus annihilationis est merum nihil, ad quod actio terminari non potest. Si res igitur abeat in nihilum necesse est, ut hoc fiat per subtractionem & suspensionem actionis illius, per quam res in esse conservantur, & sine quam ne momento quidem temporis subsistere possint.

Secunda divinæ gubernationis actio est *motio*, quam Deus causas secundas ciet, & applicat ad agendum, ita ut effectiones causarum secundarum, Deo tanquam primæ causæ attribuantur. Hoc diserte Scripturæ testantur, Act.17.28. *In Deo sumus, vivimus, & movemur:* ut igitur Dei virtute sumus & vivimus, sic eadem movemur, & impellimur ad agendum. 2. Effectiones causarum secundarum Deo attribuuntur. Formatio corporis humani est actio causæ secundæ, putâ hominis, qui vocatur *Pater carnis*, Hebr.11.9. quique nobile illud animæ domicilium interventu virtutis ~~ma~~ archiestatatur. Hæc actio in Scripturis tribuitur Deo, Job.10.10. *Sicut lac fudisti me, sicut casum coagulaisti me, cure & carne induisti me, ossibus & nervis texisti me:* & Psalm.119.73. *Manus tua formaverunt me.* Sic dicitur Deus pluviam effundere, ventos educere de thesauris suis, tonitrua concitare, fulmina jaculari, terram floribus herbisque vestire, perennes fontium liquores per valles emittere, quæ sunt actiones causarum secundarum, quæ tamen adscribuntur Deo, Psal.65. & 104. Idem evincit ipsa ratio: Si enim causa secunda non moveatur a primâ, erit ipsa

prima causa, primum principium, ipsum se movens, primum se determinans. Deinde, Deus sine ullius rei interventu & interpositu rerum omnium effectiones reprimere potest. Sic legimus Solem à motu cohibusse, Ios. 10. 13. atque eidem ne mundo illucesceret obstitisse, Christo in crucem aucto; ignem etiam ab incensione revocasse, Dan. 3. 27. Aquarum & Iordanis fluxum coercuisse, Jos. 3. 6. At si causarum vires integræ sint, & illæsæ, si nullus obex interponatur, Deus non obstat illis ne agant, nisi opem illis subtrahendo, quod indigent ut agant, & quâ subducta nihil agunt, nihil prorsus moliuntur.

Tertia divinæ Providentiae actio est *directio & determinatio rerum in suos fines*. Res omnes etiam inanimatae finem aliquem propositum habent, quem, nisi per vim majorem impedianter, semper assequuntur, eum tamen non cognoscunt omnes, aliquo igitur dirigente & impellente fines suos attingunt, ut sagitta scopum, quia oculus est, qui collineat, & manus quæ dirigit & impellit. Ita res inanimatae fines suos attingunt, quia Deus ad eos movet & impellit. Verè & quasi ex oraculo deproprietum, quod ait Philosophus lib. 4. de generat. animal. cap. 12. πάντα τὰ γενέθλια καὶ τίχηται καὶ φύσις τοῖς θεοῖς, id est, omnia quæ sunt aut secundum artem, aut naturam, ratione quadam sunt. Movet autem res ad suos fines Deus vel secundum earum naturam, ut quum terram impellit ad mundi centrum, & ignem ad locum superiorem, vel aqua utitur ad humectandum; aliquando etiam suprà earum naturam, ut cùm corvis usus est ad pascendum Eliam, nube ad Israëlem obumbrandum in deserto, igne ad eum noctu illustrandum.

Actiones autem causarum secundarum aliæ proficiuntur à causis certis & definitis, quæque agunt *à nō omniis*, ut sunt cœliorum & siderum convectiones, ortus & occasus; aliæ proficiuntur à causis contingentibus, quæ impediuntur aliquando causarum valentiorum occursu, suntque dubii & aincipitis eventus; aliæ sunt fortuitæ & casuales, quæ raro eveniunt, & præter expectationem agentium particularium; aliæ denique voluntariæ, quæ à libera hominum voluntate dependent. Hæ omnes divina Providentia administrantur, & primò syderum oritus, Matth. 5. v. 4. 5. Deus facit oriri Solem super bonos & malos. Idem dicendum de effectibus contingentibus, sic dicitur emittere pluviam super iustos & iniustos, loco citato ante, Actor. 14. 17. Date nobis cœlitus pluvias & κρήπεις κρηπέεις. Deut. 28. 11. Deus abundare te faciat omnibus bonis, fructu uteri tui, & fructu terra tua. Genes. 41. 18. Ioseph explicaturus Pharaonis somnium, quo portendebantur septem anni sterilitatis, sic ait, quæ facturu sit Deus ostendit Pharaoni. Et Levit. 26. 19. Deus dicitur facere ut calum sit aeneum, & terra ferrea. Denique, quid magis contingens quam passerculum decidere in terram, & tamen hoc non accidit nisi divinæ voluntatis arbitrio, ut testatur Christus Matth. 10. 19.

Effectus etiam fortuitos à Dei providentia regi constans est Scripturarum sententia. Fortuitum censetur, si quis nec opinans & ex improviso

proviso hominem interficiat, & tamen dicitur Deus fecisse, ut qui ex improviso interficitur, incideret in manus homicidæ, Exod. 21. 13. Quid magis fortuitum habetur, quam sors, nam ut ait Cicero libr. 2. de divinatione, quid est sors, idem quod talos jacere, quod tesseras, quod micare, quibus in rebus temeritas, & casus, nec ratio, nec consilium valet. Et tamen dicitur sortis eventus divinâ Providentiâ administrari, Proverb. 16. 9. vlt. sortes jacintur in sinum, à Domino autem ratio illarum. Quod historia Jonæ nobis quam maxime testatum facit.

Effectus etiam liberos & voluntarios Dei providentia regi & administrari certum est in Scriptura. 1. Hoc desertissimis verbis testatur Sapiens, Proverb. 12. 1. *Cor Regis in manu Dei est, ut rivi aquarum, ad omne quod vult inclinat illud, id est, Regum animos, et si omnium maximè instabiles, suique juris & ditionis, per vim occultam flectit, & impellit, quoconque vult.* Et Proverb. 16. 4. *Animus hominis excogitat viam suam, sed Dominus statuit gressus eius.* Sic 1. Sam. 10. 26. Deus tetigisse dicitur corda militum, ut sequentur Saulem, & excitasse spiritum Cyri, ut edictum promulgaret de solvenda captivitate, 2. Chron. 36. 22. sic Philip. 2. 13. dicitur Deus facere in nobis velle & perficere. Denique, quod Christus à Juda proditus fuit, captus à Judæis, & in crucem aëtus, totum hoc proficisciatur à causis liberis & voluntariis, & tamen hoc totum à divina Providentia fuisse administratum testatur Scriptura, quæ dicit, Acto. 2. 23. *Christum traditum definito consilio Dei, eiusq[ue] Providentiâ.*

Quod attingat ad Diabolos, certum quidem est, eos non impelli à Deo ad mala perpetianda, neque spiritu ejus gubernari, eorum tamen voluntatibus pravis sic præsidet, ut vel laxiores eis indulget habendas, vel eos potestatis suæ fræno coërceat, & cancellis includat Providentiae suæ, nec possint aliquid exequi, nisi permittente & annuente Deo. Ex historia Jobi, quæ habetur cap. 1. ejus libr. constat Satanam nihil posse, nihil valere, nisi quatenus cœli us ei conceditur. Ex historia quæ habetur Matth. 8. sub fin. colligimus, ne Diabolos quidem iuruere potuisse in gregem porcorum, nisi Christo permittente. Et sane quum Diabolus sit in omnem nequitiam profligatissimus; dicuntur enim Diaboli malitia spiritualis, Ephes. 6. 12. quum sit hostis hominis infensissimus, & in eius perniciem propensissimus; dicitur enim, *ambulare ut leo rugiens, querens quem degutiat.* 1. Petri 5. 8. quum sit etiam potentissimus, ventos enim ciet, tempestates concitat, terram quatit, ignem evocat è coelo, morbos etiam in competitos immittit, ut apparet ex historia Jobi: sic hominum corpora potuit aliò transferre, ut constat ex historia tentationum Christi, Matth. 4. imò agros, legetes, & aibusta. Narrat enim Plinius lib. 17. hist. capit. 25. Neronis tempore factum esse memorabile in agro Marucino prodigium, Vectii Marcelli oliveto universo viam publicam transgresso, aruisque inde è contrario in locum olivetum profectis. Satan etiam *opus fortificans, & præstigiis fallentibus sensibus illudit, spectis etiam homines territat, & quod maius est, in cordibus hominum efficaciter agit,*

Ephes.2.2. eosque ad peccandum impellit, & sollicitat, unde dicitur ἐπειδὴ, Matt.4.3. Periret genus humanum, tot hostium infensissimorum & potentissimorum injuriis obnoxium, nisi illi ab alicuius supremæ potentiae nutu dependerent, labasceret etiam fides nostra, & certitudinis nostræ fundamentum convelleretur, nisi sciremus Deum frænare Satanae rabiem, eiusque furorem compescere, ne quantumvis tumultuerit & furat, quicquam efficere valeat, nisi Deo annuente, illique habendas laxante, vel ad reprobos puniendos, vel ad fideles explorandos, exercendos, castigandosque.

IN SECTIONEM V.

Hac nota distinguitur Religio Christiana à reliquis, quas humana Ratio commenta est, nimirum quod viam monstrat quâ sola ad Deum patet accessus, & ad felicitatem pervenitur, quæ consistit in unionem cum Deo. Hæc via Christus est, quem Deus tempore definito, & per Prophetas antea designato misit in mundum, eumque carne nostra, quam adscivit sibi, in unitate personæ induit, & in qua opus Redemptionis nostræ peregit, peccatum expiando, justitiam Dei cumulatissimè satisfaciendo, mortem abolendo, de qua reportans victoriam per Resurrectionem author est vitæ omnibus in eum creditibus. Hæc est summa corum, quæ continentur in hac secunda Symboli Apostolici parte, & est de Christo, & de omnibus quibus Christus perfectissimè defunctus est ad absolvendum Redemptionis opus. In hac sectione examinantur duo augustissima nomina, quibus insignitur Filius Dei. Hæc sunt Iesvs & Christvs.

Jesvs est vocabulum Hebraicum, à radice יְהִי quæ in Kal non est in usu, sed in conjugatione Hiphil est יְהִי, quod significat salvum facere, יְהִי salus & יְהִי, Salvator, inde nomen contractum יְהִי. Galatinus lib. 3 cap. 20. existimat nomen istud esse nomen יְהֹוָה יְהָוָה, & ut vocant Iudei, ineffabile Dei:qua in re immaniter est hallucinatus: 1. Quia non iisdem literis scribitur. Nomen enim illud יְהֹוָה יְהָוָה scribitur per יְהִי, istud autem per יְהִי. 2. Diversissima est significatio, nam nomen Jehova, ut ait Philo, est ιηονα η ιητη, & denotat esse vel essentiam: nomen autem Jesus non essentiam significat, sed salutem, quod probat testis omni exceptione major, Angelus reddens rationem οὐανθάτης, ait enim: *Vocabis nomen ejus Iesum, ipse enim salvabit populum suum à peccatis.* Fallitur etiam idem Galatinus, qui loco suprà laudato existimat hoc esse novum nomen nunquam usurpatum. Nam Iosue filius Nun, Mosis minister, & famulus, qui populum introduxit in possessionem terræ, & Iesu filius Josedech summi Sacerdotis, & primus Pontifex in domo secunda post μανιάσια, & à laxata captivitate, eo nomine dicti sunt. Filius ille Josedech, Esdr.2.2. Nchem.7.7. יְהִי & filius Nun, Nhem.8.17. Sic

verd

verd à lxx. Interpretibus, qui post Esdram & Nehemiam floruerunt, *in nū* est appellatus, quoniam enim gutturalis y, & Græcis & Latinis difficultis est pronunciatu, lxx. Interpretes eam in sigma mutarunt, & dixerunt *in nū*.

Græci interpretantur *σωτηρ*. Olim qui beneficium aliquod grande in Rempubl. contulerant, vel qui eam graviori aliquo periculo liberarent, *διορθεῖται*, & *σωτηρ* appellabantur. Plutarchus in vita Q. Flaminii ait, eum acclamatum fuisse *σωτηρ* totius Græciæ. Livius lib. 34. Servatorem appellat. Cicero tamen lib. 4. in Verrem ait. Nomen Soter tam magnum esse, ut Latino uno verbo exprimi non possit. Is est nimis *σωτηρ* qui salutem dedit, minus autem est servare, quam salutem dare. Servatis, ut observat Manutius in locum Ciceronis, qui, ne salus amittatur, aliqua ratione præstat; salutem dat, qui amissam restituit. Christus afflictum genus humanum non modo servavit, & ne salutem amitteret, effecit; sed, quod majus est, à sempiterno interitu ad æternæ vitæ bona perduxit. Satiùs igitur est in re nova novum *Saluatoris* vocabulum usurpare, cùm Ausonio in Ephemeride, quam minus significanter & commodè vocabulum Servatoris adhibere.

Impositum illi fuit hoc nomen quum circumcideretur. Omne vocabulum, inquit Augustinus lib. de Genes. ad liter. cap. 6. ad distinctionem valet. Unde etiam nomen eo quod rem notet appellatum est quasi notamen, quod rei subjectæ notitiam insinuet. Unde definitur à Philosopho lib. 3. Rhetor. cap. 2. *τὸν οὐρανὸν ὑπασθέντα*. Ad nominum impositionem habuere Gentes dies certos & fixos. Hunc diem Romani vocabant Nominalia, Glossarium nominalia, *ἱρομάσητες* Gregorius Nazianzenus appellat *ἱρομάσητες*, alii Græci *ἱρόποτες* *ἱρομάστες*. Ille dies & Lustricus appellabatur, quia lustrabatur infans. Macrob. lib. 1. Saturnal. cap. 16. *Luſtris* dicitur dies, quo infantes lustrantur, & nomen accipiunt; *is maribus nonus, octavus est feminis*. Iudei consuetudinem illam in violatam observabant, ut in circumcisione nomen imponeretur infantibus, de quo quidem non constat expressum Dei mandatum; sed inde videtur orta consuetudo, quod Deus, quo tempore legem tulit circumcisionis, tam Abrahamo, quam eius uxori novum indidit nomen, Genes. 17. Abrahamus postea filio suo nomen indidit Isaaco circumcisionis tempore. Sic Johanni qui dictus est *βαπτίζει*, nomen impositum est eo die, quo circumcisus est, Luc. 1. 59. Hunc morem in sacratissimo suo Filio & circumcidendo & nominando, observavit B. Virgo, Luc. 2. 21. Nomen autem imponebatur per Parentes, penes quos erat authoritas: nam, ut ait Chrysostomus, *ἱρουατον σίμονον τὸν βητεῖται*. Sic Adamus, ut rerum omnium Dominus, à Deo constitutus, animalibus nomina imposuit. Sic Elisabeth, sic Zacharias nomen Johanni imposuerunt: sic Christo nomen indiderunt Maria & Josephus, quibus id muneric fuit à Deo delegatum. Ad Mariam ait Angelus: *Pariet filium, & vocabis nomen eius J E S U M*, Luc. 1. 31. simili affato Josephum in somno alloquitur Angelus: *Pariet filium, & vocabis nomen eius J E S U M*, Matth. 1. 21.

Mulci leguntur in Scripturis divinitus nominati antequam nati. *primus* fuit Ismaël : Deus sic alloquebatur Agar : *Paries filium, & vocabis nomen ejus Iſmaēl*, Genes.16.11. *Secundus* fuit Isaac, cuius nomen pronuntiatum est à Deo antequam nasceretur, Genes.17.19. *Tertius* est Josias Rex, de quo sic Deus, *Nascetur filius domini David, cuius nomen erit Iſias*, 1. Reg.12.2. *Quartus* fuit Johannes Baptista, de quo sic Angelus iussu Dei : *Elisabeth uxor tu i parit filium, & vocabis nomen ejus Iohannem*. *Vltimus* fuit Jesus Christus, ut patet ex locis supra laudatis. Quid est sumam opere notandum. Non in una enim ab hominibus imposita non semper rebus ipsis convenient. Multi dicuntur Clementes, qui tamen sunt crudeles, multi Bonifacij, qui tamen ad malefaciendum propensissimi. Hæreticus ille ὥχ' με in Concilio Chaledonensi damnatus, quoniam unam tantum in Christo agnoscit naturam, vocatus fuit Eutyches, qui tamen ἀσύριος fuit, & infelix S. Tatianæ mancipium. Notavit Epiphanius in hærefi Noëtianorum, hæresiarcham appellatum fuisse Noëtum, sicut furiae appellari solent δαίμones : οὐτοις, inquit, οὐτοις οὐτοις οὐτοις. At nomina à Deo imposta, semper rebus convenient. Ita ut Christus appellatus à Deo Jesus, Salvator sit populi sui necesse sit.

Quam autem salus sit quidem felicitas, sed quæ miseris obtingit, & deploratae spei hominibus : sit quidem vita, verum quæ perditis & in morte jacentibus datur : *Salvator* is est, qui mala, quibus sumus obnoxii, averruncat, bona autem quibus indigemus nobis largitur. Duobus malis sumus obnoxii, peccato scilicet & æternæ morti, peccati stipendio. Christus nos peccato mancipatos, & æternæ maledictioni obnoxios liberat. Duobus bonis sumus spoliati, iustitia scilicet & vita, Christus iustitiam & vitam reduxit. Christus à peccato liberat nos, quia Angelus sic Mariam alloquebatur : *Salvabit populum suum à peccatis*, Matth.1. Liberat nos à morte, quia mortem abelevit, 2. Timoth.1.10. & eum quæ mortuū habet imperium, Hebr.2.14. Christus etiam iustitiam reduxit : *factus enim nobis est iustitia*, 1. Corinth.1.13. Et sicut per uniuersitatem inobedientiam multi constituti sunt peccatores, ita per uniuersitatem iustitiam constituentur multi, Roman.5.19. vita quoque nobis est auctor, nam vitam reduxit & immortalitatem, 2. Timoth.1.10. Unde dicitur Princeps vita, Actor.3.15. & vita ipsa, Johan.14.6. Jam ad salvationem istam, nomine Jesu signatam duo actus necessarii concurrunt. Primum est salutis acquisitione & impetratio, mortis suæ ἀντη : alter est salutis impetratæ efficax communicatio per Spiritum suum Sanctum. Secundum illum Christus dicitur Salvator merito; secundum istum Salvator efficacia.

Secundo, vox CH R I S T Y S, est examinanda. Gentiles terum nostrarum ignari Christum appellabant Chrestum, & Christianos Chrestianos, χρήστοις, quæ suavitatem & benignitatem significat : quo pacto Dionysius Heraclæs Rex, χρηστος appellatus fuit, σαρκωνομοντα, και μυστη. Terter, apologet. cap.3. Peiperam, inquit, à robis Chrestianus appellatur; nam nec nominis notitia est penes vos; Justinus apologet. 2. χριστιανοι τοι καπεσον μετα,

cusa, τὸν χριστὸν μισεῖσθαι, & διηγεῖσθαι, id est, Chrestiani accusamur esse, non est autem iustum mansuetudinem, & benignitatem odisse. Suetonius in Claudio cap.25. Iudeos, inquit, impulsore Chreste, tumultuantes Romam expulit. Certum tamen est non Chrestum, sed Christum appellari, non τὸν χριστόν, sed τὸν τὸν χριστόν; nam χριστός est Vngi, unde χριστός est unctus. Redet Tertullianus loco suprà citato: Christianus, quantum interpretatio est, de unctione deducitur; Christus est enim, των unctus, à radice ήντο, ungere; Jesum autem esse unctum σχολής testatur Scriptura, Heb.1.8. ex Ps.45. Vnxit te, ô Deus, Deus tuus oleo exaltationis, &c. & Luc.4.18. ex Jes.61.1. Spiritus Domini super me, propterea unxit me. Unctio in Veteri Testamento duo significabat;

1. Ordinationem ad aliquod munus, vel Regium, vel Propheticum, vel Sacerdotale; ungebantur enim Reges, Sacerdotes & Prophetæ. Reges quidem, quia 1.Sam.10.1. Saul ungitur in Regem à Samuele & David, 2.Sam.2.4. ideo in Scriptura Reges uncti Domini appellantur, ut Saul, 1.Samuel.24.7. Cyrus, quamvis aversus à vera religione, unctus appellatur, Esa.45.1. Sacerdotes etiam ungebantur ex mandato Dei, quod extat Exod.30.33. Ungebantur etiam Prophetæ, sicut Deus imperavit Eliæ Elisæum ungere in Prophetam, 1.Reg.19.16. Ideo Prophetæ uncti dicuntur, Psalm.105.15. Christus ideo dicitur unctus, quia ordinatus est à Patre ad officium Regium, Sacerdotale & Propheticum. Christus fungitur officio Regis, ut patet ex Psalm.2.6. Dan.2.44. & Luc.1.32. ubi Deus per Angelum pollicetur se daturam ei solium Davidis, ut regnet in aeternum. Unctus etiam est in Sacerdotem, quod vel unicus locus satis superque probat, qui habetur Psalm.110.4. Tu es Sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedec, quod Christo accommodat Apostolus, Hebr.5.6. Unctus etiam est in Prophetam, quod praedictum fuit à Mose, Deuter.18.15. Excitat te vobis Prophetam sicut me; quod de Christo dictum esse pronunciavit Petrus, Act.3.22.

Hoc triplici officio defungi debuit Christus; Duo enim aëtus ad salutem necessariò concurrunt. *Primus* est virtù æternæ, quod attinet ad jus meritumque, impetratio: *Secundus* est salutis nobis impetratio actualis, & efficax communicatio. Quia verò inter acquisitionem salutis, ejusque efficacem communicationem fidem intercedere necesse est, quæ vinculum est nostræ cum Christo συμφένοντος, organumque efficax, quo sumus beneficiorum ejus particeps, & quia fides est ex auditu, auditus autem per verbum Dei, Rom.10.7. ideo ut perveniamus ad salutem nobis acquisitionem à Christo, necesse est, ex instituto & ordinatione Divina, ut verbi præconio pulsentur aures nostræ, & mentes luce cœlesti perfundantur. *Tertius* ergo requiritur aëtus, nempe Reconciliationis per Christum partæ promulgatio, per Evangelii prædicationem. His tribus aëtibus respondet triplex Christi officium, Sacerdotale, quo sanguinis sui αἵτησι & mortis suæ obediens salutem nobis impetravit & promeruit æternam: Propheticum, quo modum redemptionis & reconciliationis nostræ cum Deo nobis revelavit ad fidem cordibus nostris ingenerandam; & Regium, quo reconciliationem illam nobis potenter applicat, peccati vires

paulatim enervat & debilitat, nosque totos resingit innovatque ad imaginem suam occulta Spiritus sui Sancti virtute. Hac quoque ratione demonstratur necessitas triplicis, quo Christus defunctus est, officii. Ex Adami peccato propagata est & exundavit in hominem totius naturae deformitas, & peccati corruptio, quae intellectum, voluntatem & appetitum pervasit: inde nascitur reatus, qui nihil aliud est, quam obligatio ad pœnam, quam iustitia Dei reposcit. *Triplex ergo in homine malum, tenebrae in intellectu, vitiositas & ~~desideria~~ in voluntate & appetitu, & reatus inde consurgens.* Huic triplici malo, ut medicinam faceret Christus, triplici defunctus est officio: Prophetico, quo caliginem à mentibus hominum dispulit, easque luce cœlesti perfudit: Regio, ad pravitatem nobis penitus adhærentem abolendam, & corda nostra immutanda, ut Dcus regnum suum Spirituale in nobis obtineat: denique Sacerdotali, ut reatum tolleret, & obligationem ad pœnam exsolveret, dum ipse defunctus est vindicta peccatis nostris debita, & nobis alioqui persolvenda.

Deinde unctio significat collationem gratiarum, quæ ad muneric executionem fuere necessariæ; Johannes enim 1. Epistola cap. 2. vers. 20. Gratiam Spiritus Sancti ter *unctionem* appellat. Et Psaltes Psalm. 45. 8. hanc Spiritus Sancti gratiam vocat *oleum exultationis*. Hoc etiam modo Christus unctionis est propter gratiarum in humanitatem assumptam collationem: est enim in Christo gratia duplex, una *Hypostatica*, quam vocant gratiam Unionis, altera *habitualis*, quam vocant Habitualem: illa fit per communicationem hypostaseis, qua humanitas Christi evecta est *in unctione spiritu*; ista vero per plenissima donorum in carnem ascitam effusionem: Per illam Christus distinguitur à reliquis hominibus *et non* *est* *deus*; per istam vero *est deus*: per illam Christus est *omnis* & essentia-liter Deus, per istam homo supra ipsos Angelos ineffabiliter Divinissimus: hæc nascitur ex illa: nam quia caro Christi unita est *per hypostaticam*, ideo donorum habitualium susceptione suprà omnem humanæ naturæ conditionem incenarrabiliter est evecta, quod Scriptura designat, quum Christum appellat *unctionem oleo latitudo pra confortibus suis*, Psalm. 45. 8. & Hebr. 1. 9. Item, quodum ait, Deum non ei dare Spiritum ad mensuram, Joh. 3. 34. & in Christo thesauros omnes Sapientia & cognitionis esse absconditos, Colos. 2. 3. & in eo residere omnem plenitudinem, Johan. 1. 16. & Coloss. 1. 19. Idcirco gratiæ plenitudo dicitur esse in Christo secundum totam amplitudinem speciei suæ debitam, quia tanta est, quanta maxima esse potuit, id est, tanta ut nulla sit aut esse possit major, aut æqualis ex decreto & ordinatione divina. Differunt hæc duæ unctionis Christi partes: 1. Quoniam unctionis quæ est ordinatio ad munus *prophetarum* est, relatio: collatio vero gratiarum Spiritus Sancti est vera & realis effectio, qua cœlestes, divinæ & spirituales qualitates Christo communicantur. 2. Ordinatio ad munus competit personæ Christi secundum utramque naturam, munera siquidem sunt personarum; at collatio gratiarum convenient humanitati Christi tantum, divinitas enim propter summam simplicitatem non est

capax alicujus qualitatis, & propter ejus infinitatem, qua perfectionem omnem in se complectitur, nihil illi potest accedere.

III. Ut de singulis Christi officiis pauca quædam delibemus. Christi regnum est spirituale, quia, 1. Christus, qui hoc regno potitur, spiritualis est, tum secundum Divinitatem; Deus enim est Spiritus, Johan. 4.24. tum secundum humanitatem, & respectu originis; est enim formata modo quodam cœlesti per extraordinariam Spiritus Sancti virtutem & ratione Spiritualium qualitatum, justitiae, sanctitatis, immortalitatis, splendoris & gloriae. 2. Spirituale hoc est regnum ratione subditorum, qui spirituales sunt; tum quia per Spiritum Sanctum sunt regeniti, Joh. 3.67. tum quia Spiritu S. sunt obsignati in diem redemptionis, Ephes. 4.30. tum quia non vivunt secundum carnem, sed secundum Spiritum, Rom. 8.1. 3. Regnum Christi spirituale est, quia qualis Lex, talis Rex, tale regnum; Lex autem regni Christi spiritualis est, Evangelium, scilicet ministerium Spiritus, 2. Corinth. 3.8. & præscriptio cultus rationalis, & spiritualis, Rom. 12.1. Johan. 4.23. 4. Spirituale est Christi regnum, quia bona quæ subditis communicantur sunt spiritualia, remissio peccatorum, adoptio gratuita, Spiritus sanctificationis, vita æterna, &c., ut ait Apostolus Rom. 14.13. *In iustitia, pax & gaudium per Spiritum Sanctum.* 5. Quia media quibus utitur Deus ad stabiliendum & propagandum Christi regnum sunt spiritualia, Verbum scilicet & Spiritus Sanctus. Denique, quoniam imago Christi non insculpitur in auro, in argento, in ære, sed instauratur in cordibus fidelium. Regni Christi duplex est status; unus gratiae, alter gloriae. Gratiæ in hac vita, in qua Christus regnat in cordibus fidelium per remissionem peccatorum & sanctificationem Spiritus Sancti: Gloriæ, in quo Christus suos evexit ad gloriae cœlestis participationem. Status gratiae Regni nomine significatur. Rom. 14.17. Regnum Dei non est in cibo, aut potu, sed in iustitia, gaudio & pace per Spiritum Sanctum. Status vero gloriae designatur, 1. Cor. 15.50. *Caro & sanguis non possunt hereditatem regni Dei consequi.*

IV. Sacerdotium Christi munus est personale Christi *in diebus suis,* quo Christus Dei iustitiae cumulatissime satisfecit, ejusque iram placavit verè & realiter *διὰ την θυσίαν* Sacrificio. Sacrificium illud est, corporis Christi oblatio cum sanguinis effusione. Sacrificium est verè & realiter *διὰ την θυσίαν*, quia fuit olim duplex reatus, unustypicus, alter verò realis. Typicus, quo qui tenebatur non licebat illi interesse cœtibus Ecclesiasticis, aut inire societatem cum fratribus, vel res sacras participare, ut reatus qui oriebatur ex contractu mortui, quem Apostolus vocat impunitatem secundum carnem, Hebr. 9.13. Realis est qui contrahitur ex labore peccati, quo alienamur à Deo, prohibemur à cœtu Angelorum, & morti æternæ simus obnoxii. Typicus reatus tolli potuit Sacerdotio, & Sacrificio typico, nempe sanguine victimarum: at realis reatus, qui contrahitur ex labore peccati, non tollitur & aboletur nisi Sacrificio verè & realiter expiatorio, ut est sanguis Christi, quo redempta est Ecclesia, ut dicitur Actor. 20.28. Ut autem summi Sacerdotis duplex fuit auctor; una

immolantis extra Sanctuarium: altera verò ingredientis ~~est in aliis~~, ibi-que sistentis se coram Deo: sic Sacerdotis Christi duplex est actus, unus est oblatio mactationis, quæ peracta est in terra, alter oblatio ostensionis, id est, corporis Christi, quod pro nobis traditum est, & sanguinis, qui pro nobis effusus est, exhibitio, & repræsentatio, quæ peragit in cœlis: Christus enim ingressus est in cœlum, ut compareat in conspectu Dei pro nobis, Hebr. 9. 24. Et hæc actio adeo fuit necessaria, ut ~~agere~~ dicat Apostolus; Si Christus adhuc esset in terris, nequidem fore sumnum Sacerdotem, Hebr. 8. 4. id est, partibus Sacerdotis summi non fuisset planè & perfectè defunctus.

V. Est etiam Christus summus Ecclesiæ Doctor, & primus rerum diuinarum Interpres & internuntius. Ut autem ad colores percipiendos duo necessaria sunt, lumen scilicet Solis in colores effusum, & facultas visiva in oculo residens; sic ad percipienda regni cœlorum mysteria duo sunt necessaria, externa scilicet Doctrinæ promulgatio, & interna mentis facultas, quæ naturaliter destituuntur omnes homines: homo enim animalis non est capax eorum quæ sunt Spiritus Dei, 1. Cor. 2. 14. Christus non solum doctrinam extrinsecus proponit, sed intus docet, id est, ingenium attentum & docile reddit, capaxque eorum quæ docentur. Sic dicitur ~~aperuisse~~ mentes Discipulorum, ut intelligerent Scripturas, Luc. 24. 45. Joh. 16. 7. &c 13. dicitur mittere Spiritum Sanctum qui mentes illuminet & deducat in omnem veritatem.

IN SECTIONEM VI.

Epithetum quo Sol olim est insignitus, quum vocatus est ~~sol invictus~~, Id est, publicam afferens utilitatem, Christo, Ecclesiæ Soli, omnia irridianti, foventi, & vivificanti optimè potest accommodari. Is enim est verè ~~sol invictus~~, quia quicquid fecit, aut passus est, in nostram fecit, aut passus est utilitatem. Descendit è cœlo in terram, ut nos è terra in cœlum evenheret; manens in sua natura particeps factus est humanæ naturæ, ut nos manentes in nostra natura fiamus participes divinæ naturæ: factus est carnis participatione filius hominis, ut nos faciat Spiritus sui participatione filios Dei; denique factus est Christus, id est, plenissimam & cumulatissimam donorum Spiritualium copiam habuit in suam carnem effusam, ut in nos scaturiant cœlestium divitiarum rivuli, quod est argumentum huius sextæ sectionis.

I. **C**HISTVS significat *Vnctum*, quia bonorum cœlestium immensitas in humanitatem Christi quam abundantissimè est effusa, & ut nos jejunos & famelicos abundantiam suâ perfundat, & ex ejus plenitudine hauriamus omnes, ut dicitur Johan. 1. 16. quemadmodum hic tria consideramus, scaturiginem, fontem, & aquam inde emanantem. Scaturigo in fontem exuberat, illique perenni fluxu novam subinde largitatem sufficit: fons aquam in se continet, & inde aqua vel bibitur, vel irrigandis ~~hocc~~

horti areolis & pulvillis deducitur: sic in Christo hæc tria sunt consideranda: Scaturigo, fons, & rivuli inde promanantes: hi rivuli sunt gratiæ Spiritus Sancti quæ ad fideles transfunduntur: Christi caro fons est dives & inexhaustus omnem plenitudinem in se complexus, qui tamen non exuberat à se ipso, sed ab ipsa scaturigine, quæ divinitas est in humanitatem adscitam, omnem donorum suorum copiam abundantissimè effundens.

II. Ut de utilitate, quæ à singulis Christi officiis in nos emanat, aliquid dicamus, Politicorum duas differentias istas constituant inter Tyrannum & Regem. Tyrannus Leges suis moribus accommodat; Rex autem mores suos Legibus. Rex amari studet, Tyrannus metui illud Caligulae subjinde jactans; oderint dum metuant. Rex timet subditis, Tyrannus subditos: Tyrannus imperat ad suam utilitatem, Rex ad subditorum utilitatem. Verè Philosophus, Ethic.lib.8.cap.21. οὐ πάντας Θεού είναι σιγφέν τοποῦ, οὐ δὲ βασιλέως οὐδεὶς αὐτούς. Christus Rex est, non Tyrannus; regnat igitur ad fidelium utilitatem. I. Liberat nos ut Rex à malis, peccato scilicet & morte, tanquam à malæ fidei possessoribus, & bona sua nobis communicat, quæ sunt remissio peccatorum, adoptio gratuita, Spiritus sanctificationis, salus & vita æterna. Adsciscit nos ad regni sui consortium, facit enim nos Reges, Apoc. i. 5. tum quia Spiritu suo nos donat, virtute sua nos instruit, & armat, ut mundum, Satanam, & peccatum vincamus, tum quia gloriæ suæ nos coronat, vt cum eo triumphemus in æternum.

III. Intimensæ etiam utilitates ex Sacerdotio Christi in nos exuberat, Prima est quod Christus iram Dei placando, justitiaque ejus satisfaciendo acquisivit & promeruit nobis remissionem peccatorum, adoptionem gratuitam, Spiritum sanctificationis, salutem & vitam æternam. Ut enim actualis & efficax communicatio est à Regio Christi munere, sic meritum, acquisitione, & impetratio est à Sacerdotio illius. Secundus fructus est Sacerdotii Eucharistici institutio, lavit enim nos à peccatis per sanguinem suum, & fecit nos Sacerdotes Deo Patri, Apoc. i. 6. quum enim homini peccatori, & ad Dei conspectum totis artibus contremiscenti non pateat accessus ad Deum, Christus Mediator, & sequester inter Deum & nos, & iram ejus excandescensem extinxit, & ejus justitiæ cumulatissimè satisfecit, Patrem nobis reddidit propitium, & favorabilem, & ita accessus, & aditus nobis ad gratiæ Dei thronum factus est, ut hostias spirituales, laudisque sacrificium Eucharisticum, grato sacrificii ejus expiatorii odore perfusum, & ita Deo gratum, & acceptum offeramus illi: *Vos estis Sacerdotium sanctum ad offrendas spirituales hostias acceptas Deo per Iesum Christum.* 1.Petr.2.8. Postremus fructus sacerdotii Christi, quique est reliquorum finis & complementum, est omnium fidelium ad Deum adductio. Christus pro peccatis passus est semel, Justus pro injustis, ut nos ad Deum adduceret, 1.Petr.3.28. Ideo donati sunt remissione peccatorum, adoptione gratuita, Spiritu gratiæ, ut ad Deum adducerentur foederati: adducuntur autem ad Deum, ut cœlestem hæreditatem morte Christi par-

tam, verbo Evangelii promissam, Spiritu Sancto obsignatam ex Dei Patris benignitate accipient, eaque perfruantur in æternum.

Idem dicendum de Prophetæ & Doctoris munere, illud in utilitatem nostram Christo esse impositum. Finis enim est ut nos illuminet cœlesti luce, nosque formet in veram & salutarem Dei cognitionem. Vera autem Dei cognitione amorem Dei accedit in cordibus, in amore Dei consistit iustitia & sanctitas, in iustitia & sanctitate imago Dei, in imagine Dei vera hominis perfectio, sine quâ non erat opera preium nasci.

IN SECTIONEM VII.

Ad perficiendum Redemptionis opus adhibita est persona Filii, ne duo essent in Trinitate Filii, unus per æternam generationem, alter vero per nativitatem temporalem, & ut ait Augustinus, lib. de dogmatibus Ecclesiasticis cap. 2. ne Filii nomen ad alterum transiret, qui non esset æterna nativitate Filius. Deinde, ut qui medius esset inter personas gloriosissimæ Trinitatis, esset quoque medius & Mediator inter Deum & homines. Denique ut nos restituueremur in jus & gradum filiorum Dei, per eum qui natura est Filius Dei. Ideo ut in describendo creationis opere sit mentio Patris in Symbolo Apostolico: sic in recensendis Redemptionis operibus sit mentio Filii, *Credo in Filium Dei unigenitum Dominum nostrum, conceptum ex Spiritu Sancto, & natum ex Maria Virgine. Ubi tria veniunt explicanda, Filiatio Christi, ejus Dominium, & illius οὐρανος.*

I. Nomen Filii Dei οὐρανικόν est, & οὐλωτικόν, secundæ personæ Trinitatis, & significat ejus ιδίωμα ἀφειστικόν. Filius autem alias est θεός, alias vero φύση, alias per gratiam, alias per naturam: alias per adoptionem, alias per naturalem generationem. Ut autem aliquis sit filius per naturam, duæ requiruntur conditiones; prior, ut sit ab eo cuius dicitur filius, quia de ratione filii est ut sit genitus: generatio enim est processus & emanatio quædam ab aliquo; posterior, ut sit ejusdem naturæ cum eo. Christus Filius est per naturam, naturalemque generationem,

1. quia dicitur proprius Dei Filius, Rom. 8. 32. Fidelis autem non dicitur proprius Dei filius, quia non est ejusdem naturæ cum Deo, sed figuratè, vel propter gratuitam Dei acceptationem; vel quia imago Dei instaurata est in eo per Spiritum Sanctum, & ita factus est naturæ divinæ particeps, 2.Petr. 1. 4. quoniam instauratur in naturam divinæ naturæ similem, habentemque characterem divinæ naturæ, iustitiam, sanctitatem, immortalitatem. 2. quia dicitur Unigenitus, Johan. 1. 14. & 18. quum autem Angeli dicantur *Filiū Dei*, Job. 1. 6. & *principes*, Psalm. 82. 2. & omnes fideles, Johan. 1. 12. Christus non potest dici Unigenitus nisi quia productus sit a Deo, modo quodam illi αὐτονόμῳ proprio, naturali scilicet, & essentiali Deitatis communicatione. Bene Nazianz. orat. 36. Dicitur, inquit, οὐρανοῦ οὐρανὸς οὐρανος in ποτε δι' οὐρανοῦ επορθώς. 3. Quia dicitur genitus ab æterno, Proverb. 8. 24. Sapientia dicitur genita antequam essent

essent abyssi, vel montes, vel terra habitata. Est igitur Filius per naturam non per gratiam aut adoptionem. 4. Jus adoptionis in Christo & per Christum adipiscimur. Est igitur ipse Filius, non per adoptionem, sed per naturam. Quum enim adoptio definiatur à Juris Consultis, *Actus legitimus imitans naturam*, filius per adoptionem præsupponit filium per naturam; & ita Christus in quo & per quem adoptamur, non est ipsem filius per adoptionem sed per naturam. Notandum est Basilii locus contra Eunom. lib.4. Τοι δέ τε, inquit, οὐ μόνον τὸ φύσης λίγα ταῦτα, εἰσὶν ἡμεῖς, τοι δέ τοι διάλεκτος τὸ φύσης τεταρτοῦ, quod est per adoptionem dicitur per imitationem ejus quod est per naturam. Si igitur nos sumus filii Dei per adoptionem, necesse est præexistere aliquem qui sit filius per naturam. Denique, Christus est à Patre, unde dicitur *πατέρας τοῦ τοῦ θεοῦ*, Joh.1.14. Deinde est ejusdem naturæ cum Patre, est enim Deus, Joh.1.2. & Aequalis Patri, Philip.2.6. Est igitur filius Dei per naturam.

II. Sicut Christus Filius est Dei, ita quoque Dominus est omnium rerum, 1.Corinth.8.6. *Vnus Deus Pater, ex quo omnia, & unus Dominus Iesus Christus per quem omnia.* Est autem sciendum duplex esse Christi dominium in creaturas, unum essentiale, alterum vero œconomicum & Mediatorium. Illud Christo convenit, qua Deus est, habetque illud ab æterno commune cum Patre & Spiritu Sancto, cum eandem habeat essentiæ *ὑποχώρου*, qua nitor dominium Dei in creaturas. Alterum vero illi competit, quatenus est Mediator, & nitor merito satisfactionis à Christo præstatae, estque potestas universæ Ecclesiæ regendæ, vivificandæ, salvandæ: At nisi defunctus fuisset opere mediatorio, justitiæ Dei satisfaciendo, tantum abest, ut jus ullum habeat Ecclesiam salvandi, ut ne quidem Ecclesiam ullam esset habituras. Dominium illud œconomicum & Mediatorium duplex est, vel universale, in omnes creaturas; vel particulare, in electos, ad quorum salutem promovendam totum comparatum est. Sed quia ad promovendam Ecclesiæ salutem necesse est Satanæ rabiem compescere, hostes ejus sceptro ferre comminuere, quicquid est Ecclesiæ inimicum & adversarium frangere, mittere Angelos, creaturas etiam adhibere, ut fidelium saluti subserviant: Ideo dominium universale Christus in omnes res accepit à Patre, quando constitutus est ab eo Mediator. Joh.17.2. *Dedisti illi potestatem in omnem carnem, hoc est universale dominium in omnes creaturas, ut omnibus quos dedisti ei, det vitam eternam.* Hæc est particularis potestas, quam habet in fideles. Ephes.1.22. *omnia subjecit eju[m] pedibus;* habes ibi universale dominium in omnes creaturas, eumq[ue] constituit Ecclesia caput; est particularis potestas ad Ecclesiæ salutem comparata, quæ nitor jure Redemptionis. Illud universale Christi dominium in omnes creaturas, vocatur *hereditas mundi* ab Apostolo, Hebr.1.2. *quem constituit heredem omnium.* Neque enim hic intelligi potest dominium essentiale, quod ab æterno commune habet cum Patre, dicitur enim constitutus hæres. Dominium autem illud essentiale, quod habet, non *θεόν*, alioqui diceretur constitutus esse Deus à Patre. Intelligitur ergo dominium, quod ei competit quatenus est Mediator;

dicitur etiam potestas in cœlo & in terra, Matth.28.18. *Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra*, id est, jus & autoritas totius Ecclesiæ administrandæ cum dominio universi istius Mundi.

III. Dicitur Christus natus ex Maria Virgine. Genitus & natus apud Latinos permutantur, & natus apud Græcos dicitur Ἀνάστασις, id est, genitus, & ideo nativitas est generatio. Est ergo nativitas origo viventis à vivente secundum naturæ similitudinem. Unde fit, ut qui dicitur natus, debeat esse ab eo, à quo natus est, & ejusdem naturæ cum eo. Praepositio igitur ex quando jungitur cum natus, significat ordinem, & habitudinem causæ materialis, ita ut natus ex aliquo, sit natus ex ipsius substantia. Christi autem nativitas duplex est, æternæ una, quâ naturam & essentiam divinam accepit à Patre; altera temporalis, quâ recepit naturam humanam à Matre. Verè Augustin.lib. de fide ad Petrum Diaconum cap.2. Idem, inquit, unigenitus Deus natus est semel ex Patre, semel ex Matre; natus est de Patre Deus, Verbum, natum est ex Maria, Verbum caro factum, natus ante secula, & natus in seculo. Et utraque nativitas unius est Filii Dei, divina & humana. De humana intelligendum est, quod dicitur natus ex Virgine Maria, quod ὡντεξερί legitur in Scriptura, Matth.1.16. dicitur Joseph vir Mariæ, ex qua natus est Jesus, qui dicitur Christus. Et Angelus Mariam allocutus, Luc.1.30. quod nascatur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei, Gal.4.4. Dicitur factus ex muliere, ut mulier dicatur sexus ratione, non ut opponitur Virgini. Inde patet Christum humanitatem veram & realem, non imaginariam, non putativam, & τὸ δούλον tantum, ut voluit Marcion, assumpsisse: Cùm enim sit natus ex Virgine Maria, necesse est eum esse eiusdem naturæ cum ea, à qua per nativitatem descendit. Adde, quod vocatur homo, & filius hominis toties in Scriptura, particeps factus carnis & sanguinis, nobisq; similis in omnibus excepto peccato, Hebr.2.14.17. Hoc autem non esset nisi veram induisset humanitatem. Deinde, si Christus apparuit in phantasmate putativæ carnis, non ergo vere natus, vere paclius, vere mortuus, sed ut loquitur Tertullianus, τὸ δούλον tantum, & ita nec vere satisfecit justitiæ Dei, nec verè nos redemit; quod est convellere salutem nostram à fundamentis, & elevare omnem Scripturarum fidem.

Elidimus inde secundò, Christum non solum humanitatem assumpsisse, sed humanitatem non de substantiis superioris mundi, vel de sideribus excerptam sine ulla nativitate, & ut loquitur Tertullianus, sine ulla ateri opera, ut voluit Apelles; verùm ex substantia B. Virginis efformatum, quod probant ea loca, quæ dicunt, Christum esse semen Abrahæ, Gal.3.16. Filium Davidis, & fructum lumborum eius, Actor.2.30. ex patribus descendisse secundum carnem, Rom.9.5. & Virginem esse illius matrem, Matth.1.18. & ex ea genitum esse, v.16. Atque ut est annotatum suprà ex Basil. libr.4. contra Eunomium: οὐ γενέσθαι εἰ τὸν αὐτὸν οὐδὲν τὸ γεννήτον. Ideo Athanasius, in epistola ad Epictetum, rectè perpendit, quod dictum est Mariæ ab Angelo, Luc.1.35. γενέσθαι εἰ τὸν, &c. non dicit, inquit, τὸ γενέσθαι εἰ τὸν, ne arbitretur aliquis Christo corpus esse ζωὴν ἐπενεγόντον, sed dicit

dicit &c. ut credamus esse ex substantia illius efformatum.

Decuit autem Filium Dei non spectum, non phantasma, sed veram humanitatem adsciscere sibi & cooptare. 1. Quia Mediator debuit esse pars, medius inter Deum & homines: at ut esset pars tangere debuit utrumque extremum, Deum & hominem naturæ communione. 2. Ut ea ipsa natura, quæ peccarat, ei ipsi, cui peccarat, ex justitiae lege satisfaceret, & peccatum ab homine commissum expiaretur per sacrificium oblatum ab homine. 3. Ut esset frater noster nosque in hæreditatis paternæ consortium adscisceret; fratres autem non sunt, nisi commune habeant originis suæ principium. 4. Ut in eo & pereum filii Dei fieremus divinæ nature participatione, quando ipse humanæ naturæ participatione factus est filius hominis: quod enim nostrum est, accipere debuit, ut in nos quod suum est per naturam derivaret & transfundere per gratiam. 5. Ut malum, quod Diabolus molitus est contra Dei gloriam, recideret in ejus caput, voluit Deus ut ab homine prius à Satana devicto ipse revinceretur, & regnum quod in homine stabiliverat, per hominem aboleretur.

III. Notandum est, hic Filium Dei dici natum, seu genitum ex Virgine Maria, ac proinde filium Dei esse filium Mariæ, id est, filium Dei, & filium Mariæ esse unam personam, contra Nestorium, qui arbitratus est filium Dei, & filium Mariæ, duas esse personas accidentaliter, id est, $\chi\delta\epsilon\tau\alpha$, $\chi\delta\epsilon\tau\omega$, $\mu\pi\chi\lambda$ unitas. Veritas contra afferit, humanitatem $\tau\eta\lambda\gamma\eta$ non $\chi\eta\kappa\eta$ tantum, sed $\chi\eta\kappa\eta\chi\eta\kappa\eta$ unitam esse, ita ut ex duabus naturis divina & humana $\chi\eta\kappa\eta\chi\eta\kappa\eta$ unitis, evaserit una persona, quæ sit simul filius Dei, & filius Mariæ, quod hæc loca testatum quam maximè faciunt, Luc. i. 35. quod nasceretur ex te vocabitur filius Dei. Idem ergo qui natus est ex Maria, ac proinde filius est Mariæ, est etiam filius Dei. Matt. 16. v. 13. 16. Quem me dicunt esse homines, filium hominis? Tu es Christus filius Dei. Idem ergo qui est filius hominis, & filius Mariæ, est etiam filius Dei. Alioqui si filius Dei, & filius Mariæ essent duæ personæ, neuter esset mundi Redemptor; non quidem filius Dei, nec enim pati nec mori posset, ac proinde neque satisfacere justitiae Dei; non etiam filius Mariæ, is quidem mori posset, & sanguinem suum effundere, at ejus sanguis non esset $\lambda\sigma\tau\epsilon\gamma\eta$ $\chi\eta\kappa\eta\chi\eta\kappa\eta$ pro peccatis; neque etiam sanguis hominis $\chi\lambda\omega$, sed Dei sanguis pretium est Redemptionis nostræ: Deus suo sanguine redemit Ecclesiam; Act. 20. 28. At si Filius Dei, persona esset à filio Mariæ distincta, filius Dei sanguinem non haberet quem effunderet in aptum & sufficiens Redemptionis pretium.

IV. Nuncupatur Christus conceptus ex Spiritu Sancto quod divina tradit autoritas. Matth. i. 20. quod in ea genitum est, ex Spiritu Sancto est, & v. 8. Inventa est Maria pregnans ex Spiritu Sancto, quumque illa quæsivisset quisnam esset futurus hujus conceptionis modus, an ordinarius, opera scilicet & interventu viri, an extraordinarius, supernaturalis, & incompertus: respondet Angelus, Spiritus Sanctus superveniet in te, & virtus Altissimi inumbrabit te, Luc. i. 35. id virtus & efficacia Spiritus Sancti immediata, & sine ulla

opera viri, patris generantis vicem supplebit. Quum enim ad opus generationis multa concurrent, subministratio materiae ex qua foetus coaguntur, deinde formatio quae fit per virtutem ~~masculinam~~, & generativam, qua unaquaque pars in aptam suam naturam figuram, situm & compaginem conformatur, & unio animae cum corpore. Subministratio materiae est adscribenda Virgini Mariæ, reliqua sunt partes Spiritus Sancti, qui corpus Christi immediate, & sine ulla viri opera formavit ex selecta Virginis substancialia, formato vero animam infudit & inspiravit.

Hæretici quidam, syllabarum aucupes, ut est apud Basil. lib. de Spiritu Sancto ad Amphilochium, cap. 20. particulam &c vel Ζ significare semper materiam, & verò instrumentum, τὸ μὲν Ζ, inquiunt, τὸ δὲ οὐλοῦ θεῖον, τὸ δὲ ζῷον ἐργασίαν. Sed immaniter hallucinantur, particula enim & vel Ζ sàpissimè designat causam efficientem, vel principalem, vel instrumentalem. Sic 1. Corinth. 8. 6. unus Deus Ζ & τὰ μάτια, ibi Ζ non potuit non significare, causam efficientem principalem. Sic Johann. 3. 5. Genitus Ζ οὐδεὶς γένηται: Ζ denotat causam efficientem primariam respectu Spiritus, instrumentalem respectu aquæ. Et 1. Johann. 3. 8. peccator dicitur esse ex Diabolo, & regenitus ex Deo: ut impii non sunt ex substantia Diaboli, sic nec pii ex substantia Dei, sed at illi à Diabolo corrupti sunt, sic isti à Deo sanctificati. Sic Christus conceptus ex Spiritu Sancto non prout ex significat causam materialem, sed efficientem, cuius virtute ineffabili formata est humanitas Christi. Ambrosius, lib. 2. de Spiritu Sancto, cap. 5. ait aliquid esse vel ex substantia, vel ex potestate alicujus. Christum non esse ex substantia Spiritus Sancti, sed ex potestate vel operatione illius, uno verbo, non esse ex Spiritu Sancto ~~concupiscentias~~, vel carnem, sed ~~anomopias~~, ut creaturæ à Creatore, alioquin non diceretur semen Malheris, semen Abraha, fructus lumborum Davidi. Unde patet, nec Spiritum Sanctum esse patrem Christi, quod etiam voluerunt hæretici quidam, nec Christum filium esse Spiritus Sancti. Filius enim debet esse genitus ex substantia patris, ut supra notabamus. Deinde debet esse patri similis secundum natum, id est ejusdem naturæ cum patre; at Christus neque est ex substantia Spiritus Sancti, sed ex substantia B. Virginis, & quatenus est homo, non est ejusdem naturæ cum Spiritu Sancto, sed cum Virgine sacra.

Hic quidem operata est tota Trinitas, quoniam, ut ait Augustinus, lib. 1. de Trinitate cap. 4. Tres persona sicut inseparabiles sunt, ita inseparabiliter operantur: hujuscem tamē conceptionis opus attribuitur Spiritui Sancto. 1. Quia Scriptura fecundationem attribuit Spiritui Sancto per eam quam vocant appropriationem, ut Psalm. 104. 13. Si emittas Spiritum tuum creantur. Hic autem ~~iniquitas~~ ac ineffabili virtute fecundata est Virginitas. 2. Spiritui Sancto attribuitur gratia, distinctiones ~~ταξιαρχία~~, sunt, sed idem Spiritus, 1. Corinth. 12. 4. Hoc opus quo formata est humanitas & unita ~~της αἵλως~~, est à mera Dei gratia, quam rationem insinuavit nobis Augustinus Enchirid. cap. 40. Denique, sanctificatio attribuitur Spiritui Sancto, qui, quia

quia nos sanctificat, *Spiritus Sanctitatis* appellatur, *Esa.63.10.* Hæc autem conceptio sanctissima est, & Christus ab ipso conceptionis momento donatus est sanctitate tanta, quantam ulla unquam habuit creatura. Ideo Angelus ad Mariam : *Spiritus Sanctus superveniet in te, & quod nascetur ex te Sanctum, vocabitur Filius Dei,* *Luc.1.35.*

IN SECTIONEM VIII.

QVATUOR sunt modi quibus formari potest humanitas. 1. Immediata à Deo, neque viro, neque fœmina ad hoc opus concurrente; sic formatus est Adam ex pulvere terræ. 2. Ad hanc formationem concurrente utroque parente, viro scilicet & fœmina conjunctis, qui est ordinarius humanæ generationis & propagationis modus. 3. Ex viro solo sine ullo fœminæ interventu; sic Eva ex Adami costa formata fuit. 4. Si ex fœmina formetur homo, sine ulla viri opera, sine ullo Angelorum, vel creaturarum ministerio, mirabili *Spiritus S. virtute*: Sic Christus est à Mariæ Virginis substantia conditus & efformatus, cuius quidem rei causa à nobis est investiganda, quam Augustinus libr.13. de Trinit. cap.18. uno verbo nos docuit : *Fides, non libido prævenit; credendo, inquit, non concubendo, sancta est fæcunda virginitas, ut illud quod nascetur ex propagatione primi hominis, tantummodo generis, non etiam criminis originem duceret.* Quod, ut paulò fusiùs explicemus, sciendum est,

I. Christum immunem esse debuisse ab omni labe peccati; &c, ut ait Apostolus Hebr.7. 26. ἵνα τοις ἀγαπούμενοις καὶ μαρτυροῦσθαι τὸν αὐτὸν λόγον, τum ob personæ dignitatem; sicut enim Deus ascita & assumpta humilitate, miseriis & infirmitatibus nostris obnoxia, per eam *ἰδίωμα κοινωνίαν*, quam veteres, Enallagen, αἱ τιδεον, οἵτις οὐκέτι nuncupant, Deus dicitur factus infirmus & miser; ita si carnem assumpsisset peccati labe infectam, Deus diceretur factus peccator, quod dictu nefas, nefas cogitatum ratione officii: Christus enim debuit offerre sese Deo victimam gratam, & acceptam ad peccatum expiandum, iram Dei placandam, nosque peremptis inimicitias Deo reconciliare. At si Christus peccati lue fuisset contaminatus, quomodo se ipsum victimam puram & immaculatam obtulisset Deo? Si peccator, quomodo peccatum expiasset? Si peccator, obnoxius igitur iræ divinæ, quo pacto igitur iram Dei placasset, eamque absorpsisset, ab ea potius absorbendus? Si peccator, inimicus igitur Deo: quo pacto ergo inimicitias perimere potuisset? quo pacto nos Deo reconciliasset ipse ab alienatus à Deo per peccatum.

II. Certum est peccatum esse vitiositatem aliquam humanæ naturæ innatam, & unà cum natura per generationem diffundendam in posteros, ita ut quicunque naturam trahunt ab Adamo ordinaria propagationis & generationis lege, in eos transfundatur & propagetur hæc peccati labes, dicente Christo, *Johan.3.6. quicquid ex carne genitum est, caro est. Genitum est ex carne,* id est, secundum ordinariam naturæ legem humano

& carnali modo: *Careft*, id est, peccato est inquinatum. Christus igitur ut esset immunis ab omni labo, huc que peccati, concipi debuit non ordinaria generationis & propagationis viâ, sed extraordinaria & immedia ta Spiritus Sancti virtute, partem substantiæ Virginis, ex qua Christus efformatus est, & totum fœtum sanctificantis. Sic, qui futurus erat novæ & spiritualis generationis author & dedicator, novo & spirituali modo generari debuit: qui futurus erat *Admirabilis*, admirabili virtute concipi debuit.

Secundò, in Symbolo Apostolico statim à natalibus Christi fit transitus ad mortem ipsius, omis. à tota vitæ ipsius historiâ: quia hoc in loco recensentur Redemptionis nostræ mysteria. Redemptio autem non est, nisi in morte Christi peracta: quid enim est Redemptio, nisi liberatio à morte, quæ sit pretii persolutione, & intercedente *λύτρῳ*. At hoc *λύτρῳ*, quod Christus vice locoque nostro persolvit, est mors illius. Christus ergo nos redemit, nam quia divinæ Sapientiæ arcana nobis patetfecit, & revelavit, non quia miracula edidit, immane quantum omnem naturæ facultatem excedentia, non quia gloriosus evectus est in cœlum; ibique sedet & regnat, sed quia mortuus est: Est enim ejus mors Redemptionis nostræ pretium Ad enumeranda igitur Redemptionis nostræ mysteria, à natalibus Christi transitus fit ad ejus mortem. Sed quid dicimus de obedientia quam Christus in tota vita Legi divinæ præstítit, nonne hæc necessaria fuit ad salutis nostræ complementum? Duo siquidem ad salutem requiruntur, Liberatio à morte, & Donatio vitæ. Liberationem à morte obtinemus peccati expiatione, quæ facta est in morte Christi: Vitæ donationem obtinemus ea Christi obedientia, quam plenissimè præstírit Legi divinæ in toto vitæ suæ cursu.

Ad hoc respondemus, heic non excludi reliquam obedientiæ Christi partem, qua Christus in vita sua defunctus est, sed potius comprehendti. Scriptura enim duas partes, principium & finem nominando, totum per synecochen intelligere solet, ut Philip. 2. 13. per *velle* quod est inchoamentum, & *perfuerere*, quod est complementum, intelligitur quicquid exit à voluntate, sic Psalm. 121. 8. Per *ingressum* qui est principium, & per *exitum* qui est finis, intelligitur tota vita. Sic hoc in loco per *conceptum* & *nativitatem*, qui est primus gradus, & per *mortem*, qui est ultimus obedientiæ Christi gradus, intelligitur universum obedientiæ Christi curriculum, à carceribus ad metam, quemadmodum Paulus, Philip. 2. 7. obedientiam illam inchoat à conceptione Christi, & eam extendit ad mortem usque, quum ait, se ipsum exinanivisse, formâ servi acceptâ, & factum fuisse Patri obedientem ad mortem usque.

Tertiò, dicitur Christus *passus* fuisse sub Pontio Pilato. Passione Christi mors ejus intelligitur; etsi enim tota Christi vita fit quasi continuata passionum series, mors tamen *κατ' ἁρντα* dicitur Passio. Sic Luc. 24. 26. *Hac oportuit pati Christum, & introire in gloriam suam.* Pati est mori: Et Hebr. 9. 29. argumentum hoc profert Apostolus non iterandæ Christi oblationis, quia oportet eum sape passum fuisse, i. e. mortuum, & 1. Petr. 3. 18.

Christus semel pro peccatis passus est, id est, mortuus est. Christus autem mortem subivit, quia Christum oportuit, tanquam *ānduxer*, id est, vadem, & sponsum nostrum, justitiae Dei satisfacere pro nobis. Non esset autem justitiae Dei satisfactio praestita, nisi esset poena peccatis debita; hæc autem non est nisi mors, Roman. 6.13. Deinde venit Christus ut peccatum expiareret; ut autem peccatum expiareret, debuit seipsum offerre ut sacrificium expiatorium. Non potest autem esse sacrificium expiatorium nisi interveniat mors victimæ. Ideo ait Apostolus, Hebr. 9.22. *non fieri remissionem absque sanguinis effusione*, Quum autem sanguis sit vitæ thesaurus, imo appelletur anima, id est vita, *Anima cuiusque carnis in sanguine*, Levit. 17. 11. sequitur sanguinem non effundi, nisi mors ipsa subsequatur.

Deinde dicitur Christus *pax sub Pontio Pilato*, 1. propter veritatem historiæ, Christus enim mortem subiit Pilato Judæam procurante: Archelao siquidem Herodis magni majore filio in exilium pulso, & Viennam Allobrogum relegato, Judæa in formulam Provinciae redacta est, & Syriæ attributa, *Ἀρχελαοῦ οὐεῖται*, inquit Josephus. In provincias autem Cæsaris mittebantur praefides, *ἱμωτες*, *δικτάτοι*, *δικασταί*, quibus adjungebantur *οἱ δικασταί*, procuratores, qui rem fisci & rationes Cæsaris curabant: *Rationales* vocantur à Lampridio. Dio. libr. 33. vocat eos *τοὺς μὲν κοντάναις πρεσβότερους ὅπλα τετραγωνικούς*. Pilatus erat unus ex his procuratoribus. Josephus de bello Judaico, cap. 2. lib. 2. *πιφθῆσεν εἰς τούτους τοὺς δικαστές οὐ ποτέ οὐδὲν οὐδὲν* Pilatus. Quod fuerit procurator, non praeses, patet, quia tota Syria unicum habuit praesidem. Judæa igitur Syriæ attributa, & facta pars ejus, non potuit habere proprium praesidem. Deinde constat, Pilatum praesidi Syriæ fuisse subjectum; narrat enim Josephus Antiq. lib. 18. cap. 5. Pilatum à Judæis apud Vitellium, *τῆς αρχαὶ ιησουστας ἐγένετο* fuisse accusatum, & ab eo magistratu motum, ac Roman ad Imperatorem Tiberium missum. Fuit autem Pilatus quintus à relegato Archelao Procurator; primus fuit Copinius, Josephus libr. 18. antiquit. capite 1. secundus fuit Ambibuchus, ejusdem libri cap. 3. tertius Annus Rufus, ibid. quartus Valerius Gratus, ibid. quintus Pilatus, lib. 18. antiquit. cap. 4. Hic Pilatus quia Judæi in judiciorum capitalium potestatem amiserant, ut ipsi testantur, Johan. 18. 31. *nō δικαιούεται οὐδὲν* interficere quenquam, Christum latâ sententiâ morti adjudicavit. Quod si non fuit praeses, & *δικαστός*, sed Procurator & Rationalis tantum, quo jure id potuit facere, quia procurator primus Judææ Copinius vita necisque potestatem accepit ab Imperatore, Josephus libr. 2. de bello Judaic. cap. 11. *τῆς αρχαὶ ιησουστας εἰς τὸ παρθενεῖον τοῦ οἴκου τοῦ Ιησοῦ*. Copinius *πιμπταὶ μέχι τὸ κτείνειν, λαζῶν τοῦτον τὸν κτείνειν*, id est, regione Archelai in provinciam redacta, mittitur Copinius procurator, accepta à Cesare necis potestate. Ejus autem successores hanc potestatem sine dubio semper retinuerunt.

Secundò, mentio fit Pontii Pilati, ut sciamus Christum damnatoriam Judicis sententiâ morti fuisse adjudicatum. Si Christus *ἰστὸν οὐ αἰνιγμάτῳ* *θανάτῳ*, id est, morte sua, ut morbo corruptus, vel senio confectus interierit, si etiam à latronibus jugulatus fuisset, vel tumultuarie per sedicio-

nem occisus, in hac morte nulla apparuisset vel condemnationis, vel satisfactionis species. At ubi sicutur ad tribunal Pilati, Joha. 19.13. ipiusque judicis ore, morti addicitur, quum inscriptionem cruci ejus apposita videmus, id est, elogium criminis puniendo, quod Matthæus *αιτιος* vocat cap. 27.37. & Marcus cap. 15.16. οντηριον αιτιος, & Joha. 19.19. Romana voce *titulus*, id est *titulum*. His documentis intelligimus Christum tanquam rei personam sustinentem condemnationem subiisse. Quum autem Christus fuerit *vas*, sponsor^q; noster, defungi debuit vindicta, quæ peccatis nostris debebatur, nos autem commeriti eramus condemnationem. Idcirco Christus condemnationem ad se traduxit, ut sublata damnationis nostræ causa, nos à damnatione liberaret.

Et tamen Pilatus Christum quem damnavit, non semel pronunciatum innocentem, quod mysterio non caruit: Sic enim palam factum est, Christum non ob sua, sed ob nostra peccata fuisse damnatum. Solenni judicis sententia damnatus est, ut sciamus in scelestorum numerum fuisse relatum, & ita non justi, aut insontis, sed rei & peccatoris vicem obiisse. Eodem autem quo damnatus est ore absolutus est, & innocens non semel pronunciatus, ut sciamus non suo, sed alieno scelere fuisse gravatum, reatu qui nos tenebat pœnæ obnoxios, in ipsum vadem & sponsorem nostrum translato. Quæ pœnæ translatio non est illegitima, & potest aliquis vadem se & sponsorem constituere pro alterius vita; quemadmodum se constituere potest aliquis fidejussorem ad solvendam aliquam pecuniae summam, dummodo adsint hæ conditions. 1. Ut sit Rector aliquis, & princeps summus & *αυτοκριτος*, atque adeò suprà Legem, qui per Legis dispensationem & relaxationem possit pœnam, quam Lex efflagitat à peccatore in vadem & sponsorem transferre. 2. Si sit conjunctio quædam inter peccatorem, & eum qui suscipit pœnam peccati luendum. 3. Oportet intercedat consensus: nemo enim potest esse legitimus sponsor aut fidejussor, nisi voluerit. 4. Is qui vadem pro alterius vita sese interponit, debet habere eandem potestatem in suam vitam, quam habet fidejussor in suam pecuniam, quæ omnia hic reperiuntur. Deus enim est summus & *αυτοκριτος* Rector, qui legem relaxando pœnas peccatorum nostrorum transtulit in Christum, *concepit in eum peccata nostra*, Esa. 53. 5. Est etiam inter Christum & nos arctissima conjunctio, tum naturalis, ob ejusdem naturæ participationem, tum mystica, quæ ipse caput est, nos membra; ipse Rex, nos populus; ipse sponsus, nos sponsa. Consensus etiam intercedit maximus: Christus enim lubens volensque suscepit vadimonium; & Christus, quia Deus est, & Dominus totius Universi, eam habet potestatem in suam vitam, quam habet fidejussor in suam pecuniam, quod ipsem profitetur, Joh. 10.18. *Ego habeo Eum*, i. jus & potestatem ponendi animam meam.

IN SEC-

IN SECTIONEM IX.

Q Vicunque aliquem lapsum, & jacentem erigere vult, incurvet, & demittat sese necesse est. Christus æternus Dei Filius venit in mundum, ut nos in profundissimum miseriarum abyssum præcipitos, & in morte jacentes in spem meliorem erigeret. Seipsum ergo debuit exinanire, & demittere in luctuosissimum & calamitosissimum statum, hic autem est mores, mors in quam crucis, quod significavit Apostolus, Phil. 2.7. cum ait, Christum formam serui assumptam, seipsum exinanisse, & factum obedientem Deo Patri usque ad mortem crucis. De hac crucis morte loquitur Symbolum Apostolorum, quum ait: *Paſſus & crucifixus.*

De hujus supplicii forma dicendum nobis aliquid *as & παρίσιων.* In cruce duplex lignum, arrestarium unum, quod Iustinus appellat *ξύλον:* transversarium alterum, unde crux dicta *ξύλον διέρχεται.* In stipite crucis arrestario ponebatur vertex, in quo *άτια, titulus criminis,* seu, ut loquitur Suetonius, *in quo elogia puniendorum affigebantur.* Deinde fuit *πανδάσιον, suppedaneum πέμψαται,* stipiti arrestario impactum, in quo bini pedes, totidem clavis affigi soliti. Turonensis in libro sanctorum Martyrum, cap. 6. In stipite, inquit, erecto foramen factum manifestum est, pes quoque parvulae tabule in hoc foramen insitus est: super hanc verò tabulam, tanquam hominis stantis sacræ affixa sunt plantæ. Justinus in Dialogo cum Tryphone, quod primus omnium observavit magnum literarum sydus Scaliger in animadversionibus Eusebianis, ait, in medio stipitis erecti fuisse *τέχνη πόνου,* cui insidebat is qui cruci affigebatur. Justinus vocat lignum *τὸν μίσθιον πηγέα μέρος, ἣν φέποχεν τὰ οἰνανθάνατα,* id est, *lignum in medio stipite impactum, in quo rectantur qui cruci affiguntur:* Hinc medio ligno inequitantes, & suppedaneo fulcimento insistentes cruci funibus adstringebantur, ibique affixis bis pedibus, bis brachii moriebantur, vel à fluxu sanguinis, vel à fame, vel volucribus aut feris vivi lacerati.

Ciux supplicium fuit Romanorum, & ut ait Sozomenus lib. i. hist. Eccl. cap. 8. *νεροποντίνων ποναῖοις τὸν θυσπιανόν.* Casaubonus in Exercitationibus Baronianis ait, apud Judæos fuisse quatuor genera pœnaruim, quas illi, *μητρὸν* mortes appellabant, nempe *καδόν, viri comburium, λευκόν ποεστὶ lapidationem, σάραντας ξύφος decollationem, σάραντας διάσχον strangulationem.* At de cruce Romana altum in libris Iudæorum silentium. Hoc supplicium apud Romanos vocatur *servile supplicium, & servili supplicio affici,* est apud illos, agi in crucem, quia servorum plerunque fuit hoc supplicium. Servus ita loquitur apud Plautum in milite glorioso; *sic crucem nubis futuram sepulcrum, ibi maiores mei siti sunt, pater, avus, abavus.* Si liberi aliquando in crucem dati, fuere vilissima capita, idque ob atrociam criminis, ut latrocinium, ut crimen seditionis & regni affectati: Sic duo latrones cum Christo cruci affixi sunt: Paulus Iurisconsultus lib. i. sententiarum titulo 22. ut est annotatum à Clarissimo Beza, *authores seditionis, aut tumultus,*

pro dignitatis qualitate, aut in cruorem tolluntur, aut bestiis objiciuntur. Sic Pilatus Christum hoc suppicio puniri jussit, quasi res novas moliretur, turbas cieret, & regnum affectaret. Hujus criminis accusatum fuisse apud Pilatum author est Lucas cap. 23. 2. *Comperimus istum pervertentem nationem, & vitantem tributum dare Cesari, dicendo se Christum regem esse:* & ideo Pilatus *rex iudeorum*, & causam mortis inscripsit. *Rex IUDÆORVM.*

Fuit hoc supplicium non solum crudelissimum teterimumque ut illud appellavit Cicero, lib. 6. in Verrem, sed & apud omnes gentes maxima infamia notatum, ideo crux *infelix arbor* vocatur apud Livium in Carmine horrendo, id est, *lictor, caput obnubilo, arbori infelici suspendito.* In Legge divina ignominiosum habetur hoc supplicium, & maledictionis plenum: *Scripturn enim est Deut. 21. 23. Maledictus quisquis pendet in ligno;* & ideo jubebat Deus suspensos ad Solis occasum deponi, ne pernoctaret cadaver suspensi: quod si nondum fuisse mortuus, mors *oraculosa*, id est, *erat fragio, vel evanescere vel alia vi* fuit acceleranda, quod factum fuisse in latronibus una cum Christo crucifixis, innuit Johannes, c. 19. 31.

Christum oportuit mortem crucis subire, quia Christus, ut dicitur Gal. 3. 13. *sicutus est maledictio pro nobis,* id est, maledictus, *et iesus pro christo.* Fuit autem Christus maledictus, quia mortem subivit cum maledicto, id est, cum acerrimo irae divinæ sensu conjunctam. Debuit autem mors Christi maledictionis esse plena, ut esset satisfactio justitiae Dei perfoluta, non esset autem satisfactio, nisi fuisse poena peccati: poena autem peccati non fuisse nisi conjuncta cum maledicto, & penitissimo irae divinæ sensu. In fidelibus, remissionem peccatorum adeptis, ac proinde ab omni peccatorum poenâ liberatis, mors non est peccati poena, quia non est conjuncta cum maledicto sensu irae divinæ, sed sensu amoris divini, in eorum corda per Spiritum Sanctum effusi. Crudeliter olim ex carnificabantur Martyres, adhibebantur ad eos torquendos gladii, aculei, flammæ, ungulae, craticulae, *meusuræ*, aliaque priscae crudelitatis instrumenta, nullius tamen Martyris mors dista unquam fuit cum maledicto, quia non fuit conjuncta cum sensu irae divinæ, sicut mors Christi; hujus maledictionis non causa, sed Symbolum fuit crux; neque ideo Christus maledictus fuit, quoniam in cruce pependit, sed ideo pependit quia fuit maledictus, & omnem iram Dei in se vadem sponsoremque nostrum sensit effusam.

Sed nonne dictu nefas est, Christum maledictum fuisse, cum nihil habuerit in se ira Dei dignum? Respond. Bifarium considerari Christum, vel ratione qualitatum, quas habuit in se, vel ex qualitatibus, quas habuit ex imputatione pro Mediatoris officio. Priori modo, nihil habuit odio, vel ira Dei dignum, quum fuerit purissimus, & sanctissimus ab ipso conceptionis momento: posteriori modo hic sese vadet & fidejusforem nostrum præstitit, ut ira peccatorum nostrorum reatus illi fuerit impositus: *Factus enim est peccatum pro nobis,* 2. Corinth. 5. 21. Quum igitur non posset Deus non esse infensisimus peccatis, iratum eum Christus expertus fuit, non sibi sed peccatis nostris, quæ ipse perferebat in cor-

pore suo super lignum. Deinde , sic Christus maledictionem nobis debitam in se transtulit, ut eā non fuerit obrutus, sed eam vicerit, superaverit , aboleverit, ut esset fons jugis & inexhaustus benedictionis iis qui crediderint in eum.

II. Christus ubi animam egit, cruce depositus est, postea lotus, unctus, linteoque involutus. Hoc Græci vocant ἄνθηζεν, Johan.19.40. Latinifunerare, & pollinçere. Deinde sepulcro est conditus. Fuerunt autem Judæorum sepulcra cryptæ defossæ, & subterranei fornices, vel in petrâ excavati, vel lapidibus constructi & camerati, qui lapide oī monumenti ad voluto cladebantur. Tale fuit Domini sepulcrum. Romani corpora cremabant, & collectos cineres in urnis, ollis, cacabis, urceis recondebat, & sepulcro inferebant. Græci, qui corpora non cremabant, condendis mortuis arcas loculosque ad modum corporis adhibebant : siebant ut plurimum ex lapide, præsertim ex lapide Aſſio, qui corpora citò consumit, ideo dictus ὁδοιοφάγος, Plin.libr.36. cap.17. inde omnes arcæ mortuales ἀρκοφάγοι, dicuntur. Latini vocant Sandapilas & capulos, inde capularis senex, quasi sepulcro jam includendus. Apud Judæos corpora defunctorum non condebantur in arcis, sed in monumenti solo pollinça, & involuta linteis tæniatim cæsis, tænias, Græci vocant κενίαι, Joh.11.44. jacuerunt, nec ulla sit mentio arcæ vel sarcophagi in historia sepulturæ Lazari & Christi.

Christus sepultus est, 1. ut constaret eum non putativè, vel οὐ δόκειν, sed ὄντας & verè mortuum esse. 2. Ut sepulcra nostra sanctificaret. Ut enim vi mortis Christi fidelium mors est veluti γλυκύπος ἢ εὔρουμθινος. Sic beneficio sepulturæ Christi fit, ut sepulcra in quibus recondimur sint veluti dormitoria, id est loca ad somnum & quietem comparata, ideo κοιμητήρια dicuntur. Nam ut refert Athenæus libr.4. cap.5. Erant apud Cretenses in singulis civitatibus ædes publicæ, in quibus peregrini dormiebant, quæ κοιμητήρια appellabantur. Οἰκοι, inquit, ἐν τοῖς ἔργοις ποιῶντο, κοιμητήριον πεσσοὺς φέροντον.

III. Sed non videtur quicquam utilitatis ex morte Christi ad nos redire, cum nobis incumbat inevitabilis moriendi necessitas, ut ait Apostolus Heb.9.27. A morte Christi duplex emanat utilitas quod attinet ad mortem corporalem. Prior est quod Christus morte sua nobis promeruit & acquisivit immunitatem à morte etiam corporis; promeruit enim nobis vitam æternam, quæ quum sit plena perfectaque totius hominis secundum corpus & secundum animam cum Deo conformitas, absque immortalitate ne cogitari quidem potest. Posterior est vi mortis Christi mutari fidelium mortem, nec amplius esse peccati penam, sed mortem peccati, & inceptæ mortificationis consummationem, non effectum iræ divinæ, sed amoris Dei testimonium, fideles ex hac valle miseriarum ereptos, & hujus seculi laqueis ex solutos domicilio suo restituentis, non atrium inferorum, sed januam cœli, & transitum ad meliorem vitam.

Unde sequitur mortem non esse formidandam aut exhorrendam, et si à Philosopho dicatur φοβερώτατη τὸ φοβερωτάτων. Ethnici mirum in

modum sese torserunt, ut clypeum aliquem invenirent, quem telo mortis objicerent, sed inanes & frigidæ fuerunt illæ, quibus se communiverunt aduersus horrorem mortis, consolationes, ac si quis fulmini vimineam parvulam obtenderet. Rationes ducunt. 1. ab inevitabili necessitate. Mortem, inquit Seneca, epistol. 30. ideo timere dementis est, quia certa expectantur, dubia metuuntur, mors necessitatem habet invictam: & epistol. 78. quid siles & perdi operam, donec fata Deum flecti sperare pretendo, rata & fixa sunt, magna & eterna necessitate ducuntur. 2. defumunt argumenta ab universalitate mortis, quæ omnes complectitur. Seneca epistola suprà citat: Eò ibis, quod omnia eunt, quid tibi novum est? Ad hanc legem natus es, hoc patri tuo accidit, hoc majoribus, hoc omnibus ante te, hoc omnibus post te. Sed hæc sunt inania, non φραγματα, salutaria remedia: malum enim ideo magis angit & cruciat, quod sit inevitabile, & absque remedio, inde enim nascitur desperatio, quæ passio est orta ex sensu mali, cuius nullum speramus remedium: Deinde, quod mors omnes involvat, hoc magis dolendum est; qui exquisitissimo torquendus est suppicio, an aliquod accipiat doloris levamentum si dixeris illi, eodem suppicio afficiendam esse uxorem, liberos, cognatos, & affines omnes suos? Imò hoc magis animum exulcerabit. Deinde, ut aët non minus est salubris, quoniam illum omnes reciprocando ducunt, nec lumen Solis minus gratum aut dulce, quoniam illud omnes intuentur: Sic mors non minus horrenda est, quoniam omnes illi sunt obnoxii: non minus miser est qui cum multis, quam qui solus miser est.

Sed certa & indubitata adversus mortis horrorem remedia, non à Philosophia, sed à Schola Dei petenda sunt. 1. Quod mortem nobis reddit formidabilem est peccatum: nam ut ait Apostolus, 1. Corint. 15. 50. mortis aculeus est peccatum. Qum autem Christus morte sua peccatum aboleverit, sequitur mortis aculeum fregisse, mortem exarmasse expiatione peccati, ac proinde illi ademissæ quicquid horrorem iacutere potest. 2. qui moriuntur in Christo, requiescent à laboribus suis & importunitatis hujuscæ vitæ occupationibus, Apoc. 14. 13. liberantur non solum à servitute peccati, sed etiam ab omni peccato: nam qui mortuus est liberatus est à peccato, Rom. 6. 7. & ab omnibus carnis concupiscentiis, quas exuimus, dum carnem exuimus, ut verum sit quod ait Poëta, nec opitans ē θεον ἐν ζωντι, mortuus non concupiscit. 3. Corpus fidelium sepulcro quidem mandatur, ibique computrescit, sed dico, illud ad αφροδίσια & immortalitatem præparari, ut perasto tempore huic præparatio- ni destinato, corpora in pulvere dormientia iterato & repetito connubio cum animabus copulentur, & excitentur ad gloriam. Denique, mors pertimescenda non est, quia transitus est ad meliorem vitam. Mors describitur ab Ambrosio cap. 7. libro de bono mortis: Requies post labores, finis malorum, stipendiiorum plenitude, summa mercede, gratia missionis. Et Cyprianus in libro de Mortalitate, mortem vocat non exitum, sed transiit, & tem- porali itinere decurso ad aeterna transgressum.

IN SECTIONEM X.

Quemadmodum Architectus, quod altius fastigium turris tollit, ed profundiū fundamentum ejus jicit in terram, & sicut arbor quod altius affurgit, ed profundiores agit in terra radices: ita Christus exaltandus suprà omnes coelos, principatus & potestates, demittendus fuit & dejiciendus in profundissimam misericordiarum abyssum, & luctuosissimum, ac calamitosissimum statum. Hic denotatur per mortem horrois & maledictionis plenam, per summos & diros quos pertulit in corpore & in anima cruciatus, & tandem representatur hoc articulo, *Descendit ad inferos*, qui nobis fusiū & pensiū paulo explicandus est, & levanda omnes difficultates, quas continet, & quicquid est in eo arduum & clivosum, deducendum in planum.

Quod usurpatum est olim *אַתָּה בְּנֵי נֹחַ וְבָנָיו בְּנֵי נָחוֹת*, verum esse comprobat experientia, cum in aliis doctrinæ capitibus, tum verò maximè in isto articulo, *Descendit ad inferos*. *Infernus* vel *Inferi*, Græcè *ἄδη*, Heb. *הַשְׁאָול* in Scriptura tria significat 1. significat sepulcrum, quicquid prætendat contra Bellar. l. 4. de Christo, c. 10. cui tamen contradicit è medio Papatu Arias Montanus, in libro de arcano sermone, cap. 21. quum enim sepulcra nominasset foveas, speluncas, & cætera quibus corpora mortuorum recunduntur. *Huic*, inquit, *generi commune nomen est infernus*. Nam sive infernum deducas ab infra, sive ab inferendo, quum mortui inferantur humi, sepulcrum non incommodè dicitur *infernus*. Idem dicendum de vocabulo *אֶתְבָּשָׂר*, quum enim *אֶתְבָּשָׂר* significet propriè *אֶתְבָּשָׂר* *נִיר*, id est, *locum tenebricosum*, & ut loquitur Poëta, *domum luce carentem*, ad sepulcrum denotandum commodè transferri potest, sicut & vocabulum *הַשְׁאָול*, sit enim à radice *שְׁאָל*, quod est petere, desiderare. Appositè igitur dicitur de sepulcro, qui est locus eorum qui desiderantur, vel quia semper petit & desiderat, quum sit inexhaustæ, & inexplicabilis aviditatis. Sic capitul. Genes. 42. 38. *canicem meam facietis descendere cum dolore in sepulcrum*. Ita vertit Pagninus, vir prosapiaz Pontificia, in Hebræo legitur *תְּרוּמָה* & in Græco *εὐαγγέλιον*. Et Psalm. 14. l. 7. *dispurguntur ossa nostra in ore sepulcri*. Sic vertit Pagninus, Hebræus textus habet *עֲבָדָה*. Sic in Novo Testamento, 1. Corinth. 15. 56. *ubi tuus mors stimulus et ubi tua sepulcrum victoria*: in Græco est *αὐτὸς*, Arias Montanus vertit *sepulcrum*; & ratio ipsa persuadet sic esse vertendum: agitur enim de resurrectione gloriosa, qualiberamur à potestate sepulcri. Et Apocal. 20. 14. *Mors & inferni dicuntur conjecti in stagnum ignis*, Græcè est *αὐτὸς*, quod non potest non significare sepulcrum. *Infernus* enim in *infernum* dejici non potest: sed sensus est, peritum esse omnem vim mortis & sepulcri.

II. Significat *Infernus*, *הַשְׁאָול*, locum certum & definitum Diabolis & reprobis torquendis destinatum, quem Scriptura vocat modò *gehennam*, modò *stagnum ignis ardenti*, modò *tenebras exteriores*, sic Luc. 16. 27. capitul. *Et dires apud inferos quum esset in tormentis*.

Denique, III. Significat abjectissimam conditionem, miserrimum & luctuosissimum statum, quod annotavit Arias Montanus loco supra laudato. Non raro, inquit, *inferni nomine*, non tam sepulcrum, aut animarum sedem, quam extremam miseria & calamitatem conditionem exponimus, quo pacto Latini vocant eum, orci faucibus eruptum, & ab inferis extractum, Græci δέ τολμῶ, οὐαχεῖσθαι qui ex capitali aliquo periculo, vel summa miseria liberatur. Sic Hebræi per ἡλίῳ στριβολῇ, dolores inferni, Psal. 116. 3. acerrimos quosque vel corporis, vel animæ labores. Arias Montanus sic interpretatus est vocabulum ἀδεια, quod habetur Matth. 11. 23. *Caper-*
naum quæ usque ad coram sublata es, usque ad inferos deprimeris.

Ex triplici inferni significatione orta est triplex de descensu Christi ad inferos sententia. Prima est Pontificiorum, qui nomen *inferorum* accipiunt in secundo significatu, scindunturque in duas opiniones. Alii arbitrantur Christi animam corpore laxatam & localiter pervenisse ad eam inferorum partem, & cameram, cui somniatores isti impo-
suerunt nomen *Limbū*. Limbum istum dixerunt esse subterraneum lo-
cum juxta locum damnatorum positum, in quo Patres, qui diem suum obierunt in fide Christi venturi tenebantur incarcerati, absque ullo fe-
licitatis suæ sensu. Eò volunt animam Christi localiter descendisse, ut
inde animas fidelium liberaret. Alii autem arbitrantur, Christum ad
inferos descendisse non secundum localem animæ suæ præsentiam, sed
secundum virtutem, & effectus, quatenus Deitatis suæ virtute animabus in limbo incareratis sic affulxit, ut eas ex hujusmodi cellariis & apothecis asseruerit in libertatem. Durandus author perhibetur hujus opinio-
nis lib. 3. sent. distinct. 22. quæst. 2. cum eo concinit Picus Mirandulanus in apologia, quæst. 1. asseritque plus quam centum Catholicos authores pronunciare in partes Durandi.

Utraque sententia longè abest à vero. Prior quidem quia Christus neque secundum Divinitatem, quæ ubique præsens est, neq; secundum corpus, quod jacuit in sepulcro, neque secundum animam, quæ Petris commendata manibus, statim ut excessit è corpore, in Paradisum evo-
lavit, ut testatur ipse, Luc. 23. 43. in inferos localiter descendit. Ficti-
tius igitur est & imaginarius, realis & localis ille Christi ad inferos des-
census. 2. In omnibus religionis mysteriis, tum maximè in statu ani-
marum post mortem, sapiendum est ex Dei Verbo, nihil de illo potest
esse nobis compertum, nisi per Dei Verbum. Nullus autem est apex
Scripturæ, ex quo certò deduci possit localis ille Christi ad inferos des-
census. Pontificii tamen locos aliquos detorquent, & in suas partes ob-
torto collo trahere conantur. 1. Abutuntur loco, qui habetur Actor.
2. 27. ex Psal. 16. Non derelinques animam meam in inferno: vocabulum ψαλμος &
αδεια in propria significatione interpretantur, & inde limbū suum ar-
chitestantur in quem anima Christi re ipsa & localiter descenderit. Ut
autem genuinus sensus hujus loci eruatur, dico, vocabulum Græcum
αδεια & Hebraicum נְאָזֶן, accipi pro sepulcro; ita ut, non relinqui in inferno,
nihil aliud sit, quam non relinqui in sepulcro. Vocabulum etiam Lat-
inum

num *Anima*, Græcum ψυχή, Hebræum נֶפֶל est, significat aliquando vitam. Sic accipitur Psalm.119. §.109. *Anima mea in manib[us] meis*, id est, vita mea præsentissimis objicitur periculis; Matth.6.26. ne etsote solliciti de anima vestra, quid edatis aut bibatis, id est, ne etsote solliciti de vita vestra, cibo potuque sustentanda. Arias Montanus in libr. de arcano sermone cap.82. Non raro, inquit, anima vitam ipsam, quā homo vivit, sentit aut movetur, significat, ut, mortui sunt omnes qui queribant animam suam. Sic accipitur Exod.4.19. & qui perdidit animam suam propter me inveniet eam, Math.10.39. 2. Significat hoc vocabulum totam personam, ut Exod.1. 15. dicuntur sexaginta sex animæ in Aegyptum descendisse, & Num.23.10. moriatur anima mea morte justorum, id est, moriar ego, & Levit.20.6. *Animam quæ se converterit ad pythones & hariolos, excindam ē medio populo.* Arias Montanus loco suprà citato: Animæ nomen, inquit, sæpe pro homine, sive pro singularis hominis individuo usurpatum. 3. Vocabulum נֶפֶל accipitur pro corpore vel animato, ut quum dicitur de Josepho in compedes ferreos conjecto, Psalm.105.18. *ferrum ingressum est animam ipsius*, id est, illius corpus: vel inanimato, id est, cadavere, ut Levit.21.1. ne polluit se Sacerdos נֶפֶל in anima, pro quo habet paraphrasis Chaldaica נְבָרֵת, id est, supra mortuum. Et disertius ejusdem cap. §.11. ne ad illas animas mortui venito, id est, ad nulla cadavera. Hoc est annotatum ab Augustino, epist.158. Sicut, inquit, nomine Ecclesiæ, id est populi, qui continetur, significamus locum qui continet: ita accipitur illud quod lex inquinari dicit eum supra animam mortuam, hoc est, super defuncti cadaver, ut nomine animæ mortuum corpus intelligatur, quod animam continebat. Bellarminus, viii.6. & evidentia veritatis, nobis adstipulatur lib.4. de Christo, c.12. נֶפֶל, inquit, est generalissima vox, & significat sine ullo tropo, tam animam, quam animal, sed etiam corpus.

His præmissis respondemus, in loco de quo egitur, vocabulum נֶפֶל, & נֶפֶל, accipi pro sepulcro. Sic vertit ē medio papatu Pagninus & Arias Montanus: non derelinques animam meam in sepulcro. Vocabulum autem נֶפֶל aut נֶפֶל, vel pro persona, vel pro vita, vel pro corpore accipitur. Si accipiatur pro persona, sensus erit: non derelinques me in sepulcro, sed me tandem vitæ restitues: Si verò accipiatur pro vita, perinde est ac si dixisset: Tu me vitæ, quæ nunc quasi sepulcro obiuta videatur, reddes incolument. Si deinde accipiatur pro corpore, idem erit sensus. Et pro corpore accipendum esse sensit Arias Montanus in libr. de idiotismis Hebraicæ linguae, cuius hæc sunt verba: non derelinques in sepulcro animam meam, id est, corpus meum. Hanc esse veram & genuinam hujus loci interpretationem, fatebitur quisquis diligenter pensabit locum qui habetur Act.2.21. *præficius locutus est David de resurrectione Christi, non derelictam esse apud inferos animam ejus*, vult Apostolus hunc locū à Davide fuisse prolatum ad probandam resurrectionem Christi, quod si locus ille de Limbo intellegendus sit, invalidus prorsus erit ad stabiliendam Christi resurrectionem, sensus enim erit, animam Christi apud Limbum non esse derelictam, sed inde tandem extractam fuisse; hoc autem quid facit ad ejus

resurrectionem probandam? Potuit enim anima Christi educi è limbo, & in cœlestes sedes deportari, sine ulla tamen corporis resurrectione. Nam & ipsi Papistæ asserunt, animas Patrum è limbo fuisse revocatas, & in cœlestia domicilia translatas, neque tamen asserunt, illos à mortuis fuisse excitatos, quum eorum corpora adhuc in pulvere dormiant. At si nomine *ad sepulcrum* intelligamus, validissimum inde extruitur argumentum ad probandam Christi resurrectionem: Si enim Deus Christi corpus in sepulcro non defecit, sequitur inde, illabefactibili consequentia illum è mortuis per resurrectionem excitatum fuisse.

Hæc de locali Christi ad inferos descensu, Virtualis nobis excutendus est, & vocandus in judicium, & perorata erit hæc causa, si probaverimus fidelium in fide Christi venturi defunctorum animas non ad inferos, sed ad superos cœlestesque sedes fuisse deportatas, ubi felicitatis æternæ primitias degustarent: Illud autem ex Lazari parabola apud Lucam, cap. 16. v. 22. evincitur: Lazarus enim mortuus dicitur in sinu Abrahæ deportatus, qui non fuit aliqua pars inferorum, sed felicitatis æternæ locus, quod significat primò vocabuli nomenclatura, est enim metaphoræ desumpta à more veterum in lectis inter epulandum discubentium. Hic autem erat ordo ut qui dignior erat dilectos sibique caros infra se & in sinu suo collocaret. Sic in cena Paschali Christus Joannem quem maximè diligebat in sinu suo collocavit, Joh. 13. 23. quod fuit annotatum à Maldonato in eum locum Lucæ; Credo, inquit, à discubentibus suntam fuisse Metaphoram, quorum hic erat Ordo, ut cui proxime quisquæ esset in eius recumberet sinu, quia verò quod est in sinu, conjunctissimum & charissimum nobis est, factum est ut sinus locus maxima voluptatis & personæ conjunctissimus vocaretur. Esse igitur in sinu Abrahæ, nihil aliud est quam accumbere cum Abrahamo: accumbere autem cum Abrahamo denotat gaudium æternæ felicitatis, ut, Matth. 8. 11. Dico vobis, ex Oriente multos esse venturos & accubituros cum Abrahamo, Iсаaco, & Iacob, &c. Maldonatus in hunc locum, solet, inquit, regnum cœlorum per convivium significari, ut apud Lucam, cap. 14. v. 15. Beatus qui manducabit panem in regno Dei, & Lucæ 22. v. 29. ut edat & bibat super mensam meam in regno meo. Sed & alia nobis suppeditat argumenta parabola Lazari ad confutandum Limbum 1. dicitur Lazarus adspertatus in sinum Abrahæ, dives autem in inferos detrusus. Hic manifestum inducitur discriimen inter inferos & sinum Abrahæ. Non est igitur sinus Abrahæ pars vel camera quædam inferorum. 2. dicitur Lazarus gaudio & solatio frui, id est, recipere bona sua; Est igitur sinus ille locus consolationis & felicitatis, non autem pars inferorum, in qua fidelium animæ fuerint commoratae sine ullo felicitatis suæ sensu. Denique, inter sinus Abrahæ & inferos, ubi dives ille torquebatur, fuit magna locorum intercapedo, longissimumque intervalum, &c, ut inquit Abrahamus, *ingens hiatus*. Non est igitur sinus Abrahæ pars quædam inferorum, quod agnovit Maldonatus in hunc locum: Valde suspicor summum hic designari cœlum, inter quod & insimum damnatorum locum, ubi dives erat, magnus erat hiatus, totum scilicet aëris spatium quod vacuum & impermeabile videtur. Sed diser-

disertissimè Augustinus epist.99. *No ipsos quidem, inquit, inferos usque ad Scripturarum locis in bono appellatos potui reperire. Non igitur sinus ille Abraham, id est, secreta cuiusdam quietis habitatio aliqua pars inferorum esse credenda est, quamquam in his ipsis tanti Magistri verbis, ubi ait, Inter vos & nos chaos magnum esse, satis opinor, appareat non esse quandam partem & quasi membrum inferorum tantum illius felicitatis sinus.* Et libro 2. quæst. Evang. quæst.38. *Sinus Abrahæ requies est beatrum pauperum quorum est regnum cœlorum, in quo post hanc vitam recipientur.* Ambrosius de obitu Valentiniani Imperatoris, *Sinus Patriarcharum, inquit, recessus quidam est quietis aeternæ.* Hactenus stramentitias de descensu Christi ad inferos opiniones examinavimus.

Alii alio se vertunt & per descensum Christi ad inferos ejus sepulturam volunt intelligi, ut unus sit articulus fidei, *sepultus est, & descendit ad inferos:* nuntiuntur auctoritate Apostoli Acto.2. v.22. *Non derelinques animam meam in inferno,* Si enim Christus non derelictus est in inferno, quia non semper jacuit in sepulcro, sed à potestate sepulcri liberatus est per resurrectionem, comparili ratione videtur Christus descendisse ad inferos, quia demissus est in sepulcrum. 2. Vectantur auctoritate Rufini in expositione Symboli. In Ecclesiæ Romana Symbolo, inquit, non habetur articulus, descendit ad inferos, sed neque in Orientis Ecclesiæ habetur hic sermo, vis tamen verbi eadem videtur esse cum eo quod sepultus est. 3. Muniunt se auctoritate veteris Ecclesiæ, quæ locutiones istas, *sepultus est & descendit ad inferos,* sic permutevit, ut alterutram tantum habuerint in symbolis suis: Sic Athanasius in Symbolo suo habet, *Descendit ad inferos: non habet autem, sepultus est.* Nicænum vero Symbolum habet, *sepultus est, non habet autem Descendit ad inferos.* Irenæus lib.1. & Tertull. adversus Præxeanum c.2. In recitanda fidei regulâ, descensus Christi ad inferos nullam faciunt mentionem, et si mortuum dicant & sepultum. Augustinus, in libro de fide & Symbolo, explicans Symbolum Apostolorum à capite ad calcem, habet *Mortuum & sepultum,* *Descensum autem ad inferos prætermittit.* Inde concludunt sepulturam Christi & descensum ejus ad inferos in eundem incidere sensum, traxi autem temporis in Symbolum Apostolorum ad rem unam significandum irreplisse. Hæc autem opinio valde probabilis est, nec à fidei analogia deflectit; hanc tuetur Bucerus in Matth.27.45.

Catechista noster, à cuius doctrina religio nobis est discedere, vocabulum *inferni* accipit in tertia significatione, & intelligit ignominiosissimam & calamitosissimam illam conditionem ad quam Christus nostri causa se se demisit, quando cum inferorum copiis & mortis horroribus quasi consertis manibus colluctatus est, & diros in anima sua pertulit cruciatus, omnem denique Patris iram in se vadem & sponsorem nostrum sensit effusam, quam opinionem Pontificii vehementer & stili dritate insectantur: nos eam Scripturæ testimoniis confirmamus. 1. Esa. 53. dicitur Christus *doloris nostros portasse,* quod si in doloribus nostris nulli sunt acriores, nulli vehementiores quam qui in penitissimo illo ira divinæ sensu versantur, & dolores illos omnes nostros Christus vice nostra defunctus portaverit; negari non potest cum ex accutissimo ira-

divinæ sensu, mortisque horrore maximos animo dolores sustinuisse.
 2. dicitur Christus ab Evangelistis expavisse, consternatum fuisse, animam ejus, id est, tristitiam undique obsessam fuisse, lachrymatum esse, & sudore sanguineo totum dimanasse; quid est quod Christum tantopere perculserit? non sola mors corporalis: Si enim gregarii homines mortem corporalem quantumvis acerbissimam, infraicto alacriqué animo oppetiverint; si, ut loquitur Cyprianus, inter omnia suppliciorum terribilia erecta mente, & immobili virtute fuerint, necesse est Christum martyribus fuisse minus constantem, quod nefas dictu, aut quod verum est, inusitatis quibusdam horroribus fuisse conflitatum, graviusque quam cum morte communii, nempe ingenti itæ divinæ sensu certamen sustinuisse. 3. legitur Christus exclamasse in cruce, Deus mihi, Deus mihi, cur me dereliquisti? Desertum se à Deo Christus conqueritur, an quia sejuncta sit ab humanitate Deitas? Ed videntur ducere verba Ambrosii libro decimo in Lucam, quum ait, Clamat homo divinitatis separatione moriturus; quod tamen non est dicendum. Primo quoniam unio hypostatica facta est ~~ad~~ ~~et~~ ~~ad~~ ~~et~~. Deinde si ab humanitate se loco sejunxit, nequaquam tanto oneri ferendo par fuisse. Denique, verè dici non posset, Dominus gloria crucifixus, 1. Corinth. 2. 8. & Deus, sanguinem suum effusisse, Actor. 20. 28. Sanguis enim ille non fuisse sanguis Dei. Melius ergo Bernardus sermone 5. de verbis Esaiæ, quasi quædam ibi derelictio est, inquit, ubi nulla fuit in tanta necessitate virtutis exhibitio, nulla maiestatis ostensio, non quia Christus homo à Deitate in se ~~resu~~ ~~resu~~ habitante corroboratus aut sustentatus non fuerit: sic enim in tanto certamine succubuisse; non etiam quia à morte corporali eum non eximebat: nam mortem corporalem sensit latro ille in cruce conversus & tot martyres exquisitissimi laniati tormentis, nunquam tamen se à Deo derelictos conquesti sunt. Erat igitur in morte Christi aliquid gravius, nempe sensus divinæ indignationis acerrimus; qui vocem eam extorsit ei, delitescente ~~in~~ ~~in~~, & ad tempus, Deitate, & ut inquit Irenæus, ~~in~~ ~~in~~, & Ambrosius in cap. 22. Lucæ, sequestrata divinitatis & etiæ delectatione, & in cap. 23. Derelictus est Christus non secundum divisionem unionis Dei & hominis, sed secundum secessionem protectionis. 4. dicitur Christus nos redemisse à maledictione Legis, dum pro nobis factus est maledictio, Gal. 3. 13. Id omne complectitur quod Lex stringit in transgressores, dum intonat horrendum istud canticum, Maledictus qui non permanerit in omnibus quæ scripta sunt in libro Legis; illud enim est mors conjuncta cum maledictio, id est, sensu acerrimo iræ divinæ. Quum ergo Christus factus sit maledictio & in se vadet & sponsorem nostrum derivaverit illud omne quo Deus peccatum ulciscitur ex ordine severissime suæ justitiae, nihil impedit quo minus dicamus, Christum mortem subiisse, sed cum penitissimo iræ divinæ sensu conjunctam.

Pontifici nobis objiciunt iteratum illum ~~pro~~ ~~pro~~ Christum ergo fuisse damnatum, sed 1. non video cur illi propter illam vocem tantopere in nos excandescant & debacchentur. Scriptura enim non

abhor-

abhorret à vocabulo *damnationis*. Latro ille conversus, alterum blasphemias toto ore eruſtantem, sic compescerat. *Luc.23.40.* Ne Deum quidem times, ôti à tñ dñs nelua. Et in eadem esse *damnatione*, non abhoruerunt Veteres, *Tertull. libr.3.* contra *Marcionem cap.11.* Non erit indignior morte nativitas, & cruce infamia, & carne *damnatio*. Cyprianus de passione Christi; *Dannatus est ut liberaret dominatos.* Neque abhorrent quidam ex Papistis, Suarez in tertiam partem quæst. 53. artic.8. disp.43. sect.1. Refert Medina, inquit, sensisse aliquos Catholicos Christum passum fuisse alias *damnatorum pñnas*, non tamen eodem modo quo *damnati*. 2. *damnatus* dicitur ille, vel qui pœnis addicitus est pro peccatis suis, quas nunquam superavit & ex quibus nunquam emergere potuit: hoc pacto Christus demnari non potuit. Vel *damnatus* dicitur ille qui pœnas peccatis alienis debitas, idque ex ordine divinæ justitiae sustinet, quas tamen superat & eluctatur; hoc pacto nihil prohibet quominus Christus dici possit *damnatus*: Portavit enim pœnas peccatis nostris debitas, easque ex ordine divinæ justitiae, Deus enim *Filium suum in mortem tradidit*, *Rom.8.* quas tamen infinitâ meriti sui virtute & efficacia superavit.

IN SECTIONEM XI.

Non immeritò Apostolus, *i. Corinth.10.4.* *Petra*, inquit, *erat Christus*, id est, Petra in deserto à Mose percussa, mysticè & sacramentaliter Christum repræsentabat, Christus enim Petra est & fundamentum Ecclesiæ, faciens illam esse inconcussæ firmitudinis, & æternæ durationis opus. Secundò; Petra in deserto Mosis virga percussa fuit, sic Christus manu irati Dei potenti percussus est & vulneratus, ut dicitur *Esa.53*. Denique Petra in deserto percussa effudit largam aquarum copiam, ad extinguendam Israelitarum sitim, sic Christus à Patre percussus, morteque multatus maledicta, omni bonorum immensitate exuberat, & ab ejus morte fructus uberrimi scaturiunt, de quibus in hac sectione differendum nobis est, quod ut ordine exequamur,

Sciendum est mortem Christi considerari, 1. ut pœnam peccati, Christo Vadi & Sponsori nostro à Deo impositam. 2. Ut sacrificium ~~remissio peccatorum & inasinus~~ Deo per Spiritum æternum oblatum. 3. Ut est terminus ejus obedientiæ plenissimæ quam Christus Deo Patri præstít. Si consideretur ut est pœna peccati, nobis obtinuit & impetravit remissionem peccatorum. Si enim pœnas pertulit peccatis nostris debitas, cur ejus mors non valebit ad nos ab omni peccati pœna eximendos? Hæc autem est remissio peccatorum, quæ nihil aliud est quam actus divinæ misericordiæ, liberantis nos à pœna peccatis nostris debita. 2. Si consideretur mors Christi ut est sacrificium Deo oblatum, tunc iram Dei placavit, nosque Deo reconciliavit in æternum. Sic *Rom.5.10.* dicimus *Deo reconciliati per mortem filii Dei*, & *Coloss.1.22.* *Reconciliavit nos in corpore carnis sua per mortem*: Deinde peccatum expiavit. Est autem Piani,

& Expiari, peccatum lui, quod non fit nisi quum solvitur pœna. Christus peccatum expiavit, quia loco, viceque nostra pœnas peccatorum nostrorum persolvit, & à necessitate persolvendi liberavit nos: ideo Christus dicitur propitiatorum nostrum, Rom. 3.24. Denique, si consideretur Christi mors, ut est terminus & colophon illius obedientiæ quam Deo Patri præstitit, est causa meritoria salutis: ideo Christi obedientiæ dicimus iusti, Rom. 5.19. ac proinde vita æternâ in Christo digni: vita enim est per justitiam, quia verò absque sanctitate impossibile est videre Deum, Hebr. 12.14. Nam vita æterna est plena perfectaque totius hominis, tum secundum corpus, tum secundum animam cum Deo conformitas. Hæc autem conformitas cum Deo secundum animam quum in justitia & sanctitate consistat, & secundum corpus in gloriosa immortalitate, vita æterna absque sanctitate non potest obtineri. Christus igitur, qui vitam æternam nobis morte sua promeruit, Spiritum Sanctum quoque promeritus est nobis, qui nativam peccati corruptionem debilitet, enervet & paulatim periret, donec fuerit penitus abolita; vi ergo mortis Christi morimur peccato, & vetus homo corrumperetur, donec in nullum redigatur. Ut enim excitatio & vivificatio novi hominis à resurrectione Christi dimanat, sic mortificatio veteris, morti Christi adscribitur, Rom. 6.6. *Vetus noster homo dicitur cum Christo crucifixus, ut aboleatur corpus peccati,* id est, Christi morte nobis impetratum fuisse Spiritum Sanctum, per quem peccati corruptio paulatim perimitur & extinguitur, ne mortis fructificet.

Hactenus Christum vidimus iræ & indignationis Dei sensu consternatum, cum inferorum copiis, mortisque horroribus colluctantem, inter dirissima crucis tormenta beatam animam agentem. Videamus jam eum de inferis, de Diabolo, de morte devictâ & profligatiâ gloriose triumphantem per resurrectionem, qui primus est exaltationis, & glorificationis Christi gradus, sequitur enim in Symbolo Apostolorum, *Tertia die resurrexit.*

Christum oportuit resurgere seu personam ex utraque natura constantem, seu officium ejus, seu conditionem nostram intuciamur.

1. Personæ Christi dignitas exigebat ut Christus resurgeret, fuit enim Deus princeps & author vitae, atque adeo *ωντων*, id est, ipsam vita permanentiam, non potuit igitur mortis vinculis detineri, Act. 2.25. imò fieri non potuit quin ipse mortem debellaret; qui autem debellasset, nisi surrexisset? 2. Caro Christi ex vi unionis hypostaticæ, qua fuit caro Dei, dignissima fuit ab ipso Conceptionis momento, quæ summè, perfecteque bearetur; beari autem non potuit, nisi gloria donaretur immortalitate, nec illa donari potuit, nisi per resurrectionem.

Officii quoque ratio postulavit Christi resurrectionem; Christus enim quæ Sacerdos iram Dei placavit, ejus justitiae cumulatissimè satisfecit, & peccata nostra perfectissimè expiavit: Peccato penitus expiato, vi peccati non potuit in morte detineri, nec Dei justitia, cui planè satisfactum est, debuit eum in mortis carceribus, id est, sepulcro, detinere. Adde quod

quod mors Christi est debiti nostri persolutio ; Resurrectio autem Apo-
cha, id est, argumentum debiti soluti (*la quittance.*) Qum debitum à fi-
dejusso per solutum est, & numerata pecunia, nomen debitoris expun-
gendum est è tabulis. Creditor autem apocha testari debet se debitam
pecuniam accepisse. Mortem subeundo debitum nostrum solvebat Chri-
stus, & Dei justitiae loco viceque nostra satisfaciebat. Resurgendo autem
apocham adeptus est : oportuit igitur Christum resurgere, ut resurrec-
tione suâ tanquam apochâ, quam maximè testatum heret, Christum
plenè fuisse defunctum eā vindictâ quæ peccatis nostris debebatur.

Denique, conditio nostra efflagitabat Christi resurrectionem.

I. Confirmanda fuit fides nostra, neque enim alio tibicine, quam
Christi resurrectione fulciri potuit, nam ut ait Apostolus 1. Corint. 15.14.
Si Christus non resurrexit, inanis est fides vestra ; fides enim super hoc cardine
versatur, ut certo sciamus, Christum peccata omnia nostra expiassse, iram
Dei placasse, justitiae Dei plenissimè satisfecisse, & ita vitæ & salutis au-
thorem esse. At si Christus à morte fuit absorptus, si penitus extinctus, si
à maleditione vinctus & superatus, qui possumus esse certi eum peccata ex-
piassse, justitiae Dei satisfecisse, nobisque vitæ ac salutis authorem esse?
Spes etiam nostra fuit erigenda ; At si Christus non resurrexit, nulla
superest spes nos aliquando resurrectos esse, ac proinde nulla fese
nobis ostendit salutis ac vitæ spes.

Duplex autem est resurrectio, una imperfecta, altera vero per-
fecta. Imperfcta est liberatio tantum à morte, non autem à possibilitate
& necessitate moriendi ; qui resurrexerunt ante Christum, hoc modo
sunt excitati, restituti enim sunt vitæ mortali ; utpote denuo morituri.
Christus autem resurgendo, moriendi necessitatem & possibilitatem
depositus secundum illud ad Romanos cap. 6. v. 9. *scimus Christum excitatum*
ex mortuis non amplius mori, mortem non amplius ei dominari : Christus enim spi-
rituali & cœlesti vitæ restitutus est, id est, omni prorsus infirmitate ca-
renti ; cibo, potu, vestitu, aliisque hujus vitæ præsidii & adminiculis
non indigens, quæque opponitur illi vitæ quam Adam vivebat in Para-
diso, unde *Terrenus* dicitur, & Christus *cœlestis*, 1. Cor. 15.48. Corpus autem
Christi post resurrectionem spirituale fuit & cœleste, non quoad substan-
tiam, quasi carnem & sanguinem non habuisset, dicebat enim Christus
ipse, Luc. 24.38. *Contrahite me & videte, nam Spiritus carnem & ossa non habet,*
prout me habere videtis ; sed dicitur corpus spirituale ratione qualitatum
spiritualium & cœlestium, immortalitatis, splendoris & gloriæ, quibus
mirum in modum fuit exornatum.

Si dicas Christum comedisse post resurrectionem, apud Luc. 24.43.
hoc quidem verum est, neque enim Christus præstigiis fallentibus lu-
dificari voluit oculos Discipulorum, neque res falsas ostendere, ut veri-
tatem resurrectionis probaret ; *Nemo enim falso verum probat*, ut ait Hierony-
mus in Pammachium, sed non comedit Christus indigentia vel necessi-
tate, sed potentia, ut ait August. epist. 49. quæst. i. aliter absorbet aquam
terra sitiens, aliter Solis radius candens, illa indigentia, iste potentia.

Corpus enim gloriosum sic comparatum est, ut adsit vescendi potestas, absit esuriendi necessitas, inquit Augustinus epist. 146. & epist. jam circa 49. Imperfectæ fœlicitatis erit si cibos sumere non potuerit, & imperfectæ fœlicitatis si cibis eguerit

Christus autem resurrexit. 1. Propter justificationem nostram, Rom. 4. 25. Traditus propter peccata nostra & excitatus propter justificationem nostram : justificamur enim per fidem. At si Christus semper mansisset sub dominio & potestate mortis, nulla esset fides, & ut ait Apostolus 1. Corinth. 15. 14. *Inanis esset fides nostra*, quare nulla justificatio : Resurrexit ergo Christus, ut certissimum habeamus peccati expiati, mortisque devictæ argumentum, ac proinde ut credamus & credendo justificemur. Deinde, ut justitiae, vitæque impenetratio sequitur mortem Christi ; sic justitiae, vitæque actualis efficax communicatio sequitur ejus resurrectionem, quia hæc non applicantur nisi virtute Spiritus Christi, nec Spiritus Christi, qui est Spiritus vitæ, in nos effunderetur, si Christus à morte penitus fuisset subactus. Resurrexit ergo Christus, ut nobis justitiae & obedientiae suæ meritum applicaret vi Spiritus sui, ac proinde ut nos justificemur : nemo enim justificatur, nisi per justitiam & obedientiam Christi per fidem nobis applicatam. 2. Resurrectionis Christi fructus est resurrectionis nostra spiritualis : Communio enim quam habemus cum Christo, vel est mortis, vel vitæ ipsius. Communione mortis Christi fit, ut vetus homo paulatim perimitur, & nos peccato moriamur. Communione vitæ ipsius fit, ut novus homo consurgat & vivificetur, nosque in vitæ novitatem excitemur : Ut enim mors veteris hominis à morte Christi dependet, sic creatio Novi ab ejusdem resurrectione promanat, ut dicitur Rom. 6. 4. 3. Resurrectio Christi pignus est & causa resurrectionis nostræ, ut dicitur 1. Corinth. 15. 12. Si Christus resurrexit, quomodo dicunt quidam inter vos, non esse mortuorum resurrectionem : Christus enim resurrexit, ut caput Ecclesiæ, virtus autem illa quæ sese in nobis vivificantis exerit à capite illo ad membra defluit ; Christus est causa resurrectionis nostræ tum meritoria, tum efficiens : Meritoria, obedientiae suæ ἀντω : Efficiens, vi Spiritus sui, Rom. 3. 11. Resurrectio autem est causa sine qua non, qui enim à morte nos affereret ad vitam, si ipse sic morti succubuisse, ut vitæ nunquam fuisset restitutus ?

IN SECTIONEM XII.

Hic est Ordo quem Deus instituit in rerum natura, ut caro sit infrà spiritum, & homo infrà Angelum ; at in exaltatione Christi Deus subvertit hunc ordinem, & carnem nostram conspiciendam nobis præbet longè supra spiritum, & hominem supra omnes Angelorum choros ineffabiliter elevat, quod significatur Articulis istis, *Ascendit in cælum, & sedet ad dexteram Dei*, de quibus in hac sectione.

Primo, Ascensus Christi in cælos est secundus exaltationis gradus,

qua,

quo Christus peracto redemptionis nostræ opere, carnem suam abstulit terris, & intulit cœlis: *Asensus* in Scripturis vocabulum est πλούσιον. Dicitur Deus ascendere, quum visibilem formam quam assumferat & *visibilis* hominibus exhibuerat conspicendi, peracto ministerio ex hominum oculis subduxit. Sic Genes.35.13. Deus dicitur ascendisse, quum visibili specie, quam Jacobo videndam præbuerat, dispergit ab ejus oculis. Dicitur etiam ascendere in cœlum is qui scrutatur τὸ βαῖνον θεόν & admittitur in conscientiam consilii divini, ut sit primus & supremus rerum divinarum Interpres & Internuntius, ut Johan.3. Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo. Propriè vero & *upior* ascendere significat, è loco inferiori in sublimem, è terra in cœlum vero & reali motu ferri, quod Græcè dicitur αἰαπέδη, Luc.24.51. & αἴαυλάρεστη, Act.1.22. vbi præpositionis *in* habenda est ratio: hæc enim licet aliquando significet in compositione retrò, ut αἴαγλων revocare; in voce αἴαθη, qui ejectus est & amputatus ab Ecclesiæ communione, tamen sæpe sursum significat, ut αἴαθη sursum jacere, αἴαθη quæ templorum tholis suspendebantur, sic αἴαπέδη sursum ferri, αἴαυλάρεστη sursum recipi. Cœlum etiam est vocabulum πλούσιον: plures enim cœlos fateri cogimur, authoritate vieti Apostoli, dicentis se raptum fuisse usque ad tertium cœlum, 2.Corinth.12.2. Primum cœlum est ætimum, id est inferior iste mundi sublunaris tractus à terra usque ad concavum orbis Lunæ, quo sensu Moses volucres cœli dixit, Genes.1.26. Alterum est αἴαπόν & sydereum, intermicantibus astrorum luminibus insignitum. Tertium comprehendit αἴαπομπα illam & sublissimam regionem, thronum & Palatium Dei, quæ dicitur Domus Dei, Johan.14.2. & Paradisus, 2.Cor.12.4. & Hierusalem cœlesti, Apoc.21.10. Hæc sublimissima & ultra hujusc mundi aspectabilis ambitum posita regio, Dei dicitur *domicilium*, non quod non sit ubique Deus, immediatâ & substanciali divinitatis suæ præsentiâ, sed quia in cœlo gloriam suam clarius ostendit, in eo siquidem nullus Peccato, nullus Morti, nullus Miseriæ, quæ gloriam Dei solent obscurare, locus est.

Christum oportuit ascendere in cœlum. I. Si personam ejus intueamur, Christus ut Deus, cœlestis est, ejusque solium est in cœlo; ut homo, dicitur etiam cœlestis, 1.Corinth.15.48. non quidem ratione substantiæ, hanc enim accepit ex Beata Virgine, sed quoad generationis modum, fuit enim genitus modo planè cœlesti & *τόπον* vi Spiritus Sancti. E cœlo tamen descendit in terram ad peragendum redemtionis opus, hoc igitur peracto, in cœlum subveni eum oportuit. Adde quod sicut infirmitates quas assumfir, miseriæ & calamitates quibus est afflatus, gloriosum cœli domicilium non efflagitabant, sed terram omnium malorum cloacam & sentinam: sic qualitates illæ spirituales, & cœlestes quibus Christus donatus est per Resurrectionem, non terram, sed Cœli beatum domicilium deposcebant.

II. Si Christi consideremus officium, oportuit eum ascendere in cœlum; vt Rex, Satanâ prorsus profligato, morte debellata, maledictione e

devictâ & exsuperatâ, debuit gloriòsè regnare & triumphare, & ita in solio divinæ Majestatis, quod est in cœlo, confidere: Ut Sacerdos, oblato in terris sacrificio debuit in sacrarium *αὐτοῦ, non manufactum*, quod est cœlum, ingredi: Nam si esset in terrâ ne Sacerdos quidem esset, Hebr. 8.4. Officium enim summi Sacerdotis fuit victimam immolare in altari holocaustorum extra sacrarium; deinde vero ingredi *εἰς τὰ ἡγα* cum sanguine victimæ oblatæ; Sic Christus debuit seipsum offerre, deinde in cœlum, quod est sacrarium, ingredi, ut se susteret coram Deo. Si autem esset in terra, nondum esset ingressus in cœlum, & ita Sacerdotis officio nondum esset plenè, perfecteque defunctus, & ita ne Sacerdos quidem esset.

Denique, id postulabat conditio nostra. 1. Fides, quum enim Christus descenderit è cœlo in terram ut perageret redēptionem nostram in terris, si adhuc esset in terris, nec in cœlum ascensisset, quis posset sibi persuadere eum hoc opus perfecṭe absolvisse? Eo autem, relictis terris, in cœlum electo, certissimum habemus peractæ redēptionis documentum; alioquin cœlorum aditus illi non patuisset. Deinde, spes nostra id exigebat, quis enim sperare unquam posset se cœlorum possessionem habiturum, nisi Christus in cœlum ingressus, naturam nostram cœlis intulisset?

Christus non in aëreo, non in sydereo cœlo subsistit, sed in regionem illam sublimissimam, toto mundi opificio superiorem, quæ dicitur Tertium cœlum, *Paradisus & Domus Dei*, fuit electus, Ephes. 4.10. Dicitur *supra omnes cœlos ascendisse*, Et Hebr. 4.14. *cœlos penetrasse*, & Hebr. 7. 26. *sublimior cœli factus*. Deinde, èd Christus ascendit, ubi futura est fidelium beatorum sedes & domicilium, ait enim ipse, *Proficitor vobis paratus locum, ut ubi sum ego, & vos sitis*, Johann. 14.3. Fideles autem omnes in tertium illud cœlum, in Paradisum, in domum illam *ταράσσων* evehendos esse nullus est qui dubitet; Eò igitur ascendit Christus. Si dicas, supra cœlos nullum esse locum, ac proinde corpus Christi, si sit supra cœlos, esse *αὐτοῦ*. Respondeo, Christum ubicunque sit, esse per veri corporis modum, & in *αὐτῷ* *κατέχεται*, id est, spatio suo definitum, & circumscriptum. Recte Augustin. epist. 57. Christum, inquit, *ne dubites esse in aliquo loco cœli propter veri corporis modum*. Quum autem aiunt suprà cœlos nullum esse locum, immaterialiter hallucinantur, *πάντων enim & τούτων*, sursum & deorsum sunt *αὐτοὶ* & *διαφοραὶ πάντων*, species & differentiae loci, ut ait Philosophus libro 3. Physic. cap. 5. Nullus quidem est locus, si per locum intelligas, ambientis corporis superficiem; non verd, si per locum spatium intelligas, quod verum esse locum à Clarissimis viris est annotatum, Scaligero præfertim, Exercitat. 5. §. 3. Christus igitur est in spatio quod occupat, & cui coextenditur, quia non *πάντων κατέχεται*.

Sed an Christus quum in cœlum se recepit, ita recesserit à nobis, ut jam non amplius sit nobiscum? Respondemus, secundum corporalem humanitatis suæ præsentiam: Christum in cœlo, non in terris, hoc assedit diserte Scriptura, ait enim humanitatem Christi cœlorum ambitu

concludi, & contineri, *Quem oportet celi capiant usque ad tempora restitutio[n]is omnium, Acto[r]. 3. 21.* Contentum autem nunquam porrigitur extra ambitum continentis; Continens enim est locus, locus est terminus rei locatae, ut ait Philosophus libr. 4. physic. cap. 2. textu 14. *εἰ δέ γά τοι τὸν περιφέρειον χώραν, περιπατεῖσθαι εἰς τὴν, si locus est primum continens, erit terminus, at res nunquam potest esse extra proprios terminos; hoc enim est αὐτικότητα, quia terminus est id extra quod res non extenditur.* Rem igitur esse ultra proprios terminos, est esse ultra id, ultra quod non extenditur, quæ putida est contradic[ti]o. 2. Christus ~~λέγει~~ negat se amplius in terris nobis esse præsentem. *Relinquo Mundum & vado ad Patrem, Johann. 16. 28.* Non amplius sum in mundo, Johan. 17. 11. Et verè nisi ita esset, cur nos à Dominu[m] peregrè abesse, dum sumus in corpore, testaretur Apostolus, 2. Cor. 5. 6. nobisque esse migrandum ex corporis hoc ergastulo, ut simus cum Domino?

Sed & ratio ipsa suffragatur; Constituere enim corpus Christi in celo simul & in terra, est scindere & lacerare ejus unitatē, quod multifariam probatur. 1. Quia continuitas est affectus immediate consequens quantitatē unitatis; Omne enim Unum est continuum, at Corpus quod est in terra, & Corpus quod est in celo non est continuum; ejus enim termini sunt dissiti & separati, ac proinde non sunt continua. Deinde, inter Corpus quod est in celo, & Corpus quod est in terriā, est medium aliquod interjectum. Ejus igitur extrema non sunt simul, ac proinde non continua, Suarez Metaph. disp. 30. sect. 7. §. 34. & Jesuitæ Conimbricenses, libr. 8. Physic. quæst. 2. art. 3. fine ullo circuitu assérunt, Deum esse abjunctionem & divisionem à se si sit in duobus Corporibus, nec sit in spatio intermedio: Multò magis Corpus erit à se abjunctionem & divisionem, si sit in celo & in terra, nec sit in spatio interjacente. Huic argumento adjungitur & istud; Si corpus Christi esset simul in celo & in terra, distaret à seipso: Nam inter Corpus quod est in celo, & Corpus quod est in terra magnum est intervallum ac proinde magna distantia. At ~~αύτη τὰ τίχων~~ est, aliquid distare à seipso, quia inter res distantes est realis relatio; relatio scilicet distantiae. At realis relatio est necessariò inter plura, quia relata sunt opposita, ac proinde plura.

Si dicas dictum esse Matth. 28. 20. *Ero vobis scum usque ad consummationem seculi, ac proinde Christum non abesse à nobis in terriā peregrinantibus.* Respondemus; Christum secundum carnem quam ita tulit celo tantum abesse à nobis, quantum cœlum à terriā. At vero secundum Deitatem, & Spiritus sui virtutem ubiq[ue] diffusum esse. August. tract. 50. in Johannem, *Abiit & hic est, rediit & nos non deseruit, Corpus enim suum intulit Cœlo, & Majestatem non abstulit Mondo;* Et paulo post, secundum Majestatem suam, secundum Prudentiam, secundum invisibilem & ineffabilem gratiam impletur quod ab eo dictum est, *Ego sum vobis scum, &c.* Secundum carnem vero quam Verbum assumit, secundum id, quod de Virgine natus est, non semper habebitis me vobiscum. Et Vigilius libr. 1. adversus Eutychen, Nobiscum est & non est nobiscum, quia quos reliquit, & à quibus discessit humanitate sua, non

reliquit & deseruit divinitatem sua; per formam enim servi, quam a nobis abstulit in cælum, absens est nobis: per formam Dei, quæ non recedit a nobis, præsens est nobis.

Tertiò, hinc multiplicem fructum colligimus. 1. Christus a sensu suo aditum regni Cœlestis nobis aperuit, id est, ascensione illa, tanquam certo pignore confirmavit, nos esse aliquando in cælum evenendos; Si enim Caput in cælum sublatum est, Membra quoque ad se suo tempore trahet; quod ipse Christus indicavit, Jchan. 14.3. *Proficiscor vobis paratus locum, ut ubi ero ego, & vos sitis.* Et Apostolus Eph. 2. 6. testatur nos esse collocatos in celis in Iesu Christo; in Christo tanquam Capite nostro, qui nostro nomine & vice nostra, adiut æternæ gloriæ possessionem. Tertull. lib. de resurrect. carnis, cap. 51. *Hic sequester Dei & hominum, inquit, quemadmodum arrabonem Spiritus reliquit, ita & a nobis arrabonem carnis accepit, & vexit in cælam, pignus totius summa illuc quandoque redigenda.* Alter fructus ascensionis Christi in cælum, est intercessio pro nobis: quando autem Christum dicimus intercedentem; ne Christum imaginemur quasi manus tendentem, oculos attollentem, Patris genibus suppliciter sese advolventem, sed intercedere ipsum, est in conspectu Patris apparere pro nobis, *Christus ingressus est in cælum, ut compareat nunc in conspectu Dei pro nobis,* Hebr. 9. 24. Comparere autem Christum pro nobis: nihil aliud est quam meritum mortis, vim & efficaciam ostendere Patri, ejusque Deum quasi *dis apud eum.* Est enim duplex Christi oblatio, una *maestationis*, altera *verbi ostensionis*, illa sacrificium est, ista verbo sacrificii peracti semel quasi commemorationis, illa in terris peragitur, ista verbo in cœlo: Ultraque cum maestationis, tum ostensionis est actus Sacerdotalis, illa quæ sacrificium peragitur, ista verbo apparitio & interpellatio, quæ sacrificij peracti virtute nititur.

Quartò, tertius exaltationis Christi gradus est Sessio ad dexteram Patris, de quæ inter Evangelistas solus Marcus locutus est cap. 16. v. 19. *surgsum receptus est in cælum, & sedet ad dexteram Dei.* Hæc sessio non accipitur *omnipotens*, quasi designet corporis situm. Rectè Augustinus, de fide & Symbolo cap. 7. quod sedere Pater dicitur, flexu poplitibus fieri putandum non est: tale enim simulacrum nefas est Christiano in templo collocare, multò magis in corde nefarium est, ubi verum est templum Dei; quare hæc Sessio ad dexteram Dei dicitur *ad dextram patrem & dominum* est intelligenda, & hæc phrasis, ut loquuntur Veteres, ex *psalmi 110. 1. tu es domine in dexteris patris*, id est, ex iis quæ sunt secundum nos, docet quæ sunt supra nos.

Ubiquitatis Assertores asserunt, Christum evectum esse ad dexteram Patris: quoniam humanitati Christi non in supposito tantum, sed in se divinam Omnipotentiam sic esse communicatam volunt, ut ipsa sit Omnipotens & ubique: Sed hæc opinio facili negotio confutatur. Primo, omnipotentia Dei nihil aliud est quam ipsamet Dei essentia, hæc autem non potuit humanitati in se consideratae communicari quin humanitas in Deitatem evadat. Secundo, natura creata & finita, cuiusmodi est humanitas Christi, non est capax potentiae & majestatis infinitæ,

nisi velis dicere finitum cum infinito secundum essentiam exæquari posse, quod est *āx̄r ān̄ia*. Denique incarnatio facta est *āx̄r ān̄ia*, id est, sine ulla naturarum & naturalium proprietatum confusione, sicut olim ex verbo Dei definitum est ab Orthodoxâ antiquitate: quomodo autem *āx̄r ān̄ia*, si omnipotens & omnipræsentia quæ sunt divinæ naturæ proprietates, alteri naturæ, nempe humanitati in se consideratæ, sint communicatae? Hæc igitur locutio, *Sedet ad dexteram Patris*, metaphorica est translatio, petita à regum consuetudine; qui quos habent gratiosissimos, quicque primam oblinient in regno suo authoritate, collocant in Consilio; *Sedet igitur ad dexteram Dei*, est illustri & glorioso modo regnare; nam quod David dicit Psalm. 110. v. 1. *Sede à dextris mei donec posuero inimicos tuos scabellum pedum tuorum*, Apostolus, 1. Corinth. 15. v. 25. dicit Oportet eum regnare, donec ponat inimicos sub pedibus ejus. Sedere igitur Christum, est regnare, & Ecclesiam regere ac gubernare, ita ut sit legatus Patris, Rex Ecclesiæ, & Dominus totius mundi: *Sedulus poëta libr. 5. Caſinum*, hoc sic est interpretatus:

Aethereas evictus abit sublimis in auras,

Ec dextram subit ipse Petris, mundumq; gubernat.

Sed Apostolus disertissimè, Ephes. 1. v. 20. 21. Cùm dixisset Deum celocasse Christum ad dexteram suam, Statim addit expositionis gratiâ, supra omne imperium, potestatem & dominationem, & omnia subjecit pedibus eius. Sessio igitur illa significat dignitatem illam summam, plenitudinem potestatis, imperii & dominatus, quem Christus *āx̄r ān̄ia* exaltatus, in res omnes sibi subjectas obtinuit tanquam Mediator. Hic autem distinguendum est inter potestatem & potentiam; *Ēsōs & dñus*; Potentia in Creaturis est qualitas secundæ speciei, in Deo vero est essentialis; Potestis vero, id est jus & authoritas, est relatio. Potentia est proprietas Divinæ naturæ alteri naturæ incommunicabilis, quia incarnatio facta est *āx̄r ān̄ia*. Potestas vero & authoritas quam habet Christus totius Ecclesiæ regendæ & administrandæ, id est, illuminandæ, vivificandæ & defendendæ ab adversiorum insultibus, est personæ Christi in *āx̄r ān̄ia*. Est enim pars officii seu munera Mediotorii; officia autem sunt Personarum, sicut proprietates sunt Naturarum. Et hoc intelligitur per Sessionem ad dexteram Patris, plenitudo scilicet gloriae, potestatis, imperii & dominatus, quem Christus fortitus est tum in cœlo, tum in terra.

IN SECTIONEM XIII.

Sæpenumero sit ut nulla appareant in hoc mundo scelerum supplicia, & homines, in omnem nequitiam profligatissimi, diffluant voluptibus, contrâ boni quidam, scelerorum violentiâ oppressi, non solum vitam agant ærumnosam, sed & mortem subeant crudelē & infamem. Quum autem Deus hominum curat actiones, & sit justissimus; unde illud usurpatum ab Ethnicis *āx̄r ān̄ia* *āx̄r ān̄ia*, colligendum est, expe-

Etandum esse aliquod post hanc vitam judicium, ne aut insignis improbitas sine poenâ aut magna virtus sine solatio & præmio maneat. Quod etiam Philosophi in mediis saeculi sui tenebris quasi per nubem videbuntur. Plato siquidem tradidit, Minoem, Rhadamantum & Æacum apud inferos nocentium explorare poenas, & ibi ex trivio, unde geminæ tendunt viæ, alios in carcerem, quem Tartarium vocat, alios vero ad beatum insulas, id est Elysium iuste transmittere. Hæc est veritas Platonis, figmentis & pigmentis adulterata, quam Ecclesia puram liquidamque nobis exhibet, quæ profitetur, in scholâ Dei edocta, Christum venturum esse ad judicandum vivos & mortuos.

Futurum esse ultimum & universale judicium Scripturæ disertissimè testantur, Matth. 24. v. 25. & Apocal. 20. hujus Judicij apparatus pompaque verè triumphalis nobis graphicè depingitur. Denique hoc nobis persuadet justitiae, misericordiae & sapientiae divinæ consideratio, Justitia quidem Dei depositum & efflagitat ut malis male sit, id est, ut sit *qui sit & non sit in hominem omnem perpetrantem malum*, ut ait Apostolus Rom. 2. v. 9. Hoc autem non contingit semper in hac vitâ, in quâ videoas sceleratissimis omnia ex voto plerumque succedere, unde nata est vetus querela, ut videre est apud Senecam, in libro de Providentia, florere & vigere malos, necesse est igitur, esse futurum Judicium, quo Deus justitiam suam exercens faciat ut malis male sit. Idem exigit Divina misericordia, quæ cum sit infinita & æterna in omnes timentes Deum, & in ipsum fiduciam suam collocantes, postulat ut ab omnibus miseria liberentur, liberati æterna fœlicitate do tentur. Hoc autem qui fieri posset nisi esset judicium universale, quo Fideles omnes vitae adjudicentur æternæ. Denique, Sapientia Dei postulat ut Christus de hostibus suis gloriouse & magnifice triumphet. Hoc autem nos fieret gloriouse & cum pompa triumphali, nisi simul & semel omnes hos hostes pessundet & præcipitet ad inferos, suos autem *spiritus & anima* evehat ad æternam gloriam, hoc autem si nul & semel fieri non potest, nisi sit universale Judicium.

Judex futurus est Christus, Johan. 5. v. 27. Pater potestatem ei dedit judicium exercendi, quia Filius est bonus, id est, Mediator Novi Testamenti, & Actor. 10. v. 42. præcepit nobis ut testimoniem eum esse qui definitus sit à Deo judex vivorum & mortuorum, & Actor. 17. v. 31. judicaturus est Orbem terrarum per eum virum quem definitus. Sed quaeritur, An Christus sit Judex vel quatenus Deus, vel quatenus homo? His respondendum est, distinguendum esse inter munus & officium judicandi, & inter munieris executionem: munus & officium convenit toti personæ Christi secundum utramque naturam, munera enim sunt personarum; at functiones illius munera quædam sunt à naturâ Divinâ, quædam ab humanâ: quædam enim sunt quæ pertinent essentialiter ad judiciariam potestatem, quædam vero vel antecedunt, vel subsequuntur: antecedunt primò *missa*, id est, legem ferre, quæ poenis sancita est, deinde evocare homines è sepulchris, vitaque restitutos pertrahere ad tribunal supremi judicii, actus sunt omnipotentis & infinitæ virtutis. Poenis vero plectere, vel præmiis donare, subsequuntur.

sequuntur judicariam potestatem, præsupponunt etiam infinitam potentiam, quæ propria est Divinitati. *Actions* verò judicis, quâ Judex est, sunt cognitio causæ judicandæ : secundò, dictamen praticum, id est sententia, quæ post exactam causæ cognitionem pronunciatur à judice. Tertiò, voluntas efficax, quâ vult judex ut aliquis pœnâ multetur, vel donetur præmio : ut autem sit efficax voluntas debet ex potestate jurisdictionis profici sci. Cognitio causæ judicandæ est ab utraque natura, Christus quâ Deus res cognoscit, etiam internas cordium voluntates increatâ, infinîâ & independente cognitione ; Christus quatenus homo finitâ, dependente, participatâ : Deinde dictamen illud *reprobatorum*, quo judicat reprobos pœnis afficiendos, electos autem gloriâ coronandos. Christo convenit quatenus homo ; Hoc enim nihil aliud est quam sententia ab eo proferenda, ut dicitur Matth. 25. v. 34. Voluntas etiam, quâ vult Christus ut reprobis plectantur, glorificantur autem electi, convenit etiam Christo quatenus est homo, & hæc voluntas est efficax, quoniam in Christo, quatenus est homo, potestas est jurisdictionis & dominii, cum sit ineffabiliter exaltatus supra omnem creaturam, Philip. 2. v. 9. ut *rebus omnibus in cælo terraque dominetur*, Matth. 28. v. 18.

Regula judicij vel est Evangelium, vel Lex. De Evangelio disertè prænunciat Apostolus, Rom. 2. 16. *Iudicabit Deus de occulti hominum secundum Evangelium meum*, adde quod, *qui crediderint absolvantur, qui non crediderint condamnabuntur*. Joh. 3. v. 18. credentes autem aut non credentes examinandi sunt ad regulam Evangelii, fidem in Christum exigentis : quia verò multi sunt qui ne per tenuissimam quidem famam aut suspicionem de Evangelio quicquam audierunt, & quia nemo tenetur credere Evangelio nisi fuerit illi propositum & annunciatum, idè non damnabuntur illi quia non crediderunt Evangelio, id est, oblatam Evangelii gratiam rejecerunt, sed ex Lege & per Legem, cui non præstiterunt debitam obedientiam : Lex autem transgressoribus mortem minatur æternam.

Causa sententiae proferendæ duplex est, meritoria una, altera verò *meritorum causa impellens*. Causa meritoria sententiae in reprobos prouinciandæ sunt mala ipsorum opera, condamnabuntur enim propter peccatum, mortis æternæ causam meritoriam. Causa verò meritoria sententiae in electos proferendæ, non sunt bona ipsorum opera ; sic enim vita æterna rependeretur meritis : si repeaderetur meritis, redderetur ex debito, si ex debito non igitur secundum gratiam ; nam secundum meritum & secundum gratiam *sic ergo non* opponuntur, Rom. 4. v. 4. Operanti merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum ; at vitam æternam secundum gratiam dari, inde probamus, quia est gratuitum liberalitatis donum, *Placuit Patri vestro dare vobis regnum cælorum*, & Rom. 6. v. 23. *Vita eterna* dicitur esse *gloria sua*, id est, gratuitum Dei donum. Causa ergo meritoria sententiae in electos prouinciandæ est obedientia Christi per fidem apprehensa ; obedientia causa est meritoria vite, fides est organum quo Christi obedientiam amplectimur, eamque nobis applicamus, bona opera signa sunt & indicia adoptionis nostræ, atque adeo obedientiæ Christi nobis applicatae.

Causa ~~negligentia~~ & in sententiæ in reprobos promulgandæ est Dei iustitia : hæc enim postulat ut peccatoribus, infinitam Dei Majestatem violentib. i rogetur pena duracione infinita. Causa verò sententiæ in fideles pronuntiandæ non erit iustitia, ut perperam afferunt Pontifici, qui dicunt ultimam illam & decretoriam diem tempus esse iustitiae tantum, non misericordiæ. Thomas in explicatione hujus articuli judicabit vivos & mortuos ; Nunc, inquit, est tempus misericordiæ, sed tempus futurum erit solum tempus iustitiae. Nos verò causam sententiæ in fideles pronuntiandæ dicimus esse Dei misericordiam. Det ei Dominus ut inveniat misericordiam in die illo, 2. Tim. 1. 18. & Judæ 1. 21. explicitantes misericordiam Iesu Christi Domini nostri in vitam eternam.

Judicandi sunt omnes homines, Omnes nos comparere oportet coram tribunali Christi, 2. Corinth. 5. v. 10. Omnes homines intelliguntur in Scriptura per vivos & mortuos, sic Christus dicitur Index virorum & mortuorum, Acto. 10. v. 42. 2. Timoth. 4. v. 1. Christus dicitur judicaturus vivos & mortuos. Mortui sunt qui ante diem illam decretoriam mortui sunt & in pulvere compuruerunt ; Vivi autem quos Christus adhuc in adventu suo superstites reperiet. Si dicas autem statutum esse omnibus hominibus semel mori, ut dicitur Hebr. 9. v. 27. Respondeo, 1. hoc esse intelligendum de consuetâ hominum conditione ; ab hac autem universalî regulâ excipiendo esse tum Eliam & Enochum, tum eos quos superstites Christus reperiit : hos morituros non esse docet Apostolus 1. Corinth. 15. vers. 51. Non omnes quidem dormiemus, & 1. Thessal. 4. versu 17. Nes vivi qui reliqui erimus, rapiemur in nubes in occursum Domini, & ita cum Domino semper erimus. 2. Dico vivos esse repente immutandos, & hanc immutationem esse aliquam speciem mortis, Apostolus loco supra laudato, 1. Corinth. 15. Non omnes quidem dormiemus sed omnes immutabimur : hæc immutatio non reputatur in morte ordinariâ, quia non est animæ à corpore exsolutione, sed est censenda species mortis : Primo, quia mors est naturæ humanae peremptione, at subira ista mutatio est naturæ corruptibilis interitus. Secundo, mors est transitus in meliorem vitam ; hæc verò mutatio transitus est subitus à naturâ corruptibili in beatam & gloriosam immortalitatem.

Tertio, Scriptura diem istum modò tremendum & formidolosum facit, modò verò jucundum & optabilem. Tremendus est reprobis, 1. propter infinitam judicis sapientiam cuius oculi omnia sunt nuda & patentia, Hebr. 4. v. 13. qui autem non perhorrescerent ejus judicis conspectum, quis se infinitis injuriis à reprobis læsum esse optimè nouit ? 2. propter infinitam ejus potentiam, venit enim cum magnâ potentia & gloria, Matth. 24. v. 30. ita ut reposcere possit à reprobis pœnas sceleribus eorum debitas & æquales ; qui autem non contremiscerent coram eo qui vel solonu[m] cœlum & terram concutit ? 3. propter iram judicis, nam dies illa dicitur dies ira, Apoc. 6. v. 17. Venit dies ille magnus ira illius, & quis poterit stare ? At fidelibus non est tremendus ille dies. 1. quia Judex Rex est, & Princeps Ecclesiæ mitissimus & clementissimus, qui autem populus ab eo redemptus ad conspectum clementissimi Principis exhortesceret ? 2. Caput est, fideles autem membra, qui dimanantem ab eo vitæ æternæ succum-

suecum accipiunt, quomodo autem membra ad conspectum capitum contremiserent? 3. Sponsus est, Ecclesia verò sponsa tam aretè illi adhæret ut sit caro ex carne ipsius, & os ex ossibus ejus, & Sponsa charissimi sui Sponsi conspectum cum horiore adversaretur? Denique is est Patronus & Advocatus noster, & clientes advocati suifidelissimi præsentiam reformidarent? Hujus ergo judicij recordatio fidelibus plena est lætitiae ac consolationis. 1. dies ille dicitur *tempus refrigerii*, Acto.3. v.20. quia lassos & defatigatos refrigerat, omnemque miseriarum quibus illi vexantur æstum componit. 2. dicitur *dies redēptionis*, Ephes.4. v.30. quia nos ab omni peccato cuius reliquias adhuc circumferunt fideles libe-
bit, & à morte omnibusque calamitatibus plenè vindicabit, ut sempiter-
nà gloriâ cum inexplebili voluptate perfruamur, veniet enim Christus
armatus infinitâ potentia, sed ut hostes suos sceptro ferreo comminuat,
nosque à Satanæ tyrannde & sepulcri porestate, tanquam à malæ fidei
possessoribus vindicet: Veniet Christus gloriâ undiquaque refulgens &
coruscans, sed ut nos ad gloriae suæ communionem evehat: Veniet mul-
tis Angelorum myriadibus stipatus, sed ut nos similes faciat Angelis
majestatis suæ; thronum concendet, sed thronum clementiæ, thronum
misericordiæ, absolutionis, sententiam pronunciaturus quâ nos vitæ ad-
judicabit æternæ.

Exoptandum igitur est votis ardentissimis judicium illud ultimum, optare nos jubet Christus, quum ait Luc.21. v.28. *Quum hæc fieri incipient atollite capita vestra, quia redemptio vestra appropinquat:* illud exoptant fideles, qui dicuntur *expectantes dum patifiat Dominus noster Iesus Christus*, 1. Corinth. 1. v.7. *Et expectantes illum adventum gloriam magni illius Dei & Salvatoris nostri Iesu Christi.* Tit.2. v.13. illud exoptat Ecclesia, quum exclamat, *Veni Domine Iesu, Apocal.22. v.20.* Quid est rationi valde consentaneum, hic peregrinamur, hic locus exilii, in quo pulsii sumus, quis non exoptabit diem illum, qui nos in patriam nostram revocabit, & in Patris nostri domum reducat? Hic quid aliud, ut cum Cypriano loquatur, quām pugna adversus Diabolum quotidie getitur, quām adversus jacula ejus & tela conflictationibus assiduis dimicatur? Quis igitur non expetat diem illum, in quo devictis & profligatis omnibus salutis nostræ hostibus, plenissimum & glorioissimum tandem agemus triumphum? hic dolor est & luctus, hic multis incommodis agitamus, hic malis omnibus conflitamus; quis igitur non desideret diem illum, in quo neque luctus, neque dolor erit ultra, in quo Deus abstersurus est omnem lacrymam ab oculis nostris, in quo à malis omnibus liberati, & bonis omnibus explete, gloriösè regnabimus in æternum? Denique hic absimus à Domino quandiu veſsamur in hac vitâ, quis igitur non cupiat cum gaudio diem illum, in quo venturi sumus in conspectum Domini, qui nos deliciarum suarum suavitatem pascat, & felicitatis suæ participatione dignetur? Huic cum Patre & Spiritu Sancto sit laus & gloria in æternum. AMEN.

IN SECTIONEM XIV.

Væ Pater Filio contulit dona, non in privatum usum sunt illi concessa, sed ut inopes egenosque abundantia suâ locupletaret, ut autem nobiscum quæ accepit à Patre communicet, oportet ut unum habamus cum Christo, at Spiritus Sanctus vinculum est nostræ cum Christo ~~accensus~~ & coalitionis, quo Christus nos sibi efficaciter devincit, unde sit ut absque Spiritu Sancto inutile esset, nulliusque momenti, quicquid Christus in salutem generis humani fecit & passus est, quare quum de Patre, Filioque dictum sit, de Spiritu Sancto agitur in hac tertia Symboli parte, ubi dicitur, *Credo in Spiritum Sanctum*. Hujus personæ ~~accensus~~ appellatio ~~isagor~~ καὶ ~~τοπική~~ principalis & propria est Spiritus Sanctus, Deus quidem ~~accensus~~ acceptus, est Spiritus, Joh. 4. v. 24, nam & Hebreum τὸν τούτον, & Græcum πόντον, vel Latinum *Spiritus*, vel subtilitatem, vel immaterialitatem, vel impulsu[m], motionem & agendi vehementiam significat, quod Deo ~~accensus~~ convenit, is enim remotissimus est ab omni materiae contagione, est actus purissimus & omnium rerum causa efficacissima. Sanctitas etiam & ab omni labe puritas eti[am] creaturis convenient ~~τοῦ μετέξεσθαι~~ & ~~τοῦ μεταλλου~~, essentialiter tamen & independenter Deo competit qui clamat, Levitici 15. v. 44, *Sancti es tu, nam & ego Sanctus sum*, ex usu tamen Scripturæ tertia gloriosissimæ Trinitatis Persona dicitur εἰωδίως & conjunctim Spiritus Sanctus, Matth. 28. v. 19, *Baptizate in nomine Patris, Filij & Spiritus Sancti*. Et i. Joh. 5. v. 4, Tres sunt qui testimoniantur in celo, Pater, *Ἄγες*, & Spiritus Sanctus. Rectè Theodoretus dialog. I. *τί οὐ γένεται πολὺ μακρινὰ καὶ τί τατικά καὶ πρώτον, πολὺ μᾶλλον ἢ αὐτοὶ μόνοι τὸ πολὺτελεῖ τοιούτοι : Divina Scriptura Spiritum vocat Patrem & Filium, at Spiritum Sanctum vocat tertiam Personam.* Spiritum Sanctum non esse ~~τοῦ μετέξεσθαι~~ vel ~~τοῦ μεταλλου~~ docet Apostolus 1. Corin. 12. v. 11, ubi Spiritus Sanctus à donis ipsis manifeste distinguitur, *omnia hec efficit unus & idem Spiritus*; quod autem non sit in Deo per modum proprietatis aut attributi, ut bonitas, justitia, misericordia vel inde probatur, quia nulla Dei proprietas dicitur assumere ~~τοῦ μετέξεσθαι~~ corpoream speciem per quam occurrat in oculos, at Spiritus Sanctus apparuit in formâ columbae in Christi baptismo, & specie lingui umi ignearum in die Pentecostes. Deinde cùm jubeat Christus baptizare in nomine Patris, Filij & Spiritus Sancti, cumque in hac Baptismi formula Pater & Filius sint vocabula ~~τοτικά~~, id est, ~~τοτικά τὸν τοπικὸν~~, necesse est ut nomen Spiritus designet etiam ~~τὸν τοπικὸν~~ seu Personam.

3. omnia Dei attributa sunt unum quid in Deo propter summam Essentialiæ Divinæ simplicitatem. Rectè Basilius epist. 8. *ὅπερ ἀπένειμαται τῷ μὲν τῷ Θεῷ οὐκαριστός* quæcunque vocabula de Deo dixeris, una est res significata, omnino, bonitas & reliqua attributa Dei essentialiæ significant, sed conceptibus distinguuntur. Et Hilarius de Trinitate, *Quicquid in Deo est, Deus est, totum quod in eo, est unum est ; est enim effatum indubitate veritatis*. Hæc omnia esse unum in Deo, ubi non obviat media Relationis oppositio, munus

munus enim Relationum est, ut ait Athanasius *ad initio apidus et ecclesias*, relationes pluralitatem inducunt; at Pater, Filius & Spiritus Sanctus non sunt unus sed plures, Tres sunt qui testificantur in cœlo Pater, Sermo & Spiritus Sanctus, 1. Johan. 5. v. 7. Spiritus Sanctus igitur non est aliquid in Deo existens per modum attributi, sed est *quodcumque*.

Personam autem esse Divinam ejusdem cum Patre & Filio Deitatis validis vegetisque rationibus comprobamus: 1. Hoc probant ea testimonia quæ directè significant Spiritum Sanctum esse Deum, ut Acto. 5. v. 3. 4. Cur impedit Satan cor tuum ut mentireis Spiritui Sancto; non homini, sed Deo mentitus es, idem sunt mentiri Deo, & mentiri Spiritui Sancto: unde fit ut Spiritus Sanctus sit Deus. 2. 1. Corinth. 3. v. 16. An nescitis vos esse templum Dei, & 1. Corinth. 6. v. 19. An ignoratis corpus vestrum esse templum Spiritus Sancti, ibi pro uno & eodem accipitur esse templum Dei & esse templum Spiritus Sancti: unde patet Spiritum Sanctum esse Deum. Adde quod qui nos templa ipsius essemus, nisi esset ipse Deus, cum ne saxa quidem vel lignea templa in ullius, qui natu à Deus non sit, cultum extruere licet, quod argumentum urget Augustinus libr. de Trinitate cap. 6. Si nos, inquit, sumus templum Spiritus Sancti, non est creatura Spiritus Sanctus, quia cui corpus nostrum exhibemus, necesse est ut huic eam servitutem debeamus, quia non nisi Deo serviendum est, & lib. 3. contra Maximinum: Si templum alicui sancto Angelo de ligno ac lapidibus faceremus, anathematizaremur à veritate Christi, & ab Ecclesia Dei; Si ergo sacrilegi essemus faciendo templum cuicunque creaturæ, quomodo non est verus Deus, cui non templum facimus, sed nos ipsi templum sumus? 4. Is est verus Deus in cuius nomine baptizamur, ejus enim amplectimur cultum, fidem, religionem, in cuius nomen baptizamur, at qui in nomine Patris, Filii & Spiritus Sancti baptizamur, is ergo verus est Deus. 5. Solus Deus est *καρδιῶν ὑπόσταση*, 1. Reg. 8. v. 39. Si Deus est is qui potest internas cordium humanorum voluntates cognoscere, multo magis Deus est qui potest intima & profundissima divinæ voluntatis arcana penetrare; at hoc præstat Spiritus Sanctus. Spiritus omnia scrutatur, etiam profunditates Dei. Quis hominum cognovit ea quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis, ita ea quæ sunt Dei nemo novit nisi Spiritus Dei, 1. Corinth. 2. v. 10. 11.

6. Is est verus Deus, cuius afflatus & impulsu locuti sunt sancti Dei homines, tum quia verbum Dei est *Si in dieis*, 2. Timoth. 3. v. 16. tum quia Prophetæ populum allocuti sic auspicabantur, *Hec dicit Dominus*, & Deus sic Mosem affat, Exod. 4. v. 11. 12. Ego adero ori tuo, & docebo te quæ loquuturus es; At Spiritus Sancti afflatus locuti sunt sancti Dei homines, 2. Petr. 1. v. 21. & Matth. 10. v. 20. Nen vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris qui loquitur in vobis. Est igitur Spiritus Sanctus verus Deus. Denique, operationes quæ Spiritui Sancto adscribuntur, ejus Divinitatem validissime confirmant: 1. creatione, *Spiritus Domini fecit me*, Job. 33. v. 4. formatio humanitatis Christi ex substantiâ beatæ Virginis, sine ulla viri operâ, quod est opus omnipotentis Dei virtutis, ut innuit Angelus, Lucæ 1. vers. 37. adscribitur Spiritui Sancto, Luc. 1. v. 35. & Matth. 1. v. 18. item patratio miraculorum, quæ est actio mere divina, *solum enim Deus facit mirabilia*, Psal. 72. vers. 18, attribuitur

Spiritus Sancti virtuti, Rom. 15. v. 19. Distributio donorum Spirituallium solum Deum cognoscit authorem, est autem à Spiritu Sancto, qui *hæc unicuique distribuit prout vult*, 1. Cor. 12. v. 11. Regeneratio est opus Dei, idèo regeniti dicuntur ex Deo nati, 1. Johan. 3. v. 9. hæc autem adscribitur Spiritui Sancto, Joh. 3. v. 5. 6. 8. unde patet ipsum esse verum Deum.

Idiomæ Spiritus Sancti à quævis nō est *κατηρέσθια*. Procescio, rectè Justinus in libr. de Confessione fidei, τὸ ἀνόρθωτον, inquit, τὸ ἀνόρθωτον καὶ ὄχι πάντα, αὐτὸν ἡ ἀπόγεια, Inaccessibile, nascibile, & processibile sunt modi subsistendi quo una Persona distinguatur ab aliâ. Hanc Processionem tutius est stupendo adorare, quâm curiosius & altius quâm ferat re velatum Dei verbum perscrutari. Procescio dicitur de qualibet emanatione eorum quæ sunt ab alio vel θεοτικᾶς ut Filius à Patre, vel θεοτικᾶς ut creaturæ à Creatore, usu tamen Scripturæ & Orthodoxæ antiquitatis usurpatum est hoc vocabulum ad denotandum modum quo à Patre, Filioque Spiritus Sanctus emanat. Quænam sit inter hanc Processionem Spiritus Sancti & generationem Filii differentia, quæstio est difficultior, quâm ut eam humana mens possit expedire. Umbratrici Sophistæ μανίζει, qui vana loquuntur, & in aëre ambulant, multa curiosè b'aterant; aiunt

1. Genitum debere esse simile generanti ex vi suæ productionis. Dicunt 2. Filium à Patre produci per intellectuonem tanquam λόγον à mente. 3. inferunt inde Filium produci Patri similem ex vi suæ productionis, quatenus est productio per intellectum: est enim de ratione intellectuonis, ut fiat per aliquam expressionem & assimilationem rei cognitæ, ac proinde Filii productionem esse generationem. At Spiritum Sanctum dicunt à Patre Filioque procedere per voluntatem & amorem, idèo non esse Patri Filioque similem ex vi suæ productionis quatenus est processio per amorem; amor enim ex suâ naturâ non est similitudo rei amatæ, sed impulsus & inclinatio quædam in rem amatam, unde concludunt, Spiritus Sancti processionem non esse generationem, nec Spiritum Sanctum procedere à Patre Filioque θεοτικᾶς, sed tantum ὄχι πάντας, hæc quidem illi satis subtiliter; At quantò sapientius Veteres, qui tanti mysterii altitudinem non ausi temerè perscrutari, ignorantiam suam palam sunt professi Athanasius dialogo 1. de Trinitate τὸν θεοτικὸν τὸν μὲν ἀπόμονει τὸ πόθεν, εἰ πλυνθεῖσμον, αὐτὰ τούτων ἕτερον γίνεται, τὸ πόθεν ἀπόμονει αριθμός καὶ αὐτὸς, id est, quomodo Deus generet Filium, & quomodo Spiritum Sanctum emittat, non curiose disquirō, sed credo quod Filius generetur & Spiritus Sanctus emittatur. Et Damascenus libr. 1. capit. 10. ὅτι μὴ διαφέρει θεοτικός καὶ ὄχι πάντας μεμονώσας νόος οὐ πόθεν τὸν διαφοράς understandει, id est, didicimus quid sit differentia generationis Filii & processionis Spiritus Sancti, quis autem sit modus illius differentie nullibi didimus. Augustinus libr. 3. contra Maximinum cap. 14. Quid inter nasci & procedere interficit explicare quis potest? non omne quod procedit nascitur, quamvis omne procedat quod nascitur & hec scio, distinguere autem illam generationem, & illam processionem nescio, non valeo, non sufficio; Nos ergo modestiam illorum imitati fatemur ingenuè nescire nos differentiam generationis & processionis Divinæ, in rebus hisce abdi-

abditissimis quæ captum nostrum superant, ignorantia religiosa, subtilitate temeraria longè præstat.

Hæc in Spiritum Sanctum fides huc spectat, ut noverimus nos omnium Christi beneficiorum per Spiritum Sanctum fieri participes. Atque hic tria sunt notanda quæ faciunt ad salutem nostram. Dilectio Dei summa, quæ Redemptorem nobis dedit; Causa meritoria salutis nostræ, quæ salutem illam nobis acquisivit; & causa efficiens quæ salus illa nobis re ipsa communicatur, sive inchoatè in hac vita, sive perfectè, ut in sperato illo futuri sæculi complemento. Dilectio quæ nobis Redemptorem dedit attribuitur Patri, Joh.3. v.16. Causa meritoria salutis adtribuitur Christo, qui dicitur author salutis æternæ, Hebr.5. v.9. Causa efficiens salutis adscribitur efficaciam Spiritus Sancti nos interius illuminantis, flectentis, attahentis, & gratuitas Euangelii promissiones in cordibus nostris ob signantis.

Et referenda sunt varia elogia quibus Scriptura Spiritum Sanctum insignit, vocatur *Spiritus revelationis*, Ephes.1. v.17. & *Spiritus veritatis*, Joh. 16. v.13. quoniam intus docet aperiendo mentis oculos, & intellectum lucem cœlesti & divina perfundendo. Deinde, dicitur *Spiritus adoptionis*, Rom.8.vers.15. quia certos nos reddit de Dei erga nos benevolentia, quæ nos ascivit & cooptavit familiæ suæ, ut sit nobis in Patrem. 3. Dicitur *Spiritus sanctitatis*, Esa.63. v.10. quia nos sanctificat, ut simus novæ creaturæ, 1. Corinth.6. v.11. *imaginem Dei* in nobis instaurat; 2. Corinth.3. v.18. Dicitur etiam *aqua*, Esaï 55. v.1. *Omnis sitiens venite ad aquas*, & Joh.7. v.37. *Si quis sit, veniat ad me*; hoc autem dixit de Spiritu, quem recepturi erant credentes, tum quia nos à fôrdibus abluit, tum quia arcanâ irrigatione ad justitiæ germina proferenda nos fecundat. Dicitur etiam *ignis*, Matth. 3. v.11. *Ipse vos baptizabit Spiritu Sancto & igne*, i.e. Spiritu Sancto vim igneam habente, tum ad mentes nostras illustrandas, tum etiam ad peccati vitiositatem excoquendam & exurendam, tum etiam ad corda nostra amore Dei & pietatis studio incendenda. Denique, nomen obtinet *unctionis*, 1. Joh.2. v.20. & *olei*, imò *olei letitiae*, Psalm.45. v.8. *oleum*, quia vigorem infundit & instillat animis nostris, *oleum autem letitiae*, id est, *lætitians*, quia *fructus Spiritus sunt gaudium & pax*, Gal.5. v.22.

IN SECTIONEM XV.

Poterat Deus si stricto jure cum creaturis agere voluisse, omnes homines in peccato satos, conceptos, natos mortique æternæ per peccatum addicatos in sua sorte miserique relinquere, nec eis dare gratiam per quam accipient remissionem peccatorum, & pristinæ dignitati ex qua exciderunt, restituantur, nec ullus fuisset cum Deo expostulandi locus cum sit ~~divitias~~, nullique creature obstrictus: quia tamen dives est in misericordia, gloriose suæ gratiæ divitias cum genere humano communicatur, peculiarem populum elegit sibi, qui sit *Gens sancta, & Regale*

Sacerdotium, & cuius populi membra, licet longis locorum intervallis disjuncta, in mysticam unius corporis societatem Spiritus sui vinculo coniungeret & colligaret. Hoc corpus dicitur Ecclesia Catholica in Symbolo Apostolico, *Credo Ecclesiam sanctam Catholicam.*

Quum Pater sic humanum genus dilexerit ut Filium suum dederit, Filius Dei justitiae Dei cumulatis imè satisficerit, Spiritus Sanctus satisfactionis à Christo præstite vim applicet, Christus que beneficiorum faciat compotes; Sciendum est, cui Pater Filium dederit, Ecclesiae scilicet, cui parta sit æterna per Christum redemptio, Ecclesiae, cui Spiritus Sanctus applicet vim satisfactionis Christi, idè transitu facto à causa & authore salutis Patre, Filio & Spiritu Sancto, ad subjectum cui communicatur, additur *Credo sanctum Ecclesiam Catholicam,*

P. i. mò. Credo, inquam, Ecclesiam, non in Ecclesiam, et si enim ex usu Scripturæ sacrae dicamus, credere in Deum & in hominem ut Exod. 14. v. 31. Crediderunt in Deum & in Mosem, & 19. v. 9. vt credant in te in æternum, ut dicitur יְהוָה בָּרוּךְ in Deum; sic dicitur זְהַבְּקָה in te. Bucerus in Præfatione quam præfixit Commentatio in Epist. ad Roman. Scripture, inquit, Credere Deo & in Deum, homini & in hominem, pro eodem accipiunt. Beza Philip. i. 29. *εἰς αὐτὸν*, inquit, id est, ei; nam ei respondet litera Ἡ Hebraorum, ut non satis firmum sit discriberem, quod statuitur inter Credere Deo & in Deum; ex usu samen Ecclesie, Credere in Deum significat eam cordis fidem quæ in solo Deo acquiescimus. Augustinus in Johan. tract. 19. Si creditis in eum, creditis ei, sed non continuo qui credit ei, credit in eum; nam & Damones credebant Deo, & non credebant in Deum, & de Apostola possumus dicere; credimus Paulo non in Paulum. Quare ex scriptis Veterum constat dici olim solitum Credo Ecclesiam non in Ecclesiam, Ruffinus in expositione Symboli, ubi de Divinitate fides ordinatur, in Deo Parre dicitur, & in Iesu Christo & in Spiritu Sancto: In ceteris, ubi non de Divinitate, sed de creaturis sermo est, præpositio IN, non additur, ut dicatur in sanctam Ecclesiam, sed sanctam Ecclesiam credendam esse. hac itaque præpositionu syllabâ Creator à creaturis secerunt & Divina separantur ab humanis.

Ecclesia est vocabulum usitatum apud authores τοῦ Ιησοῦ prophanos, dicitur κακόν εὐχαριστήν à convocando & significat concionem: dicitur autem concio à ciendo, unde frequentativum εὐτὸν εἰπεῖν, quia singuli citabantur & vocabantur in concionem. In Scripturis traditum est vocabulum Ecclesiae ad significandum Dei populum, qui est societas hominum ē mundi colluvie in meliorem statum evocatorum. Hebrei vocant τὴν καθαλήν à convocando, vel τὴν ἑδάθην à congregando. Vocatio autem duplex est, una externa, quæ sit tantum per externam Evangelii prædicationem; alia vero interna & efficax, quæ sit per internam efficaciam Spiritus Sancti, intellectum illuminantis & affectus innovantis & sanctificantis: comparili ratione Ecclesia, quæ est cœtus electorum, accipitur bifariata, vel ut est collectio hominum per externam Evangelii promulgationem, ad Dei cognitionem cultumque evocatorum, quo pacto dicimus Ecclesiam Romanam, Corinthiacam, aliasque μετεπολιτικής & particulares Ecclesias. 2. accipitur in angustiori quadam significatione ut est cœtus electorum, efficiaci.

efficaci & interna vi Spiritus Sancti è mundi colluvie ad gratiosam Dei communionem evocatorum ; sic accipitur Ecclesia, Matth. 16.18. ubi ait Christus, *adversus Ecclesiam nunquam prevalituras inferorum portas*, adversus enim omnes homines præter electos Dei prævalent inferorum portæ, id est, vis Satanæ, mortis & sepulchri : Nobiscum concinuit, è medio Papatu, Ferus in hunc locum, *Non loquitur, inquit, de Ecclesiâ sicut communiter sumitur pro iis qui Christiani dicuntur, sive boni sunt, sive mali*, sed de Ecclesiâ secundum Spiritum, quæ solos electos complectitur. In eodem sensu accipitur Eph. 5.8. 25. 26. 27. ubi Christus dicitur dilexisse Ecclesiam, eam sanctificasse purgatam lavacro aquæ per Verbum, ut sisstat eam sibi gloriosam sine rugâ & maculâ ; nulla ferè est syllabi quæ non significet hinc intelligendam esse Ecclesiam Electorum Dei. Denique, sic sumitur Hebr. 12. 23. quum nominatur Ecclesia primogenitorum qui conscripti sunt in cœlis, quum enim soli Electi dicantur in libro Vitæ conscripti, & eorum nomina in cœlis conscripta, Luc. 10. 20. non potest hinc non intelligi Ecclesia Electorum Dei. Eant nunc Pontificii & hanc Ecclesiam nullo Scripturæ loco usurpari vociferentur, quod facit Bellarminus libr. 3. de Ecclesiâ militante & Coasterus Apologizæ parte tertia, cap. ii.

Hæc est Ecclesia, quam in Symbolo Christianæ fidei nos credere profitemur: definitur à Catechistâ *societas fidelium*, quos Deus ad vitam eternam prædestinavit, paulò plenius definiri potest, *societas hominum*, qui è colluvie mundi & statu corruptionis ad gratiosam Dei Christi, communionem per efficacem Spiritus Sancti gratiam, & Verbo ipsius evocantur: dicitur *societas*, quia Ecclesiæ membra per internas commissuras compagesque artuum unita sunt cum Capite vinculo fidei, & inter se nexus charitatis. 2. Dicitur *societas hominum*, Angeli enim sunt spiritus administratorii excubantque pro salute Ecclesiæ, ipsi tamen nec sunt Ecclesia nec pars Ecclesiæ; Ecclesia enim est sponsa Christi tam arce illi unita, ut sit os ex ossibus ejus, & caro ex carne ejus, Eph. 5. 20. quod de Angelis dici non potest, ipsi enim non sunt membra corporis Christi, nec caro ex ejus carne, quia Christus non assumpit Angelos, sed semen Abraham, Hebr. 2. 16. 2. Ecclesia est corpus Christi non autem Angeli, nam Christus est Salvator sui corporis, Ephes. 5. 23, non est autem Salvator Angelorum, illi enim nunquam fuere perditi, nec illis salus amissa restituta est unquam. 3. Christus ipsum tradidit pro Ecclesiâ, eamq; sanctificavit lavacro aquæ per Verbum purgatam, Ephes. 5. 8. 25. 26. quod de hominibus dici, non de Angelis, nemo est qui dubitet.

Additur, multitudo hominum qui ex corruptione mundi ad gratiosam Dei communionem efficaciter sunt vocati: reprobos enim & facinorosos arcemus ab Ecclesiæ Catholicæ communione. Pontificii (ut videre est apud Bellarmin. libr. 3. de Ecclesiâ militante capit. 7.) arbitrantur eos esse vera Ecclesiæ Catholicæ membra. Nos autem distinguimus internam & essentialem Ecclesiæ formam, quæ consistit in unione spirituali membrorum cum inter se, tum cum Christo capite, ab externâ & aspectabili quæ sita est in externâ fidei professione & eorundem mysteriorum participatione: Reprobos negamus ad internam Ecclesiæ formam pertinere: ad externam

autem Ecclesiæ nihil impedit quominus pertineant: uno verbo; Reprobi possunt esse in Ecclesiâ, si profiteantur nomen Christi, sed non sunt de Ecclesia vel partes Ecclesiæ, quemadmodum humores præter naturam & peccantes, tibia lignea corpori tantum artificiosè annexa, sunt in corpore humano, sed non sunt pars corporis: ita reprobi & scelerati, qui professionis suæ dignitatem morum turpidine dehonstant, sunt in Ecclesiâ, quia eadem fidei professione, eorundem mysteriorum participatione adjunguntur Ecclesiæ, non sunt autem de Ecclesiâ nec partes Ecclesiæ, quia sunt à vitâ capitî abalienati, & à verâ ac internâ ejus communione separati, quod in vicinis rationibus imus probatum.

1. Totum corpus congruenter coagmentatum & compactum per omnes commissuras incrementum caput ex vi intus agente, Ephes. 4. 16. Reprobi ergo non sunt partes corporis Christi mystici. Apostolus ait totum corpus, ac proinde omnes partes esse congruenter coagmentatas per commissuras, nō a quâ, id est, artuum mutuos contactus vocat Apostolus, quod non competit nisi membris viventibus, cuiusmodi non sunt reprobi. Deinde, toti corpori ac proinde singulis ejus membris attribuitur incrementum, quæ est operatio vitæ spiritualis reprobis minimè conveniens. Denique, unicuique membro adscribitur vis intus agens, singula membra pro modulo eorum vegetans; quæ vis est interna efficacia Spiritus sancti qua destituti reprobi non sunt vera Ecclesiæ membra.

Huic loco affinis est iste qui habetur, Ephes. 2. 21. in quo totum ædificium congruenter coagmentatum crescit ut sit templum sanctum Domino. Hic multa sunt quæ causam nostram iuvant. 1. totum ædificium, quod est Ecclesia, dicitur Christo tanquam fundamento superstructum ac proinde omnes illius ædificii partes, at soli veri fideles ædificantur super illam Petram ut dicitur, Matth. 7. 24. 2. totum ædificium ac proinde omnes ejus partes apie & congruenter compinguntur, puta fidei & charitatis camento, quod de reprobis & facinorosis dici non potest. 3. totum ædificium & omnes ejus partes crescunt: soli autem Electi efficaciter vocati, quum sint lapides vivi, crescunt. Denique, totum ædificium dicitur templum sanctum Deo: Reprobi igitur, qui neque sancti sunt, neque templum in quo Deus habitat per Spiritum suum, non pertinent ad hoc spirituale ædificium.

Denique, Reprobi non sunt Dei Patris filii, quia solidi fideles ex Deo geniti jus acceperunt adoptionis, Johan. 1. 12. Galat. 3. 26. deinde, quia filii omnes hæredes sunt Dei & cohæredes Christi, Rom. 8. 17. quod de reprobis dici nequaquam potest. At qui non est filius Dei Patri, ut ait Cyprianus in libro de Unitate Ecclesiæ, neque filius est matrix Ecclesiæ, ac proinde neque verum Ecclesiæ Catholicæ membrum.

Secundò, Ecclesia dicitur *sæcta*. 1. quoniam à prophano cæterorum hominum grege separata, Deo consecrata est, ut sit illi populus peculiaris. 2. quia donata Spiritu Sancto qui Spiritus est sanctitatis, ab eo sic immunitatur & innovatur ut sancta sit aut perfecta, ut triumphans quæ est in

cœlis,

cælis, aut imperfectè ut militans quæ hic in terris repit, per inchoationem gratiæ, communicatione Spiritus: hoc ita esse patet i. quoniam cum Christo capite arctissimè unita est, cuius unionis duplex est medium; unum ex parte Dei vocantis, Spiritus Sanctus, alterum ex parte hominum vocatoriū, fides: Fides autem ait̄ē unita cum Christo Spiritum sanctificationis ab eo ceu capite dimanantem haurit. Sic Christus dicitur tradidisse seipsum pro Ecclesia ut eam sanctificaret purgatam lavacro aquæ per verbum, Eph. 5.26. 2. Ecclesia est cœtus Electorum efficaciter vocatorum & ideo fidelium, vocati enim non sunt efficaciter, donec per fidem vocationi respondeant: fide autem, quæ solet esse per charitatem ^{σπουδήν}, quæ principium est ac radix omnis sanctitatis, corda nostra purificantur, Act. 15.9.

Tertio; dicitur *Catholica*, quia ex omnibus fidelibus in universo terrarum Orbis sparsis, non una quapiam natione collecta est; nam ut ait Philosophus lib.1. Physicorum, cap.1. 'καὶ ὅλη ἡ γῆ τοῖς οὐρανοῖς'. Totum autem aliud est esseentiale, quod constat ex materia & formâ; aliud integrale, quod constat ex partibus quantitatatem habentibus, iisque vel unitis per veram & physicam continuitatem, ut caput, pes, manus; vel dissitis inter se, ut Respublica, exercitus, ejusmodi est Ecclesia; constat enim ex omnibus fidelibus, etiam locorum intercedidine dissitis; unde dicitur *Universalis*, comprehendens totam Domini familiam, ut mihi monstrare videantur Pontificii, qui, tanquam inter Ecclesiam Romanam & Catholicam nihil interest, *Catholicam-Romanam* conferruminant. Non negamus Ecclesiam Catholicam dici duplici respectu. i. per comparationem & oppositionem Ecclesiæ Judæorum, quæ angustis finibus circumclusa olim fuit; hæc autem ex omnibus gentibus toto terrarum Orbis sparsis colligitur, & hoc modo nulla particularis Ecclesia dici potest Catholicæ. Deinde, *Catholica* dicitur per comparationem & respectum Hæreticorum & Schismatistarum hoc pacto quælibet Ecclesia retinens ^{ἐποδεξίας συνοικίας καιρού μετεξεγένεται} dici potest *Catholica*, & quemadmodum Tertull. ait, lib. de præscriptionibus cap.2. quamlibet Ecclesiam, et si Apostolorum opere non fundatam posse dici *Apostolicam*, pro consanguinitate doctrinae. Ita quælibet Ecclesia dicta est olim Catholicæ, quoniam in fide Catholicæ Ecclesiæ conspirabat. Constantinus apud Socratem lib.1. hist. Ecclesiast. cap.6. sic scribebat ad Ecclesiam Alexandrinam, *Constantinus Augustus Catholicæ Alexandrinorum Ecclesia*, eodem pacto Ecclesia Constantinopolitana, Iconiensis & Antiochenæ Catholicæ dicuntur in testamento Gregorii Nazianzeni, quod extat apud B. Brisonum lib.7. de formulis, sic enim subscrubunt Episcopi præsentes, *Gregorius Episcopus τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας τῆς ἀπόστολου πόλεως: Amphilius Episcopus τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας τῆς Ἀιγαίων: Optimus Episcopus τῆς κατ' Αἰγαίου καθολικῆς ἐκκλησίας*. Non in ista significacione accipitur in Symbolo Apostolorum, *Ecclesia Catholicæ*, sed in priore, prout complectitur omnes fideles quotquot sunt in toto Orbe, & hoc pacto qui dicit *Ecclesiam Catholicam Romanam*, dicit particulare esse universalę & partem esse totum, quod est proorsus ^{απίσταται} & absurdissimum,

nec etiam posteriori significatu Ecclesia Romana Catholica dici meretur; utpote quæ totam fere Apostolorum doctrinam everterit, & horrendum hæresium cloaca evaserit.

Quattò: hæc Ecclesia dicitur *Communio Sanctorum*, propter arctissimam unionem quam habent fideles & cum Christo capite, & inter se. Chrysostomus differentiam constituit inter *coenobios* & *congregas*: *coenobio* participationem significat, quum scilicet multi alicujus rei partes percipiunt & possident, at *congrega* communionem, quum rei totius integræ fit perceptio, id est, quum multi rem unam eandemque possident, singuli totam per astatum, ut vocant, individuum: sic omnes & singuli fideles eadem possident bona, omnib. communia, quæ ab Apostolo enumerantur, Eph. 4.4. *Vnum corpus, unus Spiritus, unus Dominus, una fides, unum Baptisma, unus Deus & Pater omnium.* Habent igitur omnes fideles unum eundemque Patrem, qui eos in familiam suam traxit & cooptavit, nempe Deum; habent omnes eandem matrem, Ecclesiam scilicet, Galat. 4.26. in cuius sinu regnici sunt verbo Dei vivifico tanquam semine, 1. Petr. 1.23. & cuius lacte nutriuntur, 1. Pet. 2.2. habent omnes unum & idem caput, nempe Christum, cujus sunt membra cui arctissimè adhaerent, & à quo dimanantem æternæ vitæ succum accipiunt; habent omnes eundem Spiritum à quo ob signati sunt in diem *Redemptionis*, Ephes 4.30. habent omnes eandem justitiam, per quam subsistunt coram tremendo Divinæ Majestatis solio, condemnationis securi: hæc autem est obedientia Christi, quæ nobis offertur per Evangelii prædicationem, eamque nos acceptamus per fidem; habent etiam omnes eandem salutis doctrinam, quam Apostolus fidem vocat, omnes ad eandem vocantur hæreditatem, sunt enim omnes heredes Dei & coheredes Christi, Rom. 8. 17. Ex hac communione fit, ut fideles omnes fraterno amore inter se conjunsti, quæ acceperunt à Deo dona, sibi in vicem communicent; eaque conferant in totius Ecclesiæ emolumentum, ut differit Apostolus 1. Cor. 12.

IN SECTIONEM XVI.

Quemadmodum mundus, statim ac creari cœpit, non fuit absolutus, sed Deus illum priùs inchoavit in eo momento quo creavit cœlum & terram, postea vero spatio sex dierum illum perfecit & venustavit; ita ut admirandi illius operis veluti gradus & intervalla quædam fuerint; sic in Ecclesiæ reparatione, quæ dicitur *novum cœlum & nova terra*, Esa. 65. 17. Deus opus suum non absolvit statim, sed inchoat primum, deinde sensim & paulatim promovet, donec ad summam pervenerit perfectiōnem. Hic inchoatur salus Ecclesiæ, qua consistit in instauratione imaginis Dei; imago autem Dei *sua est in justitia & sanctitate*; perficitur autem in gloriose illo futuri seculi complemento.

Quare quum quæritur, an sanctitas Ecclesiæ sit jam perfecta? Respondemus: imperfectam esse & inchoatam, quandiu sub signis Christi militat

militat in terris, & carnis adhuc nobis adhærescentis reliquii conflictatur, quod multifariam probatur. 1. Quia principium regenerationis & sanctitatis imperfectè participatur; principium enim sanctitatis est Spiritus Sanctus. Illius autem primitias accipimus tantum in hac vita, Rom. 8.22. 2. Principium etiam justitiae & sanctitatis est fides: fide enim purificantur corda, Acto. 15.9. Deinde justitia & sanctitas consistit in amore Dei, fides autem in cognitione Divini erga nos amoris; cognitio autem gignit amorem ~~in~~ ex cognitione amor: tantum diligimus, quantum cognoscimus, & ut ait Cyprian. l.2. Epistolarum epist. 2. quantum fidei capacis afferimus, tantum mundantur gratia haurimus: fides autem semper est imperfecta, diffidentiae & incredulitatis reliquiis conspersa; fides enim est cognitio, at ex parte tantum cognoscimus ~~in~~ divinitati, id est, obscure & in speculo, 1. Corinth. 13. v. 9.12. hoc afferit disertè pater illius pueri ~~sau~~ r. 1.2.18, Marci 9.24. Credo, Domine, succurrere incredulitati mea; inde patet, fidem nostram lanquidam esse & admixtos habere aliquos incredulitatis gradus; idem confirmatur egregio Apostolorum dicto, Adauge nobis fidem, Luc. 17. 5. Si indigeat incremento quotidiano fides, est igitur inchoata & imperfecta. 3. Audiatur ~~ludicrū~~ ~~magis~~ testis domesticus, ipsa enim Ecclesia non minus verè quam ingenuè fatetur imperfectam esse multisque nœvis conspersam justitiam suam, Esa. 64.6. Omnes justitiae nostra sunt ut pannus menstruata. Elegans est in eam rem Bernardi locus de verbis Esaiæ, serm. 5. Nostra, inquit, si qua est justitia, recta forsitan sed non pura, nisi meliores nos esse credimus quam maiores nostros, qui non minus veraciter quam humiliter dicebant, Omnes justitiae nostra tanquam pannus menstruata: quomodo enim pura est justitia ubi adhuc non potest culpa deesse. 4. Justitia cui peccatum admisceretur est imperfecta, peccatum enim est imperfectio, quam excludit justitia perfecta; sed omnis nostra justitia ejusmodi est, ut ei semper peccatum admisceatur; si dixerimus, nos non habere peccatum, veritas non est in nobis, 1. Johan. 1.8. Deinde, caro significat peccati corruptionem, dicente Christo, Quicquid genitum est ex carne, caro est, Johan. 3.6. ibi caro non potest non significare peccati pravitatem & corruptionem: quum inde deducat Christus spiritualis ablutionis necessitatem: At in fidelibus & regeneratis debilitatur quidem & enervatur caro, manet tamen adhuc, ut disertè testatur Apostolus Gal. 5.17. Denique, *vetus homo* significat peccati vitiositatem & corruptionem:

1. Quia Rom. 6. 6. dicitur *vetus homo per Baptismum in Christo esse crucifixus;* per Baptismum autem enervatur & tandem perimitur peccati corruptio nobis ingenita.
2. *Vetus homo* novo homini adversatur, novus autem homo *in justitia & sanctitate consistit*, Ephes. 4. 24. quid autem adversatur justitiae & sanctitati quam peccati corruptio?
3. Scriptura nos adhortatur ut *charitas in nobis magis ac magis redundet*, Philip. 1.9. ut induamus novum hominem, & novos faciamus in justitia & sanctitate progressus, Ephes. 4.24. quia nondum assequuti sumus perfectionem, Philip. 3.12. neque *ad virilem etatem adolevimus*, Ephes. 4.13. inde patet imperfectam tantum esse & inchoatam justitiam nostram; & quia fideles paulatim, & in dies renovantur, donec ad illam Christi perfectam staturam, quam in cœlis, peccato penitus debellato,

& absorpta morte, speramus, externus homo corruptitur, internus tamen renovatur in dies, 2. Corinth. 6.16. necesse est ut fideles utrique subiectantur termino mutationis, tum peccati corruptioni paulatim senescenti, tum justitiae & sanctitati, per Christi Spiritum in nobis instaurandae; & idem quodiu durat hic motus, durat autem ad mortem usque, justitia & sanctitas nunquam est perfecta: cessat enim mortuus in plena termini per motum acquirendi possessione, Augustinus libr. de perfect. justitiae contra Pelag. rat. 8. Tunc erit plena justitia, quando plena sanctitas; tunc erit plena sanctitas, quando plena charitas; tunc autem erit plena charitas, quando videbimus Deum sicuti est, & Epistol. 29. Charitas, inquit, in aliis major, in aliis minor; plenissima autem quæ non posse augeri; quandiu hic homo vivit, est in n. min.; quandiu autem augeri potest, proficet illud quod minus est quam esse debet, ex ratio est,

Non me latet Ecclesiam dici mundam lavacro aqua per verbum Ephes. 5. 26. Duplex enim beneficium per Baptismum nobis conferetur, remissio peccatorum & sanctificatio; remissio peccatorum, quæ tollitur reatus, perfecta est in hac vita, nulla enim est condemnatio iis qui sunt in Christo, Rom. 8.1. Sanctificatio inchoata est, quandiu vivimus in carne, per continuos autem progressus adolescit, donec Christus omnem peccati maculam absterget, quod nunquam fit quandiu in terris degit Ecclesia. Audiatur August. lib. 2. Retract. cap. 18. ubique, inquit, commemorari Ecclesiam non habentem maculam, non sic accipendum est, quasi jam sit; sed quæ preparetur ut sit quando apparebit gloria: qui secus sentiunt, meros Pelagianismos crepant. Idem lib. de bono Perseverantie, Pelagiani, inquit, audent dicere hominem justum in hac vita, nullum omnino peccatum habere, & in talibus hominibus esse jam in tempore presenti Ecclesiam non habentem rugam aut maculam.

Secundo, hæc Ecclesia non dicitur videri, sed credi, Credo Ecclesiam Catholicam, imò dicitur, non videri, quum dicitur Credi: est enim fides εἰπεῖ μὲν βλέπειδός τοι, Hebr. 11.1. ubi notandum est, triplicem esse cognitionem, quarum Prima sit per sensus, & dicitur experientia; Altera per rationem, quæ intellectum evidenter convincat, eumque pertrahat ad assentiendum, & dicitur scientia. Tertia per revelationem Dei διεγενέσθαι, & dicitur fides. 2. Ecclesia vel est Catholica per totum terrarum Orbem diffusa, vel particularis: Ecclesia Catholica vel consideratur secundum materiam, quæ sunt homines, tunc est adspicibilis: vel secundum formam internam, quæ est spiritualis & mystica fidelium unio cum Christo; tunc non cernitur, sed creditur; homines quidem ex quibus coagimentatur corpus Ecclesiæ videmus, sed illos homines esse cœtum electorum efficaci & interna vocatione ad gratiosam Christi communione mœstorum, non videmus, sed credimus; quemadmodum Christus, dumerat in terris πάντας οὐδέποτε, ut homo videbatur, sed quod hic homo qui videbatur, esset æternus Dei Filius, Princeps vitæ, & author salutis, hoc non videbatur, sed credebat. In nostras partes diserte pronuntiat Bellarm. lib. 3. de Ecclesia, cap. 15. Videmus, inquit, eum cœtum hominum qui est Ecclesia, sed quod ille cœtus sit ipsa vera Christi Ecclesia, non videmus, sed credimus;

*Deus enim solus est qui novit qui sunt sui, 2. Timoth. 2. 19. Ecclesiæ verò particu-
lares cadunt in obtutum oculorum, certisq[ue] notis distinguuntur. Hæ
notæ sunt duæ, doctrinæ sinceritas & legitimus Sacramentorum usus,
etsi verum sit, hanc Doctrinam, quæ aures ferit, non cognosci doctrinam
esse Christi & Apostolorum, & hoc Baptisma quod videmus administrare
non cognosci verum esse Christi Baptisma, & Sacramentum novi Fœ-
deris, nisi per fidem.*

Post articulum de Ecclesia sequitur, *Credo remissionem peccatorum.* In
peccato duo sunt: 1. Fœditas & corruptio peccati, quæ animam infi-
cit & impiat. 2. reatus inde exurgens, qui nihil aliud est quam obliga-
tio ad pœnam, quam Dei justitia reposcit. Fœditas & corruptio peccati
eluitur per uitatem Spiritus Sancti, peccatum paulatim abolentis, no-
vumque justitiae habitum nobis infundentis; reatus autem solvitur re-
missione peccatorum. Est igitur remissio peccatorum actus Divinæ
misericordiæ, pœnas peccatis debitas gratuitò relaxantis: quod autem
remissio peccatorum significet absolutionem & liberationem à pœnis
peccati probamus. 1. Quia remitti peccata, dicit Scriptura, non imputari
peccata, Ps. 32. 2. quid autem est peccatum non imputari? nisi hominem tra-
stari, ac si peccator non esset, id est, non vocari ad pœnam? 2. In eodem
loco peccatum, quod remittitur, dicitur, *tegi*, quid autem est tegi pecca-
tum, quam ad judicium non vocari, non puniri? August. in hunc locum,
*Si texit peccata Deus, noluit advertere; si noluit advertere, noluit animadvertere; si noluit
animadvertere, noluit punire, noluit agnoscere, maluit ignorare.* Denique, peccata
dicuntur debita, remittere ergo peccatum, est condonare debitum, & con-
donare debitum, est non exigere debiti solutionem; remittere ergo pec-
catum, est non exigere à peccatore peccati pœnam.

Patuntur quidem etiam hi, quibus indulxit Deus peccati remissio-
nen, varias ærumnas, quas Pontificii, ut videre est apud Bellarm. libr. I.
de Purgat. cap. 10. & lib. 4. de Pœnit. cap. 2. volunt esse peccati pœnas, qui-
bus etiam abolitâ culpâ justitiae Dei fiat satis: Sed in omni pœna duo re-
periuntur; unum, quod est instar materiæ, nempe calamitas naturæ ad-
versaria; alterum, quod est instar formæ, nempe relatio ad peccatum;
peccatum enim & pœna peccati sunt ex genere *πάθος* *τι*, quare si hæc
relatio desinat esse, novusque respectus induatur, manere quidem potest
calamitas naturæ inimica quoad rem duntaxat, sed non quoad rationem
& definitionem pœnae; quemadmodum sanguinis effusio, ut est ab ho-
ste, vulnus est; ut à judice, pœna est, ut à Medico, remedium: ut ergo ea-
dem res propter varios respectus, quos induit, dicitur modò vulnus, mo-
dò pœna, modò remedium; sic eadem ærumnæ relate ad peccatum non
remissum dicitur pœna, relate ad bonum ejus cui infligitur dicitur *πα-
θία, πάθος δουλεία, castigatio, admonitio, probatio*, Hebr. 12. Augustinus in
Psalmum 38. *Flagellat nos Deus, inquit, eruditus, tota ista miseria generis humani,*
in qua gemit mundus, noveritis fratres, quia dolor medicinalis est, non sententia pœnalium;
Eclib. 2. de peccatorum meritis & remissione cap. 34. Ante remissionem fuit

illa supplicia peccatorum, post remissionem autem certamina exortatione ^g justorum. Hoc necesse est Pontificis concedant, si velint itw. Sicut ^g placuerit, non dissidere à sententia & opinione sita. Aliunt, Baptismum liberare nos ab omni tum culpā, tum pœnā, ut videtur est apud Thomam part.3. quæst.69. art.2. & sancitum est à Concilio Tridentino, se.4. cap.1. & tamen baptizati sunt adhuc hujusce vitæ calamitatibus obnoxii; illæ igitur calamitates non amplius pœnæ rationem habent quod ultrò concedit Vasquez in 3. partem disput. 156. cap.2. Certum est, inquit, remissio peccato criminati, non tolli hac mala; & tamen non manere sub ratione pœnæ, quia, sublatâ culpâ originali, nulla dignitas ad ea mala potest esse residua.

Quarto, remissio peccatorum ab ultrone à Dei liberalitate proficitur, nec ullis satisfactionibus nostris impetrare possumus à Deo remissionem peccatorum: 1. Quia peccati remissio est debiti condonatio; obtinere autem debiti condonationem, & satisfactionem debiti creditoris præstatre sunt ^{an}sata. 2. Deus nobis peccata gratuitò remittit, quod hæc loca confirmant, *Iustificamur gratis*, Rom.3.24. In quo habemus remissionem peccatorum ex diritate ipsius gratia, Ephes.1.7. ~~ad extirpationem~~ nūr omnia nostra peccata, Coloss.2.13. Si autem gratuitò remittat, nullam à nobis exigit satisfactionem; gratia autem creditor remittit debitum, qui ultrone à liberalitate, nullaque sibi numeratâ pecuniâ, nomen debitoris expungit. 3. Si Christus plenissimè satisfecit pro nobis, Deus à nobis nullas exposcit satisfactions: nam si satisfecit pro nobis, id est, loco & vice nostra, nos tales habemur ac si nos ipse satisfecissimus; At si nos ipse satisfecimus non amplius nobis est satisfaciendum, quod autem satisfactio à Christo pro nobis præstata, sit perfectissima, vel ex eo patet, quod seipsum dedit in pretium redempcionis, 1. Timoth.2.6. *AAnimam suam dedit in redemptiunis pretium*, Matth. 20.28. Hoc autem pretium quum sit valoris infiniti, non potest non esse sufficientissimum. 4. Baptizati remissione in adepti peccatorum liberantur tum ab omni culpa, tum ab omni pœnâ, cuius rei rationem apposite reddit Thomas 3. partis quæst.69. art.2. his verbis: *Omni Baptizato communicatur passio Christi ad remedium, passio autem Christi sufficiens est satisfactio pro omnibus peccatis omnium hominum; & ideo qui baptizatur, liberatur à reatu totius pœnae debita pro peccatis, ac si ipse satisfecisset pro omnibus peccatis.* Quod si baptizati liberantur à reatu omnis pœnæ, quia satisfactio Christi illis per Baptismum applicatur; quam eadem Christi satisfactio nobis applicetur per fidem, quid obstat quominus hi, qui vivâ fide Christum amplectuntur, liberentur ab omni pœnâ & ab omni satisfaciendi necessitate?

Quinto, remissio peccatorum subnectitur & adjungitur Ecclesiæ, quia non nisi in Ecclesiæ communione obtinetur remissio peccatorum. Quemadmodum enim (si magna parvis; si sacra prophanis componere liceat) Romulus, Urbe conditâ, Asylum aperuit, ut qui eò ex finitimis populis confugerent tuti essent ab omni violentia, & immunes ab omni pœnâ; Sic Ecclesiam Deus condidit & architectatus est, ut rei omnes eò ^{confus.}

confugientes remissionem peccatorum accipient, & immunitatem ab omni culpa. Ratio est, quia remissio peccatorum non datur nisi fidelibus; Remissionem peccatorum accipiet per nomen ejus quivis qui credit in eum, Acto. 10. v. 43. At Ecclesia cœtus est fidelium; soli igitur, qui sunt in Ecclesia, accipiunt remissionem peccatorum. Deinde, quicunque est in Christo per spirituale coalitionem & communione, est etiam in Ecclesiâ, quæ mysticum est Christi corpus; non obtinemus autem remissionem peccatorum nisi in Christo, In quo habemus remissionem peccatorum ex divite ipsius gratia, Eph. 1. 7. Et nulla est condemnatio iis qui sunt in Christo Iesu, Rom. 8. 1. Quare non nisi in Ecclesia contingit nobis remissio peccatorum.

Inde desuntur solutio illius vulgaris & per vulgatæ quæstionis, An extra Ecclesiam sit salus? Vel enim Ecclesiam intelligimus Catholicam, quæ mysticum est Christi corpus, & cœtus Electorum efficaciter vocatum; vel Ecclesias particulares. Extra Ecclesiam Catholicam nulla est salus; i. qui est extra communionem Ecclesiae Catholicæ, non est fidelis, quum Ecclesia sit cœtus fidelium; At qui non est fidelis, precisa est illi spes omnis salutis, qui enim non credit, vitam non videbit, & jam condemnatus est, Johan. 3. v. 18. & 36. Deinde, quicunque est extra communione in Ecclesiæ Catholicæ, non est membrum corporis Christi mystici, quum Ecclesia sit corpus Christi mysticum, qui autem non est membrum corporis Christi, æternæ vitæ succum ab eo capite dimanantem non accipiet, ac proinde neque salutem æternam; Christus enim non est nisi corpus sui Salvator, Ephes. 5. 24. Extra verò hanc aut illam Ecclesiam particularem definitè & determinatè potest esse salus, possumus enim alteri nos adjungere; at extra omnem Ecclesiam particularē non potest esse salus, si aliquam habueris cognitam, eiique commode & per temporum rationem te possis adjungere: Nam si Ecclesiæ particulari adjungere te possis, dederis tamen, hic est impius, Verbi, Sacramentorum, publicatum precum totiusque ordinis Ecclesiæ contemptus, dignissimusque quem Deus morte ulciscatur æternâ.

IN SECTIONEM XVII.

Quum gravis sit & acerba humanæ vitæ conditio, quum multis in commodis agitetur, multisque conflictetur miseriis, quumque ipsi, & quicquid in ea specie boni blanditur, luctuosa morte finiatur, quæ hominem in putre cadaver convertit, quo nihil vel odore tetrius, vel contagio pestilentius, vel aspectu truculentius; in mediis hujuscem vitæ malis dolorem nulla consolatio levaret, nisi nos in hoc mundi salo jactatos, vitæ melioris, quæ per resurrectionem adiutur, spes reficeret ac recrearet. Ideo Tertull. lib. de resurrect. carnis, *Fiducia Christianorum*, inquit, *resurrectio mortuorum*, hoc est, ut ultimum sit præstantissimum Christi beneficium, ad quod cætera omnia, ut media ad finem suum ordinata, referun-

mar, Idem sic clauditur Symbolum Apostolorum, *Credo resurrectionem carnis & vitam aeternam.*

Resurrectionem ut puerile ludicrum riserunt olim Philosophi, Tertul. libr. de praescript. adversus haereticos cap. 2. *Vt carnis, inquit, restitutio negatur, de una omni Philosopherum Schola sumitur.* Idem Cæcilius, stans è partibus Philosophorum apud Minutium, Aniles, inquit, *fabulas adstruunt & amictant Christiani, renasci se ferunt post mortem & cineres & favillas.* Resurrectionem negarunt & Sadducaeï, qui cum Epicuro mortem esse ultimam linearunt rerum, & post mortem nihil superesse definierunt. Hæc opinio dupli ciarietate pulsari potest, tum rationibus à Scriptura, tum rationibus à virtute Dei desumptis. Christus ut Sadducæis os obstatueret, eorumque pertinaciam obtundere: *Erratis, inquit, neque Scripturas scientes, neque virtutem Dei.* Matth. 22. 29. Virtutis Dei consideratio facit, ut credamus Resurrectionem esse possibilem, quum enim Deus sit Omnipotens, nihil est quod effugiat omnipotentiam Dei infinitam, nisi quod est *non possumus a diuina misericordia.* Illud autem est impossibile omnino, quod nascitur ex essentiali & interna terminorum repugnantia, quæ includit esse & non esse, affirmationem & negationem; At restitutio carnis non includit esse & non esse, affirmationem & negationem; quenam enim potest esse contradictionis & repugnantiae species, si dicamus hominem, qui fuit aliquando, esse de novo? Certe non est minor repugnantia hominem qui non fuit produci, quam eundem postquam fuit produci & restaurari; nec est minoris virtutis hominem ex terræ limo formasse, quam eundem postquam abierit in pulvorem ex pulvere reformare, Deus illud semel præstuit, quidni posset & istud? *Quum difficilium sit, id quod non est incipere, quam id quod fuit iterare,* ut ait Minutius in Octavio, & majoris sit miraculi lumini evanescere, quam jungere; ut ait Ambrosius in Orat. de fide Resurrectionis, & Tertull. hbr. de Resurrect. cap. 9. *Idoneus est resuscitere qui fecit, quantum plus est factus, quam resuscifecit; mutum dedisse, quam redditisse;* ita resurrectionem carnis facilitorum credas institutionem.

II. Materia & forma concurrunt ad essentiali rei compositionem; post mortem autem hominis remanet materia, quicquid enim intericit definit in materiam, & in eatum praæcente, tum praæxistente, tum servata ac superstite huius rerum omnium novationes, remanet etiam anima membris exonerata mortalibus; Deus quoque, qui prius hanc animam cum hac materia copulavit, retinet eandem virtutem, eamque non usum detritam, non opere exhaustam, non senio confectam aut debilitatam, quidni poterit denud eas conjungere? 3. Deus exhibuit in naturæ cursu futuræ resurrectionis aliquod specimen & quasi imaginem quandam: *Demens, quod tu seris non vivis, nisi mortuum fuerit,* 1. Corinth. 15. 36. Scitè olim Minutius in Octavio. Vide quam in solarium nostri, resurrectionem nostram omnis natura meditetur; Sol demergitur & nascitur, Astra labuntur & redeunt, flores occidunt & reviviscunt, semina nonnisi corrupta revirescant. Et Ambrosius in libr. de fide Resurrectionis, *Quid natura, si homines, quos acceperit, terra restitu-*

tum, quum seminum corpora que suscepit, vivificet, erigat, vestiat. Dñe ergo dubitare quod depositum generis humani terra fides reddat, qua commendata sibi semina usurio quodam sanore multiplicata restituit; Sed omnium elegantissime Tertull. lib. de Resurrect. carnis cap. 9. Dies, inquit, moritur in noctem, & tenebris usque quaque sepelitur, funestatur mundi honor, omnis substantia denigratur, sedant silent, stupent cuncta, ubique justitium est, quiis rerum. Ita lux amissa lugetur, & tamen rursus cum suo cultu, cum Sole, cum dote, eadem & integra & tota universo Orbis reviviscit, interficiens mortem suam noctem, rescidens sepulturam suam tenebras, &c. Quippe etiam terra de celo disciplina est, arbores vestire post folia, flores denud colorare, herbas rursus inponere, exhibere eadem qua absunta sunt semina, &c. Totus igitur hic ordo revolutus rerum, testatio est resurrectionis mortuorum; Vel ipsi Philosophi non negarunt Resurrectionem esse possibilem. Chrysippus de Providentia à Lactantio citatus lib. 7. Divinatum institutionum, cap. 23. dñor, inquit, ὡς ἀδελφὸν ἡμῶν μητέρα τηλοθῆσαν πάλιν θεαὶ δωρεὰν εἰποῦσαι, εἰς ἐτοῖς τοῖς εἰρηνῶν τοῖς, id est, apparet non esse impossibile ut nos post mortem, rursus virginibus certius temporis reuelatis in hunc statum, in quo nunc sumus, restitutum iri.

Quid quod etiam ipsi Philosophi futuram esse corporum Resurrectionem, saltem per suspicionem aliquem, subodorati sunt. Stoici omnia crediderunt per ~~extinctionem~~ & conflagrationem novatum iri, & effeta omnia instauratum iri, futuram esse & juvenescentem mundi faciem; imò & eosdem homines in Oibem reddituros. Seneca in Stoicorum agmine triarius, Epist. 36. Mors, quam pertimescimus, non eripit vitam, sed intermitit, veniet iterum qui nos in lucem reponat dies: sed imprimis notandum est & literis uncialibus scribendum aureum Phocylidis dictum, οὐ τολμεῖσθαι τοτε πόλεμον. Καὶ ταῦτα δὲ γενεῖται τοτε πόλεμον εἰς φίλον, i. non est rationi conservaneum dissolvi hominū harmoniam, sed ex terra speramus in lucem redituras reliquias mortuorum. Quod illis ratio ipsa persuadere potuit: quum enim Deus justissimus sit, & scelerum vindicta acerrimus, necesse est ut peccatas sceleribus pates ab impiis reposcat: peccant autem impii non solum anima sed & corpore belluinae siquidem libidines per corpus exercentur, & corpus in cœno voluptatum fœdè voluntatur: postulat igitur divinita justitia ut homines scelerati in animabus & in corporibus metitas luant peccatas; quod quum non fiat in hac vita, expectanda est alia, quæ homines flagitosos & in animabus & in corporibus puniat in æternum, quod fieri non potest nisi resumantur corpora per resurrectionem. Deinde, homines felicitatis sunt capaces, estque hominibus insitus & innatus felicitatis appetitus, hic appetitus non potest esse frustra, quum illum Deus per naturam inseverit; necesse est igitur ut in quibusdam expletatur; non expletur autem in hac vita tot miseriis implicata, in altera igitur expletatur necesse est. Quum autem beatitudo ex sententia Philosophorum sit, secretus maiis omnibus cumulata bonorum complexio: Cicero Tuscul. 3. absque resurrectione nemini potest contingere felicitas; non enim potest esse immunitas à morte, φερετ διαστήτης & teterimo om-

nium malorum, absque resurrectione, nec cumulata omnium bonorum possessio, absque immortalitate gloriosa, nec immortalitas gloria, absque resurrectione cogitari potest.

Sed Scriptura, quod tatio obscurè docet, quod Philosophia hæsitans loquitur, aperte tradit, disertissima sunt Scripturæ sacræ Testimonia quæ Resurrectionis certitudinem nobis ingenerant.

Ex Veteri Testamento locus est clarissimus qui habetur Danielis 12.2. multū eorum qui dormient in pulvere excitabuntur, h[abent] ad vitam eternam, illi ad opprobrium eternum. Sed illabefactibile ducitur argumentum ex loco quem Christus contorsit adversus Sadduceos, Matth. 22. Ego sum Deus Abrahami, Isaia & Iacobi, Exod. 3.6. Hic 1. notandum est, per Abrahamum non intelligi tantum ejus animam; sic enim Deus esset altera ex parte tantum Deus Abrahami, sed intelligitur totus Abrahamus ex anima constans & corpore; unde sequitur, Deum esse Deum totius Abrahami & secundum animam & secundum corpus. 2. Notandum est, dici Dominum Deum Abrahami, quia sic Salvator, benefactor & Redemptor Abrahami; Benefactor autem Salvator & Redemptor Abrahami & secundum animam & secundum corpus qui esset, si corpus ejus semper in pulvere terrea maneret sub dominio & potestate mortis? Sed excutianus Christi argumentum, ex eo quod Dominus fit Deus non mortuorum, sed viventium, concludit Abrahamum vivere: vivebat quidem secundum animam, tum vita essentiali, quæ nihil aliud est quam esse rei viventis, tum vita beatâ seu ætua, quæ consideratur secundum ævum & affectionem rei viventis ad principium vitae, nempe Deum. Abrahamus autem, secundum se totum consideratus, ut est quid ex anima & copore inter se unitis coalescens, viuebat, non quidem in se, ejus anima corpori suo nondum adjuncta, sed Deo, ut dicitur Lucæ 20.38. Deo autem vivere dicuntur, qui ex infallibili Dei decreto resurrecti sunt aliquando.

Ex Novo Testamento deducuntur innumera testimonia ad confirmandam resurrectionis fidem; disertissimum est ille: qui habetur Johani. 5.28. Veniet hora, quâ omnes, qui in monumentis sunt, audient vocem ejus, & prodibunt, qui bona fecerint, in resurrectionem vite; qui mala egerint, in resurrectionem condemnationis. Caput 15. primæ ad Corinth. multa continet argumenta, quibus adstruatur resurrectionis fides; inter illa est istud quod habetur v.19. Si enim in hac tantum vita speramus in Christum, miserrimi omnium sumus: de cuius tamen dicti veritate multi litigant: Si enim animæ fidelium corporibus suis laxatae ad Dei Christique conspectum evolent, ibique felicitate inenarrabiliter fruantur, dum reproborum spiritus miris modis torquentur; ut constat ex historia Lazari & dividis Epulonis Lucæ 16. non videtur huic dicto constare sua veritas; fideles, si non sit resurreccio, esse omnium miserrimos. Respondeo; Fideles ante resurrectionem primitias tantum æternæ felicitatis degustare, plenum autem cumulum non adipisci nisi per resurrectionem; tollatur ergo resurreccio, non erit plena perfectaque felicitas; si nunquam sit plena felicitas, neque erit inchoata, quum hæc

ad illam essentialiter ordinetur, nec sit nisi propter illam; quia si non esset resurrectio, periret omnis alterius vita felicitas; & ita potior esset reproboium, quibus in hac vita bene est, quam fidelium, qui multis malis vexantur, conditio.

Hujusce Resurrectionis modus nemini mortalium solius rationis luce *νόητρον*, sed *οὐαπ* unquam innotuit, hunc nobis Deus in Verbo suo revelavit; quos superstitites inveniet Resurrectionis dies immutabuntur illi, & per subitam illam immitationem transibunt à statu corruptionis in statum incorruptionis, & immortalitatis, ut docet Apostolus i. Cor. 15. qui vero mortui fuerint & quorum corpora in sepulchris computuerint, excitabuntur & resurgent, illa immutata secundum qualitates, induent enim qualitates gloriose, cœlestes, & spirituales, quæ sunt, 1. *Impassibilitas*; erunt enim supra omnes nocentium qualitatum excelsus, ac proinde expertia ejus passionis quæ dicta est à Philosopho, libr. 2. de Anima cap. 5. φθορὰ τὸν οὐαπτικόν, id est, ad perniciem & interitum rei comparata. 2. *Immortalitas*; Mortale enim hoc induet immortalitatem & incorruptionem, i. Cor. 15. 54. Mori amplius non possunt quia sunt *ἰσαγέλοι*, Luc. 20. 36. Et ut in Adamo fuit non moriendi potentia, sic in beatis erit impotentia moriendi. Recte Augustinus libr. 22. de Civitate Dei-cap. ultimo *Prima immortalitas*, inquit, quam peccando perdidit Adam, fuit, posse non mori; non rissima erit, non posse mori. 3. *Claritas gloriosa*; Fulgebat justi ut Sol in regno Patri sui, Matth. 13. 43. transfigurabit corpus nostrum ut conforme fiat corpori ipsius glorioso, Philip. 3. 21. Gloria autem significat splendorem & magnitudinem lucis, sic dicitur gloria Solis, Lune & stellarum, i. Corint. 15. 45. sic dicitur gloria faciei Mosis, i. Corinth. 13. 7. 4. *Spiritualitas*; Seritur corpus animale, excitatur corpus spirituale, i. Corinth. 15. Quia præstantissimis dotibus sic erit ornatum, ut non amplius cibo, potu, somno aliisque hujusce vita præsidii; & admissum indigeat, erit enim *ἰσαγέλος*, erunt tamen corpora eadem numero secundum substantiam: 1. Hoc sonat *resurrectionis* vox, resurrectionis enim non est, nisi ejus quod cecidit excitatio, si cadat hoc corpus morte exanimatum, & aliud, quam quod cecidit, formetur à Deo, creatio est, non resurrectio. 2. In omni mutatione sunt duo termini, quorum uno abeunte subit alter, & subjectum utrique termino substractum ad ferendas eorum vices, sed resurrectio est mutatio quædam, terminus à quo, morietur, terminus ad quem, vita; subjectum est corpus, quod utrique termino morti scilicet & vita vicissitudine quadam subjacet. Idem ergo corpus, quod jacet morte peremptum, illud est quod revocatur in vitam. 3. Dicitur Christus *transformatus* corpus nostrum humile, ut fiat conforme corpori ejus glorioso, Philip. 3. 21. quod verum non est, nisi idem corpus, quod jam humile est, evehatur in gloriam: & disertius i. Corinth. 15. 53. *Corruptibile* hoc induet incorruptionem, Non poterat, inquit Tertullianus, expressus loqui, nisi cutem suam manibus teneret: hoc autem non esset si corporibus istis citra spem restorationis absumptris, nova crearet Deus; nam ut hoc corruptibile induat incorruptionem, oportet ut idem, quod jam est cor-

ruptioni obnoxium, subeat incorruptionem. 4. Christus ipse Joh. 5. 28. aut, *Eos qui sunt in sepulchris, auditos esse vocem suam, & prodituros. Quod si nova corpora crearet Deus in locum eorum quæ in sepulchris computruerunt, qui posset esse verum, eos qui sunt in sepulchris audituros vocem Christi, & e suis sepulchris predicturos.* Denique, non est rationi consentaneum, ut hoc corpus, quod portavit opprobrium & ~~cu~~ Christi, non sit particeps gloriae illius, & quod Martyrii coronam gestavit, non donetur immortalitatis coronâ, quam rationem eleganter prosecutur Tertull. libr. de Resurrect. cap. 42. *Quam absurdum, inquit, quam verò Euthanicum, utrumque autem quā Deo indignum, aliā substantiam operari, aliā verò mercere dispergi: ut hec quidem caro per martyria lanetur, alia verò coronetur; Item, E contrario hæc quidem caro in surcitū voluerit, alia verò damnetur.*

Sed summopere notandum est, ut idem homo resurgat, non esse necessarium, ut nulla sit prorsus materiae varietas; hominis enim materia propter caloris actionem humidum depascantis continuò fluit & dilabatur, & in locum ejus quod labitur novæ partes succedunt; manet tamen idein numero homo in toto vitæ suæ cursu, nec alius est puer, alius verò senex: sic olim in resurrectione, quod minus erit materiae quam decet supplebitur, & compensabitur aliunde, non mutatâ tamen identitate rei, sic vix dum nati infantes, nani, pumili, coactæque brevitatis ~~admodum~~ non resurgent cum corporum imperfectione, sed eorum defectus accessu novæ materiae resarcietur, nec tamen destruetur identitas rei. Deinde, homines giganteæ vastitatis ac portentosæ, vel gibbo deformes, amittent aliquid materiae, ut decentem habeant & congruentem magnitudinem, qualis decet statum gloriæ, qui est status perfectionis, manente tamen identitate rei.

Resurrectio piorum & impiorum simul communis est, quod Pharisei negabant; existimabant enim, omnium animas è corporibus exsolatas in locis quibusdam subterraneis & abditis quibusdam receptaculis contineri, animas impiorum in illo subterraneo carcere in æternum detineri, ibique pro merito torqueri, solis verò pii, qui sanctè vixerant, datum iri resurgere, hisque indultam esse ~~pascere~~ ~~ad~~ ~~lucum~~, ut ait Iosephus antiquit. lib. 18. cap. 2. immaniter tamen hallucinabantur; certum enim est ex verbo Dei, omnes homines resurrecturos, disertus est locus qui habetur Johan. 5. 28. *Veniet hora, qua omnes qui sunt in monumentis audient vocem ejus & prodibunt, qui bona fecerint, in resurrectionem vitæ; qui malaegerint, in resurrectionem condemnationis: & qui habetur 2. Corinth. 5. 10. Oportet omnes nos comparere coram tribunalii Christi, ut reportet unusquisque in corpore suo congruer ad id quod fecerit, sive bonum, sive malum.* Et certè justitia Dei impiorum postulat resurrectionem, ut quemadmodum toti peccarunt & in anima & in corpore, toti integrique subeant secundam mortem, & tum in anima, tum in corpore plectantur in æternum. Differentia tamen est quam maxima, pii resurgent ad vitam, impii verò ad mortem & condemnationem; illi virtute Christi ~~ut~~ capit, illis cœi membris vitam influentis:

isti verò virtute Christi ut judicis, impios ad justitiae suæ tribunal citantis, ut audiant sententiam condemnationis, & tum in corpore, tum in anima pares peccatis suis pœnas inveniant.

Post resurrectionem, additur, *Vita æterna*, quæ est perennis ille ac felicissimus status, in quo exutâ omni tum animæ, tum corporis infirmitate, bonorumque omnium cumulatâ possessione completi fideles, cum Christo capite gloriose regnabunt in cœlis. Dicitur *vita* quoniam est gloria hominis cum Deo conjunctio, ipsius Spiritu, tanquam animâ eos cœlesti vitâ vivificantem; dicitur status felicissimus, quoniam est status omnium bonorum aggregatione perfectus, quem quis adeptus, nihil ulterius desiderare queat, erit in intellectu cognitio tanta quanta maxima esse potest, in voluntate justitia & sanctitas perfecta; in appetitu gaudium gloriosum & lætitia exuperans omnem intellectuonem, in corpore immortalitas gloria. Huic vitæ opponitur *mors æterna*, non quæ longissimi temporis cruciatibus consumat aut extinguat animam, ut voluit Arnob. libr. 2. contra Gentes, in doctrina Christiana nondum satis institutus, sed quæ nihil aliud sit quam ab alienatio à grata & gloria vita Dei; Nam, ut ait Augustinus, *mors animæ* fit quum e. m. deserit Deus; sicut *corporis* quum illud deserit anima. Optimè Laetant. libr. 2. Divinarum Institut. cap. 13. Mortis æterna non ea vis est, inquit, ut iniustas animas extinguat omnino, sed ut puniat in æternum: eam poenam secundam mortem nominamus, & est æterni doloris perpeſſio, vel animarum, pro meritis, ad æterna supplicia, damnatio. Facit Deus Optimus, Maximus, ut eam nunquam περι, sed ογροις tantum cognitam habeamus. AMEN.

IN SECTIONEM XVIII.

Tria sunt quæ ad salutem necessariò concurrunt, Dei misericordia, tanquam causa principalis & ~~πρωτη~~, deinde mors & obedientia Christi tanquam causa salutis meritoria; denique fides, organum & instrumentum, quo ad thronum Divinæ misericordiæ acri peccatorum nostrorum sensu vulnerati configimus, & Christi obedientiam in Evangelio nobis oblatam apprehendimus, eamque nobis applicamus ad salutem & ad vitam. Quare nihil nobis proderit Dei misericordia, quâ Filium suum dedit; nihil nobis proderit mors Christi, quâ justitiae Dei plenissimè satisfactum est, nisi Christum apprehendamus & bonorum ejus siamus participes; hoc autem non sit nisi per fidem; quemadmodum etiam nihil tibi proderit cadus vini plenus si ~~βασιλευεις~~ abscindas, ut inde non liceat haurire. De objecto & fundamento, cui fides innititur dictum est in expositione Symboli Apostolici, ejus nobis est nunc explicanda definitio.

Fidem dicimus firmam ac stabilem cognitionem paternæ erga nos Dei benevolentiae, sicut per Evangelium, Patrem se nobis Christi beneficio,

EXPLICATIO CATECHES.

& Servatorem fore testatur. 1. Dicitur cognitio : cognitio enim in Scripturâ accipitur pro fide, Esaiæ, 53.11. *Servus meus cognitione sui multos justificabit*, Job. 6.29. *Novi Redemptorem meum vivere*, & 1. Johan. 3.2. Scimus fore ut quum ipse patefactus fuerit similes Deo simus, & 2. Cor. 3.18. Nos omnes qui relecta facie gloriam Domini contemplamur, secundum eandem imaginem transformamur : quod ibi cognitio accipiatur pro fide, hâc invictâ & ~~ab artis ratione probatum~~ ratione probatum imus. Hæc cognitio vel est per intellectum evidenter convincitatem, vel ex Dei revelantis & proponentis autoritate ; prius nemo dixerit, quum hæc cognitio sit immane quantum supra rationem omnem; posteriorius ergo verum est, ac proinde cognitio hæc fides est, quum sequatur autoritatem & revelationem Dei *a ^{et} homine*; nam, ut ait Augustinus in lib. de Utilitate credendi cap. 2. *Quod intelligimus, hoc d. b. mens rationi; quod credimus, autoritati.*

2. Habitus, qui per disciplinam ingeneratur, est habitus intellectus ac proinde cognitio ; Omnis enim doctrina & disciplina medium est institutum & ordinatum ad augendum & locupletandum cognitione intellectum : sed fides ingeneratur per disciplinam ut disertè docet Christus, Johan. 6. 45. *Quisquis audivit a Patre, & didicit, venit ad me.* Venire ad Christum, est credere in Christum; qui didicit, ergo credit, & ita fides per disciplinam insinuat se in intellectum : ideo fideles omnes eo in loco vocantur *christiani*. Adde, quod auditus est sensus disciplinæ : at fides est ex auditu, Rom. 10.17. Ergo ingeneratur per disciplinam, ac proinde est habitus intellectus, & per consequens cognitio. 3. Omnis actus vel habitus apprehendens veritatem, est cognitio intellectus, quoniam objectum intellectus est verum, ut objectum voluntatis est bonum : at per fidem apprehendimus veritatem; sic 2. Thessal. 2. 12. damnantur qui non crediderunt Veritati, & ejusdem capit. v. 13. nominatur sanctificatio spiritus, & fides habita veritati. Et sanè, quum *τιστί* sit *λόγος την ιδέαν*, persuasus fuit, ut notauit Budæus, magnum Græciæ lumen, *Credere nihil aliud est, quam persuasum esse de veritate alicuius rei.*

Quum autem fidem cognitionem dicimus, non dubiam intelligimus & versatilem, sed firmam, certamque. Certitudo autem duplex est, objecti una, sive rei cognitæ; altera vero subjecti, sive hominis cognoscentis; certitudo rei cognitæ est certa & immutabilis, quæ aliter se habere non potest veritas, quod bifariam contingit, vel ob internam terminorum *χειρ* & habitudinem. ut, Deus est justus, omne corpus est finitum; vel ex determinatione Divinæ voluntatis, ut futura est corporum resurrectio. Certitudo autem subjecti seu hominis cognoscentis, nihil aliud est quam firmitas quædam assensus, excludens omnem ab animo trepidationem, & dubitationem omnem eximens; (cui opponitur *τριπλας* & *duplicata* Academicorum) cuius quidem triplex potest esse causa; aut enim per sensus, aut per rationem, aut per revelationem Spiritus S. nobis ingeneratur, prima dicitur *certitudo*, altera *scientia*, tercia vero *fides*.

Fides utramque certitudinem amplectitur, & quidem certitudinem objecti, sive rerum quas fides apprehendit; quia fides non nititur nisi

verbo.

verbo Dei, quod, quum sit à Deo profectum, qui est ipsamet Veritas, nihil potest habere falsitatis admixtum. Certitudinem quoque subjecti sive hominis cognoscentis in se fides includit : hæsitatio enim & fides sibi non opponuntur. Et 1. Matth.14.31. Ολιγόπτερος τι είδε τα ουρανά. Autem Grecis dicuntur illi, quorum animus ita fluctuat ut nunc huc, nunc illuc rapiatur; hæc autem hæsitatio quum adscribatur & defectui fidei, fidei ex diametro adversatur : fidei quoque opponitur dubitario, Matth.21.21. Si fidem habueritis, & non addubitaveris, & Jac.1.6. postulet cum fide, nihil addubitans. 2. προφεία adscribitur fidei, Heb.10.22. accedamus ἡμεροφορίᾳ της ετούτης, & Rom.4.21. dicitur Abrahamus fide πληρωμήσις : significat autem πληροφορία plenam, ut ita dicam, certiorationem, ita ut nullus sit ambigendi locus, quod etiam Hebrææ nomenclatura egregiè respondet; fides enim dicitur πληρωμή, quæ vox significat firmatatem & certitudinem, hinc sit, ut Exod.17.12. manus Mosis, cùm eas suffulcerent Aaron & Hur dicuntur fuisse πληρωμή, Græci vertunt εἰσελιθερία, in 2.Petr.1.12. fideles dicuntur εἰσελιθεροὶ εἰς τὴν πληρωμήν δικαιοία.

Nec solum fides est cognitio firma certaque; sed etiam persuasio paternæ Dei erga nos benevolentia, quo designatur objectum fidei. Est autem adæquatum fidei objectum verbum Dei, fides est ex auditu, auditus autem per verbum Dei, Rom.10.17. Verbum autem Dei, vel versatur in narrando, vel in promittendo inde oritur distinctio fidei historicæ & justificantis. Si Deo narranti credimus, fides est historicæ; si promittenti, fides est justificans & salvifica. Ergo promissio gratiæ & misericordiæ Dei erga nos, est principale & præcipuum fidei objectum, quod nobis persuadet mutua promissionis & fidei relatio; sic Rom.4.20. dicitur Abrahamus ad Dei promissionem sese corroborasse fide, & Gal.3.14. dicimus accipere promissionem Spiritus per fidem; sic Evangelium, quod continet gratuitas salutis promissiones, dicitur potentia Dei ad salutem cuivis credenti, Rom.1.16. & Evangelium dicitur Verbum fiduci, Rom.10.8. Ergo fides non nititur nisi gratiosa salutis promissione propter Christum.

Quia vero Dei promissio est promissio gratiæ ac misericordiæ Divinæ, qui fidem definiunt, certam firmamque persuasionem de divinæ promissionis veritate, perinde faciunt ac si eam definirent certam firmamque Divinæ erga nos misericordiæ persuasionem, & hoc est proprium ac præcipuum fidei objectum, specialis scilicet Dei erga nos misericordia in Christo, quod tamen Bellarminus συντεχνεῖ, lib.1. de justificatione cap.8. At nos invictis rationibus imus probatum. 1. Fides dicitur Hebr.11.1. ἵνα εἰπέτειν τὴν ἀπόγουνταν certa rerum qua sperantur expectatio; quæ sunt autem illa quæ sperantur, certè quicunque sperat, sperat se compotem futurum vitæ & salutis æternæ ex speciali Dei misericordia, quum autem quæ sperantur, credantur; sequitur, fidelem esse certo persuasum se vitâ æternâ potiturum per specialem Dei misericordiam. 2. In omnibus Scripturæ locis, ubi mentio fit veræ fidei, ejus objectum est specialis Dei misericordia, vel quod perinde est, bonum aliquod ex

speciali Dei misericordia, obtainendum. Rom. 4.20. dicitur *Abrahamus ad Dei promissionem non addubitasse diffidentiam, sed fide fuisse corroboratum.* Hic fides non potest non significare firmissimam persuasionem, quâ certus fuit Abrahamus, se ex speciali Dei misericordia accepturum quod sibi fuerat promissum. 3. Matth. 9. 22. Christus hæmorrhœus dicebat, *Confide, filia, fidem tuam et salvam fecit.* Quænam fuit illa fides? nisi ea quâ certò persuadebatur se sanatam iri ex speciali Dei misericordia: dicebat enim, si tetigero vestimentum ejus servabor. Quod habetur Marc. 11. 24. eximit omnem dubitationem, *Quocunque precantis petitis, credite vos accepturos.* Quid hoc est, credite vos accepturos? nisi, certò estote persuasi vos ex speciali Dei misericordia impetraturos quidquid postulatis. Nititur hæc fides speciali Dei misericordia.

Sed & rationibus idem evincitur. 1. Ea fides quæ affert pacem & *agape* conscientię, est certa de Dei erga nos amore ac misericordia persuasionis; quia quum anxietates & terrores conscientiarum nascantur ex ira Divinæ apprehensione, ejusque justitiae severissimæ; pax & tranquillitas conscientiarum non oritur nisi ex Dei erga nos amore, Deique nobis reconciliati persuasione: fides autem vera pacem & tranquillitatem ingenerat conscientiis, *Fidei justificati pacem habemus erga Deum.* Rom. 5.1. Consistit ergo fides in sensu Divini amoris, & Dei erga nos misericordia persuasione. 2. Libertas & *ταπεινία* intrepidè Deum adeundi, non provenit nisi ex cognitione Divini erga nos amoris: nos enim miseri homunciones, peccatores, sceleribus cooperti, quomodo Deum, severissimum judicem & acerrimum vindicem peccati, possumus adire cum fiduciâ, nisi certò persuasi simus Deum nobis esse propitium & favorabilem in Christo? Hæc autem libertas, hæc fiducia nascitur ex fide, *In quo habemus libertatem & aditum cum fiduciâ per fidem ipsius,* Ephes. 3.12. unde sequitur *eu nōn wālēs fidem esse persuasionem illam de Divino e g̃a nos amore & misericordia.*

Hæc est veræ fidei natura, quam tamen Doctores nostri variè definiunt, alii cognitionem, alii assensum, alii verò persuasionem nuncuparunt, sed hoc est dissidium verborum potius quâ sententiarum, sive enim cognitionem dicas, sive assensum, sive persuasionem, perinde est. Calvinus & hic & Institut. lib. 3. cap. 2. §. 7. 8. definit eam *Certam ac stabilem paternæ Dei erga nos benevolentiae cognitionem.* Musculus in Loco Communi de fide §. 1. fidem definit *Constantem assensum cordis ad ea quæ narrantur vel pronuntiuntur verbo.* Martyr Locorum Communium Classe 3. capit. 4. §. 3. definit eam *Certum firmumq; animi assensum verbis Dei. à Spiritu Divino afflatum ad salutem credentium.* Beza persuasionem definit, in cap. 1. ad Rom. 4. 17. fidem, inquit, de quâ hic queritur, *esse definimus, firmam illam & constantem animi persuationem,* qua certus est apud se unusquisque fidelium, non modò verum esse in genere Verbum Dei, ac proinde promises de gratuitate per Christum reconciliatione: sed etiam istas ad se propriè pertinere credit. Bucerus in cap. 8. Matth. §. 10. Hanc, inquit, *Hebreis ἡμῶν, Graci nis, vocarunt, quorum commoda atque apposite appellationi, si, ut est, responderet.*

respondere velimus, nullo id alio significantius vocabulo quam persuasionis praestabimus. Et paulo post, Fides est constans firmaq; animi per Spiritum Sanctum de Dei bonitate ac promissis persuasio. Zanchius, de operibus Redempt. libr. I. c. 12. thes. I. fidem dicit esse persuasionem seu vim quam persuasi sumus de veritate Verbi in sacris Literis propositi. Perkinsius armillæ aureæ cap. 36. Suminus gradus fidei, inquit, est ~~pietas~~ fides in misericordia, qua non solum est vera ac certa, sed etiam plena persuasio cordis, qua statuit Christianus Deum amare se. Si quereras Annon fides sit fiducia? Respondeo, fiduciam quidem indissolubili nexu cum fide cohærente; non tamen, si propriè loquamur, esse fidem, sed effectum necessario quodam partu à fide pullulanterem. I. Hoc ita definitum est in Catechismi Sect. 2. in quâ hæc leguntur verba, Fiducie in Deo collocanda fundamentum ac principium est cum in Christo novisse; cognoscere Deum in Christo fides est; unde fit ut fides sit fundamentum ac principium fiduciae, non igitur ipsa fiducia. Deinde, Scriptura fiduciam à fide distinguit, ut effectum à causa, Ephes. 3. 12. In quo libertatem habemus cum fiduciâ per fidem ipsius. Sic locum istum intellexit Calvinus in tractatu de Ecclesiæ reformatione pag. 310. ex fide, inquit, gigni Divini in nos amoris fiduciam, vel unus locus abunde testatur, Ephes. 3. 12. Beza in hunc locum, ex hoc loco, inquit, apparet manifestè ~~in~~ id est, fiduciam à fide ut effectum à causa differre, ac proinde à nonnullis perperam pro fide substitui nomen fiduciae, quamvis ista duo semper cohaerant. Martyr libro 3. cap. 3. Locorum Communium §. 29. Apostolus, inquit, ad Eph. 3. scribit, nos habere accessum in fiducia, qua est per fidem, hēc rursus vides fiduciam qua est spes à fide nasci. Sed & ratio idem evincit; idē enim Deo fidimus, quia certò persuasi sumus de potentia, bonitate Dei, ejusque erga nos amore, ut dictum est sectione secunda hujus Catechismi: hæc autem persuasio fides est; unde fit ut fiducia fidem consequatur, quæ est sententia authorum magni nominis in Ecclesia. Beza in cap. I. §. 29. Epist. ad Philipp. Non his assentior, inquit, qui fidem qua credimus vera esse Dei missa, & ea nobis applicamus cum ~~in~~ id est, cum confidentia confundunt, quum hac ex illa nascatur. In capit. 10. Rom. V. 11. videtur, inquit Erasmus, non satis propriè convertisse i. m. & v. 17' aut', qui o. usitilli, quum à fide confidentiam, ut à causa effectum distinguere oporteat. Martyr in Locis Communibus, Class. 3. cap. 4. part. 5. Fidem, inquit, intelligimus firmum illum assensum, qui tantum sit virium ac efficacia, ut secum trahat effectum fiducie, spes, charitatem. Fayus, in thesibus Genevæ disputatis, disputatione de fide justificante thesi 20. libertas, inquit, per quam faciliter pateret Deum accessum, & fiducia per quam clamamus Abba pater, sunt effecta fidei.

Dices, At multi secūs sentiunt, & fidem vocant fiduciam. Non inficias eo, sed respondeat pro nobis Martyr Loc. Commun. Class. 3. §. 6. quid aliud, inquit, sibi vult Philippus. aliq; sive Doctores quum fidem appellant fiduciam, nisi eam non esse mortuam, non humanam persuasionem, sed tam vehementem assensum ut fiduciam habeat quam intimam & conjunctissimam. Imò multi sunt qui fidem appellantis fiduciam, per fiduciam non intelligent nisi persuasionem. Zanchius, de operibus Redempt. I. I. c. 3. & quid est fiducia? certissima persuasio de veritate promissionum Dei. Illi nos sumus ἐποψίαι, ei que nostrum accommodamus assensum.

Hæc cognitio neque suggeritur per principia nobis connaturalia, neque sese insinuat per naturæ contemplationem, sed Spiritus Sancti revelatione nobis ingeneratur; excedit enim omnem naturæ humanae captum, ita ut ne subtilissimi quidem mortalium ea capere naturaliter possint, quæ fides apprehendit. 1. Ea vocantur *in spiritu sancto*, 1. Corint. 2. 10. quæ igitur mentis acies ea penetrare possit, nisi Spiritus Dei, per quem docemur abditissima quæque? 2. Vocantur *in spiritu hominis*. At quem admodum nemo novit ea quæ sunt homini, nisi spiritus hominis, qui est in eis? nemo nevit ea quæ sunt Dei, nisi Spiritus Dei ea cordibus nostris revelans, ut dicitur 2. Corint. 4. 6. Deus igitur, qui splenduit in cordibus nostris, ad prebendum lumen cognitionis gloriae Dei. 3. Doctrina cœlestis vocatur *Mystrium*, Matth. 13. 11. & 2. Cor. 2. 7. at, sive *mysterium* sit vox origine Graeca μυστήριον quod est arcana doctrinam tradere, sive sit origine Hebreæ à Radice στόχος occultare, inde στόχος secretum, cùm voce denotat Scriptura Religionis arcana dogmata esse, & à communione hominum captu quam remotissima, ut absque Spiritu Sancti revelatione non possint nobis innotescere, *Loquitur Sapientiam, lat. item in mysterio id est, occultam, eam autem Deus nobis revelavit per Spiritum suum*, 1. Cor. 2. 9. 7. 10. Nemo novit Patrem nisi Filius & cuicunque voluerit Filius revelare, Matth. 11. 27. 3. Quemadmodum ad videndum duo necessaria sunt, lumen, colores illustrans, & facultas videndi, oculis indita: Sic ad cognoscenda fidei mysteria requiritur. 1. Lumen Evangelii ea nobis extrinsecus proponentis; deinde facultas intellectus, qua reddatur capax ad ea percipienda; hæc autem non est nisi à Spiritu Sancti illuminatione; omnes enim homines natura cæci sunt, solus Deus Spiritu suo auferit cæcitatem & visum restituit; Sic dicitur *Splendescere in cordibus nostris*, 2. Corinth. 4. 6. dicitur *adaperuisse cor Lydia ut attenderet ad ea quæ dicebantur à Paulo*, Act. 16. 14. Mentes discipulorum aperuisse ut intelligerent Scripturas, Luc. 24. 45. Sic David postulat à Deo *Sibi regi oculos ut mirabilia Legis consideraret*, Ps. 119. 18. Et Apostolus Deum orat ut Ephesii det mentis oculos illuminatos, Ephes. 1. 18. Quare quum Petrus edidisset hanc præclaram fidei confessionem, *Tu es Christus, Filius Dei vivens*; Christus ei respondit, *Caro & sanguis haec tibi non revelarunt, sed Pater meus qui est in celis*, Matth. 16. 16. Ideò fides dicitur *donum Dei*, Eph. 2. 8. & Philip. 1. 29.

Præcipuus & principalis effectus fidei, est nostri coram Deo justificatio. *Iustificatio* hinc non significat realem & physicam subjecti mutationem, id est, infusionem aliquam iustitiae ut sibi Pontifici persuadent, apud Bellarm. lib. 2. de Justif. capp. 2. & 3. Nos autem contendimus significationem vocis *justificare*, manare ab affectione idiomaticis Hebrei: Verbum autem Hebraicum יְמִתָּן quintæ conjugationis, non significat infusionem iustitiae, sed ex usu forensi absolutionem, oppositam condemnationi. 1. *Iustificatio* dicitur de Deo, & tunc non significat realem subjecti mutationem, sic Lucæ 7. 29. publicani dicuntur *Deum iustificasse*, id est, iustum, bonum & fidelem agnoscere & prædicasse, Matth. 11. 9. dicitur *Sapientia à filio suis iustificata*, id est, agnita & debito honore affecta, Rom.

3. v. 4. dicitur: Deus In sermonibus sui justificari, id est, ejus bonitas & fides in præstandis promissis constare & elucere.

Quoniam justificatio dicitur de homine, habet etiam forensem usum & significat, justum pronuntiare vel absolvere. Sic 2. Sam. 15. 4. Utinam me confiruerent Regem, ut ad me veniret cuiuscunq[ue] lis est, & causa. & justificarem ipsum; id est, justum pronuntiarem, vel dicarem sententiam absolutionis, & Deut. 25. 1. Si fuerit controversia inter aliquos, id est quod accesserint in judicium ut judices sententiam ferant, justificabunt justum & condemnabunt impium. Nemo est adeo sui juris & sententiae qui non fateatur justificare hoc in loco significare, pronuntiare sententiam absolutionis: Sed disertissimus est locus qui habetur Prover. 17. 15. Qui justificat impium & damnat justum abominatio est apud Deum. Atqui Deus impium justificat, ad Rom. 4. 3. Respondeo, duplicem esse judicem noster auctor, iudiciorum, sive supremum & subalternum: ille non est adstrictus Legi, hic Legi est adstrictus: ille potest absolvere impium, quia est supra Legem, hic non potest, quia debet judicare secundum Legem cui est obligatus: Deus est supremus Iudex. Qui justificat impium abominatio est apud Deum: Si justificatio significaret realem justitiae infinitatem, cur si ingeretur maledictio in eum qui hominem injustum justum faceret & pium? Sensus igitur est, eum esse Deo abominabilem, qui reum, criminis alicujus convictum, absolvit ac si justus esset & innocens, quod adeo perspicuum est, ut Bellarm. vel invitum traxerit in assensum, lib. 1. de Justificatione cap. 1. Accipitur justificatio pro declaratione justitia modo quodam forensi, ut ille dicatur justificari, qui quamvis esset ab accusatore factus reus, a judice per sententiam declaratur justus & absolvitur. Sic utitur hac voce Salomon, Prover. 17. Eadem est ejus vocis significatio in Novo Testamento, opponitur enim condemnationi, Deus est qui justificat quis condemnabit? Rom. 8. 33. Ut ergo condemnare nihil aliud est quam addicere aliquem poenis; sic justificare hominem, nihil aliud est, quam eum absolvere & liberare a poenis in Dei iudicio; & hominem justificari coram Deo, est eum reputari justum, haberi & tractari in Dei iudicio ac si justus esset, & quia justum hominem lex poenis nunquam addicit, sed eum adjudicat vitæ; id est justificari hominem coram Deo, est absolvi & liberari ab omni pena, cumque adjudicare vitæ æternæ.

In omni autem processu judiciali hæc veniant consideranda. 1. Iudex qui justificat, 2. Is qui justificandus est. 3. Id quo, vel per quod justificatur. 4. Id propter quod absolvitur & justificatur. Iudex Deus est quis intentabit crimina adversus electos Dei? Deus, est qui justificat, Rom. 8. 33. Justificandus est homo, homo, inquam, non ut operibus justitiae defunctus, sed ut peccator & impius, credens tamen; ei autem qui non operatur, sed credit in eum qui justificat impium, Rom. 4. 5. Id per quod justificamur non est justitia sed gratia; non justitia quæ reddit unicuique quod suum est & ei debetur, homini autem impio seu peccatori mors debetur, peccati stipendium mors est, Rom. 6. 23. non enim ei debetur liberatio à morte, si liberetur enim à morte vitæque adjudicetur, non est extirpatione, sed

XII. non ex debito, sed ex gratia; gratis justificamur per gratiam ipsius, Rom. 3.23. justificati gratia ejus, heredes sumus secundum spem vitæ aeternæ, Tit. 3.7. Denique, id propter quod justificamur, id est, liberamur & absolvimur à morte, & acceptamur ad vitam aeternam, non est justitia nostra, qui enim justificatur, peccator est & impius, quomodo ergo propter justitiae suæ perfectio- nem aeternæ vitæ potest adjudicari? Adde quod, justificari propter justitiam nostram, & justificari per gratiam & misericordiam Dei, sunt opposita: oppo- nuntur Dan. 9.18. deprecamur te, non propter ullam justitiam nostram: sed propter miserationes tuas amplissimas; opponuntur Tit. 3.5. Salvos nos fecit, non propter opera justitiae, qua ficerimus; sed per misericordiam suam. Deus autem throno insidens gratiae & misericordiae suæ justificat nos; non igitur propter justitias nostras, hoc est, quod ait Scriptura nos non ex operibus justificari. Su- pererexit igitur ut propter Christi obedientiam, quæ nobis offertur in Eu- gelio, & quam nos acceptamus per fidem, justificemur coram Deo. Sic, justissimus per obedientiam unius, nempe, Christi, Rom. 5.19. Sic, sanguine Christi justificamur, eisdem cap. v. 9. per sanguinem Christi mors ejus intelligitur, per mortem autem ejus obedientia, cuius mors est ultimus actus & ulti- mum complementum: quia verò hanc obedientiam fide apprehendimus, ideo Scriptura ait, nos fide justificari, tanquam unico justitiae Christi appre- hendendæ instrumento, scientes non justificari hominem operibus Legis, sed per fi- dem Iesu Christi, Gal. 3.16.

IN SECTIONEM XIX.

DAvid, in vitæ sanctitate, in cordis puritate, nulli mortalium secun- dus, in opera sua diligenter, ut par est, inquirens Deum ita depre- cabatur, Psalm. 143.2. Ne intres in judicium cum servo tuo, quia non justificabitur in confessu tuo omnis vivens, & Augustinus libr. 9. confess. cap. 13. Va omni homi- num vite, quantumvis laudabilis, si remotâ misericordia judicetur. Si sancti Dei ho- mines infirmitatis suæ probè consciî, propriè justitiae diffidentes, seve- risimum Dei thronum declinantes, ad thronum gratiae & misericordiae confugerunt, quis erit audaciæ tam projectæ, conscientiæ tam stupentis & audacius, qui, justitiâ suâ fretus, coram tribunal Divinæ justitiae con- demnationis securus, comparere audeat? Ideo Scriptura, ad superbiam hominis dejiciendam, justificationis nostræ coram Deo laudem adimit operibus, tam ante, quam post fidem factis. De operibus factis ante fidem & regenerationis gratiam agitur hoc in loco.

Nulla hominum opera, quæ sunt antequam Dei gratiâ refingantur & innoventur, possunt nobis Dei gratiam & favorem conciliare; quia sunt omnia peccata. Ad bonum opus triplex requiritur *bonitas*, *bonitas objecti*, *bonitas interni principii*, & *bonitas finis*: *bonitas objecti*, ut id fiat quod Deus præcepit esse faciendum, ut erogare eleemosynam pauperi- bus: *bonitas interni principii*, ut id fiat ex interna cordis puritate, *Lex enim*

enim est spiritualis, Rom. 7. 14. quia purum & sincerum exigit cordis affectum : hæc autem cordis puritas consistit, 1. in fide, fide enim purificantur corda, Acto. 15. 9. Et quicquid factum est absque fide, peccatum est, Roman. 14. 23. August. in præf. ad Psalm. 131. Ea ipsa opera qua dicuntur ante fidem, quamvis videantur hominibus laudabilia, in anima sunt ; ita mihi videntur esse ut magna vires & cursus celerrimus prater viam ; nemo ergo computet sua opera ante fidem : ubi fides non erat, bonum opus non erat. bonum enim opus intentio facit, intentionem fides dirigit, 2. consistit puritas cordis in charitate, charitas enim est amor Dei & proximi, vera iustitia & sanctitas, quam lex depositit ; absque justitiâ autem & sanctitate, nulla ne concipi quidem potest cordis puritas, & ita absque charitate nullum bonum opus ; Finis legis est charitas ex corde puro, 1. Tim. 1. 5. Charitas est adimplatio legis, Rom. 13. 10. Augustin. de litera & spiritu cap. 10. Non est, inquit, fructus bonus qui de charitatibus radice non surgit. 3. requiritur etiam bonitas finis ; actiones enim speciem sortiuntur à fine, & finis est principium actionum humanarum : August. libr. 4. in Julianum capit. 3. Noveris non officiis, sed finibus, à virtutis discernendas esse virtutes : Officium est quod faciendum est, finis autem id propter quod faciendum est ; quem itaque homo aliquid, ubi peccare non videtur, si non propter hoc facit, propter quod facere debet, peccare convincitur : finis autem ad quem omnia referenda sunt, Deus est, Omnia facite in Deo gloriam, 1. Corinth. 10. 3. Omnia igitur opera si non referantur ad Deum, certum est vera esse peccata. At in operibus factis ante fidem & gratiam regenerationis reperi quidem potest aliqua bonitas objecti ; nam etiam Gentes faciunt ~~in~~ ⁱⁿ ~~opus~~ ^{opus}, Rom. 2. 14. sed ab est bonitas finis & bonitas interni principii, puritas scilicet cordis, quæ in fide & charitate consistit, sunt igitur virtuosa ; Deinde, mala arbor non potest facere nisi malos fructus, Matth. 7. 18. Infidelis autem antequam Christo per fidem inseratur, ejusque Spiritu immutetur, siatque nova creatura, est arbor mala ; quare non potest facere nisi malos fructus, audiatur August. lib. 4. contra Julianum cap. 3. Si Gentilis, inquit, qui non vivit ex fide, nudum operuerit, periclitantem liberarit, agri vulnera soverit : quare ab te, Vtrum hac opera bona bene faciat, an male ? Si enim quamvis bona, male tamen facit, negare non potes eum peccare qui quolibet male fecit ; & quia non vis eum, quem facit ista, peccare ; profecto es dicturus & bona facit & bene, fructus ergo bonos mala fert arbor, quod fieri non posse dicit Veritas.

Inde deducitur hoc ~~in~~ ^{de} sua, Nos non posse Deum prævenire operibus nostris, aut nobis posse conciliare Dei gratiam & favorem ; nulla enim est qualitas, nullus motus, nulla ne minima quidem ~~de~~ ^{de} bona & laudabilis, quæ non sit à gratia Dei : Probatur 1. Joh. 15. 5. Seorsim à me nihil potestis facere : quem locum sic expendit Augustinus lib. 2. ad Bonifacium cap. 8. Non ait, sine me nihil potestis perficere, sed facere, hoc uno verbo initium finemq; comprehendit. 2. Quis te discernit ? quid habes quod non acceperis ? 1. Corinth. 4. 7. non acceperis, inquam, non ex natura, sed ex regenerationis gratia. Denique, ubi iste bonus & laudabilis motus, qui Dei gratiam & favorem nobis conciliat ? Non in intellectu, quia intelligere est à Deo, non sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis, sed omnia

EXPLICATIO CATECHES.

*nostra sufficientia est ex Deo, 2. Corinth. 3. 5. non in voluntate, nullus enim est
ad eum debilis voluntatis nostrae actus, qui non sit à Dei gratia, dicente
Apostolo, Deus efficaciter facit in nobis velle & operari, Philip. 2. 13.*

Inde etiam deducitur & illud, quod Orthodoxa Antiquitas adversus Pelagium ex Dei verbo definivit, secundum meritam gratiam non dari : Si enim quicquid est in homine boni, totum divinæ gratiae sit in solidum adscribendum ; sequitur nihil posse hominem facere quod Dei gratiam promereatur aut benevolentiam ejus erga se provocet aut inviteret. Veteres, quum meritum omne excludunt, quod sit gratiae divinæ, ut ita loquar, provocativum ; & meritum condignum, ut Sophistæ garriunt, & congruum excludunt, quod eriam ipse Bellarm. lib. 6. de gratia & libero arbitrio cap. 5. confitetur ; ait enim hominem non modò non posse ita se præparare, ut ex condigno gratia illi conferatur, sed neque ex congruo, ac demum nihil agere posse, cuius causâ Deus illi gratiam dare dicatur. Si dices, quod faciunt hodierū Novatores, *In homine ante regenerationis gratiam reperiri dolorem offensi Numinis, desiderium gratiae & preces.* Resp. hæc gratiam Dei hominem convertentis non antecedere; sed vel eam consequi ut fructus illius, vel inchoare, ut initia salutaria : dolor offensi Numinis, qui conscientiam vulnerat acri sensu, non tam propter metum poenæ (hic enim est dolor mundi, certissimum ad desperationem iter & atrium inferorum) sed propter offensum tam clementem ac misericordem Patrem, est dolor secundum Deum, estque proprius credentium, 2. Corinth. 7. 10. desiderium ardens gratiae, id est, famæ & sitis justitiae, fides est initialis, ejusque aliquando inchoamentum : nam qui gratiam Dei tam ardenter sicut, eam accedit, & leviterque degustavit ; preces etiam, ut Deo gratiae sint & acceptæ, debent ex fide proficiisci, idcirco vocantur oratio fidei, Jac. 5. 15. & à Spiritu Deo formari, qui *Spiritus precum* ideo vocatur, Zach. 12. 10.

Necesse est igitur ut Deus merâ suâ misericordiâ, nulloque operum respectu, gratis, benevolentiâ suâ nos complectatur in Christo, *Nos gratiis
sibi acceptos officiat in illo dilecto*, Ephes. 1. Quos prænovit eos prædestinavit, Rom. 8. id est, quos ab æterno dilexit & gratuito favore complexus est : Est enim expendenda vis præpositionis *in* in verbo *προνοια*, significat enim Deum dilexisse nos ante ullam alicujus bonæ qualitatîs prævisionem ; est enim hic amor antecedens seu benevolentiae, à quo quicquid est boni in homine, totum emanat, & hæc est differentia inter Dei & hominis voluntatem; voluntas hominis supponit in objecto quod diligit bonitatem aliquam veram aut *φανερων* : Dei vero voluntas non præsupponit in eis quos diligit bonitatem aliquam, sed eam facit ; quod etiam est annotatum à Thoma I. part. 23. art. 5. quos autem Deus gratuito amplectitur amore, eos fide donat, per quam absolvimur & justificamur. Fide autem justificamur, non quia fides sit ea justitia, quam rigido & severo Dei iudicio opponimus, ut ejus dignitate, vi, & merito subsistamus coram Dei tribunalî & acceptemur ad vitam æternam. I. Quia nulla est justitia

Justitia quæ possit opponi severissimo Dñi iudicio & cujus merito adjudicemur vitæ æternæ, quām ea quam Lex postulat à nobis, quum ait, *fac hoc & vives;* sed fides non est ea justitia; hæc siquidem justitia est omnium virtutum complementum. At fides est virtus quædam particularis, non omnium virtutum complexio. 2. Fides nostra imperfecta est & languida, multis conspersa nævis & infidelitatis conflictata reliquiis, unoquoque fidelium dicente, cum patre pueri *de uxori, & ceteris, Credo, Domine,* sed succurre incredulitati mea. *Marc. 9. 24.* Hac ergo niti non debemus, nec ejus merito putandum est nos obtinere vitam. 3. Fides nec est justitia, nec pars justitiae, sed radix, & principium illius justitiae dat Deus: Fides est organum quo accipimus aliquid à Deo, justitia sita est in amore Dei & proximi, fides autem in persuasione Divini erga nos amoris & ideo in vitâ futurâ, quum justitia fidelium erit perfecta suisque omnibus numeris absoluta, non est it fides illa amplius quâ justificarnur, quum sit *consensu* *rurum qua* *ſtaruntur, Hebr. 11. 1.* fide igitur justificamur, tanquam unico justitiae Christi apprehendenda instrumento; ut enim Deus nobis offert, in Evangelio, Christi obedientiam; sic eam nos acceptamus & recipimus per fidem; & propter illam obedientiam, fide acceptatam, liberamur à morte & vitæ adjudicamur, id est, justificamur coram Deo.

IN SECTIONEM XX.

Vetus verbum est, à Simonide olim, referente Plutarcho, usurpatum, *Omnibus galeritis cristam inesse.* Hoc sibi voluit ille, nullum esse hominis ingenium, cui virtutum aliquid non sit admixtum, ac proinde ut galeritis naturale est habere cristam; sic secundum hominis naturam esse, non carere vitio. Hoc nos scholæ Christi innutriti melius scimus, quām Simonides ille: edocti enim sumus per Verbum Dei, nullum esse hominem, qui non sit labe peccati infectus; nullam virtutem, cui non adhærescat aliquid vitii, nullum opus, quantumvis laudabile, quod non sit impuritate quadam aspersum. Hoc est in hac sectione probandum, unde deducetur, nos etiam post acceptam regenerationis gratiam, fide justificari, non operibus. Opera tamen bona non esse inutilia, nec à fide unquam posse divelli.

I. Omnia Regenitorum opera quadam labe respersa sunt, & propter inherentis nobis vitiositatis reliquias, habent aliquid fæcis admixtum; Duplex enim est bonorum operum perfectio, *Essentialis* una, sine qua non possunt esse opera verè bona. Hæc autem triplex est, bonitas objecti, bonitas finis, bonitas interni principii. Hæc essentialia bonorum operum principia reperiuntur in operibus regenitorum: faciunt enim quod à Deo præcipitur, faciunt in eum finem, eoque animo, quem Deus postulat, charitate scilicet & fide, unde sit, ut sint bona opera. Altera est *Accidentalis*, quæ refertur ad graduum perfectionem, & est, quum sit

id, quod est præscriptum à Deo, sed etiam ex fide perfecta, & ex charitate tanta, quantam Deus exigit à nobis. Hæc accidentalis seu gradualis perfectio non reperitur in operibus fidelium, unde fit, ut non sint perfectè bona; sed carnis adhuc adhærescentis impuritatem sapient, & aliquà peccati labe polluta sint; defectus enim causæ vel principii transmittitur & derivatur in effectum; quoniam effectus semper sapit & redoleat naturam suæ causæ, quum effectus nunquam excedat causæ suæ perfectionem, quod ipse Christus apertè docet, quum ait: *Non potest arbor putris facere bonos fructus*, Matth. 7.18. Vitium enim arboris fructibus adnascitur & adhærescit: Sed regenitorum justitia & sanctitas est inchoata & imperfecta; conflictatur enim veteris hominis, senescentis quidem quotidie, sed nondum planè debellati, carnisque quotidie debilitatæ, nondum tamen prorsus profligatæ, reliquiis, ut fusè probatum est supra sect. 16. Opera igitur eorum, et si bona sint, non tamen sunt perfectè bona: Sed carnis impuritatem & putredinem sapiunt. Notandum est, quoddicatur, Num. 6. Nazarei, qui extraordinariam vitae sanctitatem Deo vovebant, peracto & completo voti sui tempore, tenebantur Deo offerre sacrificium pro peccato; ut sciamus, nullam esse hominum sanctitatem, cui non adhærescant defectus vitiosi, quin expiatione indigent, ut eis Deus ignoscat. Non minùs etiam est notandum, quod dicitur, Malach. 3.17. *Erunt mihi, dicit Dominus, peculium, & parcam ei, sicut parcer pater filio suo qui obsequitur illi*. Denotat, quantumvis Deo tenemur obsequi, indigere tamen nos remissione peccatorum propter defectus & vitia, quæ bonis operibus adhæsent. Opera igitur Renatorum grata sunt & accepta Deo, non propriæ dignitatis merito; propter enim defectus & vitia, quibus polluuntur, repulsa potius digna sunt, quam favore. Sed grata semper sunt per veniam, quam obtinent à clementissimo Patre, atque adeo per & propter Christum, cuius puritate & innocentia teguntur eorum defectus. Opera enim bona Deo placent, sicut personæ: Personæ autem non placent, nisi per fidem Christi, Hebr. 11.6. Deinde, personæ non sunt Deo gratae & acceptae, nisi in Christo & per Christum, nos gratiæ sibi acceptos efficit in illo dilectio, Ephes. 1.6. Sic Hebr. 11.4. dicitur *Abelis sacrificium Deo placuisse per fidem*, id est, propter meritum Christi, Abelis sacrificio significati, & quem fides Abelis venturum complectetur. Et 1. Petr. 2.5. dicuntur *sacrificia nostra spiritualia Deo grata esse per Christum*; quia Christus, merito suo, & fidelibus & eorum operibus gratiam conciliat.

II. Inde colligimus, hominem, etiam regenitum, operibus suis, per gratiam regenerationis factis, non posse justificari coram Doo, 1. Quia Scriptura Abraham jam regeniti operibus admittit justificationis laudem, quum ait, Genes. 15.16. *Creditus Abraham Deo, & imputatum est illi in justitiam*. Paulus autem opponit credens & operans: non operanti, inquit, sed credenti in eum, qui justificat impium, fides imputatur in justitiam. Unde fit, ut si Abraham credendo sit justificatus, non igitur operando; fidei ergo, non au-

tem operibus, etiam ex gratia factis, adscribitur justificatio. 2. Si ex operibus per Legis sententiam damnamur, non igitur ex operibus justificamur & absolvimur. At homines, etiam fideles & regeniti, ex operibus damnantur, per Legis sententiam, quia sunt peccatores; peccatoribus autem Lex denuntiat inexorabilem maledictionem. Non igitur possunt ex operibus suis justificari, sed accipiendo gratis per fidem remissionem peccatorum. 3. Nulla imperfecta justitia, quæque sit rea violatae legis, justificari possumus coram Deo. Hoc enim evertit Legis fundamentum, maledictionem stringentis in omnes, qui eam non præstiterint. Sed justitia operum etiam in regenitis est imperfecta, quoniam illi admiscetur peccatum, quæ est imperfectio quædam: est etiam rea violatae Legis, quia non est sine peccato, quod esse *opus*, id est, *transgressio Legis*, I. Johan. 3.4. Ea igitur nemo potest justificari coram Deo. 4. Hoc est, quod David de se confitetur, Psalm. 143.2. *Ne ingrediaris in judicium cum servo tuo, quia non justificabitur in conspectu tuo ullus vivens.* Ingredi in judicium cum aliquo, est ejus vitam, aut eius opera vocare in judicium, & vel absolutionem pronuntiare propter conformitatem illorum cum lege Divina, vel sententiam condemnationis, si vel tantillum discedat & deflecat à lege Divina. David non vult ita examinari, quia probè noverat se peccatorem esse, ac proinde se non posse absolvī ac justificari, si Deus throno insidens severæ suæ justitiae actiones suas examinet ad Legis suæ rigorem, unde concludendum est, omnes omnium hominum, sanctissimorum etiam, justicias concidere statim, nec ullum eximi posse à condemnatione, nisi Deus, thronum gratiæ & misericordiæ conscendens, nos credentes in Christum sibi reconciliet, gratis remittendo peccata nostra, quod est fide, non operibus, justificari. *Nota.* David erat regenitus, nam se vocat servum Dei. Papistæ dicunt hominem non justificari operibus ceremoniis, sed operibus legis Moralis. At Paulus excludit opera illius legis, quæ pronuntiat maledictionem adversus transgressores. Ergo hæc lex est Moralis. Excludit etiam à justificatione opera illius legis, quæ peccatum cognoscimus, Rom. 3.10. At per legem Moralem peccatum cognoscimus, *Non cognovissem peccatum, nisi lex dixisset. Non concupisces.* Rom. 7.7. Excludit denique opera illius legis, quæ per fidem non aboletur, Rom. 3.30. At lex moralis per fidem non aboletur, Rom. 3.30. sed Ceremonialis tantum aboletur.

III. Et quia opera non concidunt ad nostri justificationem coram Deo, quoniam, ut inquit Augustinus, *Non procedunt justificandum, sed sequuntur justificatum:* non ideo tamen sunt inutilia. 1. Utilia sunt ad Deum glorificandum, eumque gratitudinis ergo honorandum. *Pleni fructuum justitia,* qui sunt per Iesum Christum ad gloriam & laudem Dei, Philipp. 1.11. Utilia sunt ad confirmandam electionem & vocationem nostram. *Studete, ut electionem & vocationem vestram firmam faciatis,* 2. Petr. 1.10. Utilia sunt, ne jus amittamus ad vitam æternam, *Filij sumus, heredes igitur,* Rom. 8.17. Hæreditas autem, quæ nunquam acquiritur obedientiâ, est enim vel jus naturæ:

vel adoptionis , amitti potest rebellione &c inobedientia , filii siquidem rebelles exhæredantur . Si secundum carnem vixeritis , moriemini , Röm.8.13. propter hac venit ira Dei super filios inobedientia . Utilia sunt ad nos in vitam æternam deducendos ; sunt enim , ut loquitur Bernardus , Viaregni , non causaregnandi : Opera bona preparavit Deus ut in eis incedamus . Ephes.2.10. Utilia sunt , ut alii nostro exemplo ad pietatem invitentur , Ut videntes opera nostra glorificent Deum , Matth.5.16. Ut qui non obediunt sermoni per mulierum conversionem absque sermone tueriantur , 1. Petr.3.1. Sed maximè notanda est utilitas , quam Catechista designavit , quia Deus ea amplissimè remuneratur , tum in hac , tum in futura vita : Putas ad omnia ut ille est , habens promissiones hujus & futurae vite , 1. Timoth.4.8. Scientes unumquemque quod fecerit boni , hoc reportatum à Deo , 2. Timoth.4.8. Centuplum accipiet nunc hoc tempore , & in futuro seculo vitam aeternam , Marc.10.30.

Mercedem autem quum audimus bonis operibus à Deo rependi , non est quodd merita crepemus , ex gratuita siquidem misericordia rependitur hæc merces . Est enim merces alia debita , quæ rependit ex meritissimâ gratuita , quæ datur non *κατ' οφελημένον* , sed *κατ' χρέον* . Hoc probatur ex Rom.4.4. ait Apostolus , Operanti mercedem non dari ex gratia , sed ex debito , unde colligitur duplex esse mercedis genus , unum gratuitæ , quæ meritum excludit ; alterum verò debitæ , quam meritum præsupponit . Bellarminus vietus vi & evidentiâ veritatis , ultrò dat manus , lib. 1. de Justificat. cap.21. Mercedem , inquit , quandam esse dicimus ex congruo , quæ magis debeatur ex gratia , quam ex justitia : Nam ipse etiam Apostolus , Rom.4. Ei qui operatur , merces non imputatur secundum gratiam , sed secundum debitum : Satis aperte indicat , esse quandam mercedem , quæ imputatur secundum gratiam , non secundum meritum . Deinde quum paterfamilias , Matth.20. omnibus operariis mercedem vesperi rependit ; etiam iis quos ultimâ horâ diei miserat in vineæ suæ culturam , hanc mercedem fuisse gratuitam , & ex mera liberalitate testatur ipse Dominus ad compescendas effrænes murmurantium linguas , ait enim , Annon mihi licet facere quod volo in meis ? i. Annon possum esse liberalis de meo , quod etiam fatetur Bellarmin . lib. 5. de Justificat. cap.19. In parabolæ vineæ , inquit , manifestè videmus multis dari integrum diurnum denarium , quum tamen non integrum diem posuissent in opere , atque id non ex justitia , sed ex liberalitate factum esse indicat Dominus illius verbum : Annon licet mihi facere quod volo in meis quæ omnia ostendunt , aliquod esse mercedis gratuitæ genus . Vita autem æterna , quum dicitur merces , intelligitur gratuita , 1. quia vita æterna dicitur gratuitum donum . Rom.4.23. & dicitur merces ; ut ergo haec duo concilientur dicendum est , mercedem esse gratuitam . 2. Coloss.3. 24. dicitur merces hæreditatis ; quum autem hæreditas , quæ filii advenit adoptionis gratuitæ jure , sit merè gratuita ; ut colligitur ex Ephes.1.5. & Gal.3.18. quum dicitur merces hæreditatis , necessariò gratuita merces est intelligenda .

IV. Neque putandum est , et si justificemur fide , non operibus , opera à fide posse re ipsa separari , quum sit individuus & indissolubilis operum

& fidei nexus. 1. Quum gratuitæ Evangelii promissiones apprehenduntur, tunc res promissa præstatur. At fides apprehendit Evangelii promissiones, quarum una est promissio gratiæ Spiritus Sancti, quâ in vita novitatem regeneremur, *Ponam Spiritum meum in robo & efficiam, ut in preceptis meis ambulet.* Ezech. 36.27. Ergo per veram fidem adimpletur hæc promissio, & ita fides non separatur a Spiritu Sancti gratia, quâ in Dei mandatis incedimus, ac proinde neque ab operibus. 2. Fides est mortua sine operibus, ut dicitur Jac. 2.17. Sed vera & justificans fides non esse mortua, non est igitur absque operibus. 3. Quicunque Deum verè novit in Christo, is servat ejus mandata: nam qui non servat illa, Deum non verè novit, 1. Johan. 2.4. At qui fidem habet, is Deum verè novit in Christo; fides enim non est nisi vera illa in Christo cognitione; quicunque ergo veram habet fidem, servat ejus mandata, pro modulo scilicet fidei, ac proinde studet bonis operibus. 4. *Fide purificantur corda;* Act. 15.9. Fides igitur nunquam est absque cordis puritate, ac proinde neque absque operibus: Interna enim cordis puritas, principium est, à quo bona opera dimanantur. 5. Per fidem Christus habitat in cordibus nostris, Ephes. 3.17. Quum autem Spiritus Christi à Christo nunquam divellatur, Rom. 8.9. Spiritus Sanctus per fidem habitat in cordibus nostris. Hic autem Spiritus nunquam est otiosus, sed efficax, & ita principium est bonorum operum, Ezech. 36.27. 6. Per fidem vivimus vitam illam spirituali & spiritualem, quæ Christi est intra nos viventis, Galat. 2.20. *Hec autem vita spiritualis in verâ justitiâ & sanctitate consistit;* unde sit, ut fides & inculpatæ vitae sanctitas separari non possint. Denique, *Fides dicitur per charitatem,* 1. Pet. 1.21, efficax, Galat. 5.6. quoniam ex se, tanquam ex radice fundit & progenerat opera caritatis, cuius rei hæc est ratio: Fides est persuasio penitissima, profundissima, efficacissima, de Dei erga nos in Christo amore; inde autem sequitur amor, caritas, bona opera: neque enim potest aliquis persuasus esse à Deo se diligiri, & amorem Dei sentire per Spiritum Sanctum in corde suo effusum, quin Deum mutuo affectu diligat.

Si quereras & scisciteris, qui fieri possit, ut fidei justificemur, non operibus quum fides & opera individuo nexus cohaerant? Respondetur. Quia sola fides viam habet Christi justitiam apprehendendi, & ita nos justificandi coram Deo: quemadmodum etiæ visus & tactus simul sunt, quia tactus est sensus temperamenti, absque quo animal esse non potest, & tamen solus visus colores apprehendit, non tactus: sic fides & bona opera simul sunt, sola tamen fides, non opera, apprehendit paternam in Christo misericordiam, & gratuitas Evangelii promissiones. Sola igitur habet virtutem nos justificandi; Bellarminus tamen homo projectæ audaciæ, libr. 1. de Justificat. cap. 17. negat actum fidei esse recipere Christum, vel gratuitas ejus promissiones, quod tamen disertis Scripturæ testimoniis refellitur, Johan. 1.20. *Quotquot receperunt Christum,* id est, crediderunt in nomen ejus. Ubi, credere in Christum, nihil aliud est, quam cum oblatum recipere, & apprehendere, ut annotarunt in hunc locum è ludo Pontifi-

ciorum, Jansenius, Maldonatus, Gurargentius, Galat. 3.14. Dicimus accipere per fidem promissionem Spiritus : Et Act. 26.18. Remissionem peccatorum accipimus per fidem Iesu Christi. Quid? quod ipse Bellarminus fatetur fidem in assensu positam esse. At ipse Thomas assensum definit determinatam alterius partia contradictionis acceptiōnem, in 3. lib. sentent. distinct. 23. quæst. 3. artic. 2. Fides igitur in recipiendo & apprehendendo consistit. Ex his omnibus elicetur hoc porisma, Fidem, quā credimus, & resipiscētiam, quā sancte justeque vivimus, separari non posse, & ideo hæc duo postulantur ab Euangelio, Credite & resipisciēte, Marc. 1.15.

IN SECTIONEM XXI.

&

Secundam partem cultus Divini.

Summa hominis felicitas unione ejus cum Deo constat: quum autem homo à Deo per peccatum sit ab alienatus, aut oportet hominem esse miserrimum, aut necesse est, ut ad Deum se convertat, & conversus unitur cum Deo: non autem ad Deum sese convertit, nisi per resipiscētiam, consistentem in vera ἀποστολῇ à malo, & vera ἀποστολῇ ad bonum, atque ad eō, ad Deum, qui est summum & incommunicabile bonum. De resipiscētia agitur in hac sectione, postquam in præcedentibus actum est de fide.

Atque hīc solvenda est quæstio, quæ multorum tortit ingenia: An resipiscētia fidem, an verò fides resipiscētiam antecedat? Ut hæc difficultas levetur, tenendum est, vocabulum μετανοίας aliquando significare totam hominis ad Deum conversionem, quæ quum sine fide nunquam sit, quia accidētē ad Deum oportet credere, Heb. 11.6. fides in notionē μετανοίας includitur, & ita nec posterior est, nec anterior. Aliquando verò μετανοία distinguitur à fide, Marc. 1.15. & Act. 20.21. ubi non solum conjungitur cum fide, sed disertè ab ea distinguitur, estque vel dolor à sensu peccati perpetrari conceptus ob pœnæ impendentis metum, qui dicitur λύπη Κόσμου, 2. Corinth. 7. 10. & dicitur συνειδήσεις & κατανοῦσις conscientiæ, eam vulnerans acerrimo sensu, & sic fidem antecedit. Vel est dolor de peccato commissio propter offendit tam clementem, tam misericordem Patrem, qui nobis iræ filiis, & Diabolo mancipatis, immensè suā φιλαθρωπίᾳ Filium suum dedit, & omnia cum eo: qui dicitur λύπη καὶ θλῖψις, loco jam laudato, tunc fidem sequitur quæ est persuasio de Divino erga nos amore.

I. Tria sunt in Scriptura vocabula ad designandam resipiscētiam, μετανοία, μετανοία & ἀποστολή, cui respondet vocabulum Hebraicum מְתַנוֹתָה, Latinè melius dicitur resipiscētia, quam pœnitentia, 1. quia neque Hebreæ neque Græca vocabula aut à pœna deducuntur, aut pœnam aliquam significant, quod facit vocabulum pœnitentiæ. 2. Meritoria,

significat, ex vi usuque vocis, mutationem aliquam, seu mentis, seu affectuum, quam mutationem non designat poenitentia, sed resipiscientia; Est enim *resipiscere*, quasi mentem ab infaniâ recipere & mutare sententiam. Denique, quia Lactantius & Græcè & Latinè doctus *μετανοίας*, vertit resipiscientiam lib.6. Div. instit. cap.24. Graci, inquit, *μετανοίας* dicunt, quam nos Latini possumus resipiscientiam dicere. Definitur resipiscientia, Odium peccati & amor justitiae ex Dei timore profecta, adducens nos ad carnis mortificationem, ut omnes vita nostra actiones ad Divinæ voluntatis obsequium comparemus. Dicitur odium peccati, quia resipiscientia est mutatio quædam in melius, quæ multa in se complectitur, 1. agnitionem peccati, quæ fit per legem, Rom.3.20.

2. agnitionem condemnationis, quæ pronuntiatur in peccatum: *stipendium enim peccati est*, Rom.6.23. 3. improbationem peccati, quæ peccatum fugiendum & detestandum judicamus, quæ mali improbatio conjunctam habet boni oppositi approbationem quæ judicamus bonum nobis esse prosequendum: sed quia mens voluntatem movet & trahit, & immutatio voluntatis seu affectum comes est & affecta immutationis, quæ fit in intellectu: ideo ex hac intellectus mutatione nascitur in affectibus dolor, ex sensu peccati perpetrati conceptus, qui torpentes conscientias vellicat acri morsu. Hic dolor si sit ex sensu mali, quæ malum est, & offendit Dei clementissimi Patris, sitque cum amore Dei conjunctus, est *λύπη τῆς ζειτουργίας*: Si vero sit ex sensu mali, quatenus est conjunctum cum pena inflictâ vel imminente, & conjunctus sit cum horrore Dei, est *λύπη τῆς κούρασης*, & certum ad desperationem iter. Postea sequitur aversio à malo, & conversio ad bonum. Aversio autem est odium, conversio autem est amor. Resipiscientia enim est mutatio quædam. At omnis mutatio naturam & essentiam positam habet inter duos terminos, à quo, & ad quem, quorum uno recedente, subit alter. Hic mutatio est à peccato ad justitiam, à potestate Sathanæ, ad Deum. Terminii illi notantur in Scriptura. Terminus à quo cùm dicitur, *μετανοία ἀπὸ τῆς κακίας*, Act. 8.22. & *ὅτι μὴ ακριβεψάσθαι*, 2.Corinth.12. 21. Terminus ad quem denotatur, cùm dicitur *conversio ad Deum*, Joel.2. 13. Item *μετανοία εἰς ὅπην τῆς δικαίας*, 2.Tim.2.25. & *μετανοία ἡς ζωῆς*, Act.11.18.

Dicitur resipiscientia, ex serio Dei timore profecta, quia et si pavores & terrores conscientiæ Legis prædicatione comitati, per se sint quasi atrium inferorum, & in extremam adigant desperationem, ut videre est in Cain, Achitophele, Juda, & aliis ejusmodi, occasionem tamen præbent veræ conversionis: antequam enim homo convertatur ad Deum, misericordiam ejus implorans, divini judicii metu percellatur necesse est, ut invicta humani cordis contumacia, terroribus velut malleis contundatur. Sic Apostolus in concione apud Athenienses annuncians, *ut homines resipiscant*, judicii divini mentionem injicit, *statuit*, inquit, *Dens diem, quæ justè judicaturus est Orbem terrarum*, Act.17.31. ut scilicet judicii illius tremendi metu perterriti homines, à peccatis suis ad divinæ misericordiæ thronum in Christo *ἰαστριών* constitutum confugerent, & ita converterentur ad Deum.

Verè *penitentiae* sunt, non qui jejunii, *orationis*, *fastigiorum*, *charitate*, *humilitate*, *pacificatione*, & iisq[ue] ejusmodi *reverentiae* sese afflictant. Nec audiendus est LEO X. qui in Bulla *Exurger*, quæ extat in calce Concilii Lateranensis ultimi, impietatis arcessit Lutherum, quod dixerit *optimam penitentiam esse novam vitam*. Sed illi verè resipiscunt, qui odio flagrant peccati cum ferio proposito vitae in melius commutandæ. Ideo additur in definitione resipientiæ; *adducens nos ad veteris hominis mortificationem, noriq[ue] vivificationem*. Mortificatio veteris hominis est actio, quæ virtute Spiritus Sancti peragitur, qua innata peccati corruptio debilitatur & enervatur, donec tandem penitus perinatur. Vivificatio vero hominis est actio, quæ proficiscitur à Spiritu Christi intra nos agentis, naturam nostram sic innovans & immutans, ut pie, sancte, justeque vivamus. Hi duo actus in Scriptura disertè ponuntur: *Ego tibi per Christum deponere veterem hominem & inducere novum*, Ephes. 4.22. Idem depositus Apostolus, Coloss. 3.9. inde sit ut qui verè resipiscunt, peccatis mortui, justitiæ vivant, & Deo reddant, quam ipse postulat, obedientiam.

II. Hæc est secunda pars cultus divini, ut ejus scilicet voluntati obsequamur. Est autem notandum, in Scriptura bifariam dici Dei voluntatem, est enim voluntas præcipiens, & voluntas decernens. *Dicernens*, quæ Deus decernit, ut aliquid fiat, quæ semper suum fortiture eventum, de qua Esæ. 46.10. *Omnis voluntas mea fiet*. Voluntas præcipiens est, qua Deus jubet aliquid fieri, dum creature præscribit officium. Sic dicitur in oratione Dominica, *Fiat voluntas tua*. Illi enim Deo grati sunt & accepti, non qui Dei decreto serviunt inscii, & aliud consilium ineuntes, ut reprobri; sed qui præcipiendi Dei voluntati præbent obsequium, illi dicuntur in Scriptura facere Dei voluntatem, ut Matth. 12. 50. & Matth. 7.21. sic intelligitur in hoc loco Dei voluntas.

Et hic est cultus Deo probatus, non quem sibi confinxerit homo, sed quem Deus ipse nobis imperavit, & hoc tantum Deus depositus à nobis, Deut. 12.18. Non faciet quisque quod in oculis suis rectum videtur, & §. 32. *Quicquid præcepere vobis, ut illud faciatis, obserbatis; nec addes ad illud quicquam, nec minues quicquam ab eo*. Adversus omnem cultum, quem mentis humanæ pruritus & invenit, & invexit, Christus intonat, Matth. cap. 15. §. 9. *Frustrà me colunt, docentes doctrinas, quæ sunt mandata hominum*. Et Apostolus Coloss. 2.23. *damnat omnem iherosolimam, cultum voluntarium &c ab hominibus confitum*. Deus ipse pronuntiat, sibi exolum esse, quicquid in ratione cultus & religionis ergo fit, ab eo non præceptum. Sic ignis alienus à Nadab & Abihu Deo oblatus, rejectus est ab eo, quia non præcepereat eis, Levit. 10.1. Sic maledictio stringitur in Solis Lunæque adoratores, *Quia ego, inquit Dominus, non præcepisti*. Comparilli ratione excidium denuntiatur Israelitis, quod liberos suos traducerent per ignem, in honorem Molochi, *Quod, inquit Dominus, non præcepeream eis*. Jer. 32.35.

III. Hæc præcipiens voluntas, cui præbendum est obsequium, in legge Dei continetur, quæ regula est, à qua ne vel tantillum quidem deflexendum est nobis.

Verum

Verum quidem est, quod ait Apostolus, *Nos non amplius esse sub lege, sed sub gratia*, Rom. 6.14. non sunt fideles sub lege condemnante, terrente miniss. peccatum irritante, & sopitam excitante concupiscentiam, naturæ nostræ iniuritum in majore cum impetu ruentis vicio. Non sunt etiam sub lege, ut est foedus, & promulgata est cum hac formula; *Fas hoc, & vivet, &c.* Maledicibus qui non permaneserit in his omnibus, quasi clamata sit salus nostra, si vel levissimum ejus apicem violaverimus: sumus enim sub gratia, id est, sub foedere gratiæ, remissionem peccatorum & vitam æternam, peccatoribus, creditibus tamen & resipiscientibus, promittente. Sed non est abrogata lex, quatenus est regula vitæ, secundum Dei Spiritum instituendæ, & ut est norma justitiae & sanctitatis. Redempti enim sumus à malædictione mortis æternae, & à servitute peccati, ut servi simus iustitiae, inquit Apostolus Rom. 6.18. Illius autem justitiae regula, ad quam exigere debemus actiones nostras, lex est: audacter loquar, verè tamen, Deum, sicut seipsum abnegare non potest, ita non posse nos exsolvare ab observatione hujus mandati, *Deum amabis, Proximum diliges*, quum ejus *Ἄγαγες* sit contra Dei naturam.

Hæc lex dicitur *Decalogus*. Inditum est illi nomen Decalogo ex Exo. 34. 28. Hæc scriptis Deus in tabulis verba foederis decem. Et Deut. 4.13. ostendit nobis Deus foedus suum, & verba, quæ scriptis in duabus tabulis. Decem verba sunt decem præcepta: vocabulum enim Hebraeum סֵדֶר, præcepta significat: sic Estheræ, 1.12. Renuit Regna venire in verbo Regi, id est, mandato Regis, Deut. 17. Ut discessat observare omnia verba legi hujus: Græci vertunt ἀνταλλακτικα, Hebraice legitur כָּל־דְּבָרִים, &c. Dividitur, Authore Deo, in duas tabulas; Prior præscribit Dei cultum, i. quæ ab homine præstanta sunt, ut Deo debitum exhibeamus honorem; Posterior hominis erga hominem officia complectitur. In priori tabula quatuor in posteriori sex præcepta continentur. Præceptorum alia sunt *jubentia* seu affirmantia, alia vero *negantia* seu vetantia, & in uno quoque præcepto utrumque inest rebus ipsis. Quum enim contrariorum contrariae sint consequentiae, quum imperatur aliquid, contrarium prohibetur, & vice versa, cùm prohibetur aliquid, contrarium jubetur. Sic, Deus, jubens parentes honorare, prohibet ne illis inferatur injuria. Sic, prohibendo adulterium, castitatem præcipit. 2. Omnia præcepta sunt ὑπὸ νομοῦ intelligenda, ita ut sub uno, diserte nominato, reliquæ species sub eodem genere contentæ comprehendantur. Sic, vetando adulterium, omnes extra legitimum conjugium *υπόνοια* & *συμβέβηκαν* prohibentur; & quum prohibetur externa actio, internus animi prohibetur affectus, quia lex est spiritualis, Rom. 7. ut quum prohibetur homicidium, vetatur odium, ira, quæ ebullit & exæstuat in corde. 3. Ex effectus prohibitione colligenda est cause prohibitio, imò omnium, *ταύτην*, id est, eò trahentium: sic prohibita scortatione prohibetur ebrietas, quæ cupiditatem accendit, obsceni sermones, saltationes, luxus, & reliqua scortationis incentiva & irritamenta.



IN SECTIONEM XXII.

Quid dixit Philosophus in Topicis, hominem esse, ζων μητερ φύσις, & Plutarchus in vita Pompei, hominem non esse, αἵματος ζων φύσις, hominem non esse ferum animal, verum quidem est de natura integra, qualis est à Deo per creationem: sed non de natura per peccatum corrupta. Hominem enim peccati corruptio sic efficeravit, ut nullum sit nocentius & fero-
cias animal, ita ut ipse Philosophus disertè pronuntiet problem. sect. 19.
hominem et si sit πάντα μάτια μέτωπον, effe tamen ζων αἵματος αἵματος, ani-
malium omnium iustissimum. Inde natum proverbium: *Homo homini lupus,*
nisi immanis ejus ferocia legibus tanquam injecto fræno cohibeatur, ne
ultra modum exundet. Legum aliae sunt humanæ, quæ ab hominibus,
aliae divinæ, quæ à Deo latæ sunt & sanctæ. Lex divina triplex est, πρώτη, sive Ce-
remonialis, quæ ad Reipublicæ Judaicæ administrationem: *Ιερεῖς*, sive *Moralis*, quæ ad infor-
mandos hominum mores pertinet. *Moralis* est Decalogus, cuius hic expo-
nimus primum præceptum, ad cultum Dei pertinens.

I. Primo Decalogi præcepto præfixa est Præfatio. Seneca non probat Legem cum prologo, quod ea nata sit imperare, non suadere. Deo tamen aliter visum, qui rationibus non dignatur uti, ad commovendos ho-
minum animos, eosq; in voluntarium obsequium flestendos. In hac præ-
fatione tria continentur argumenta, quibus populus Dei attentus & be-
nevolus redditur, eique suadetur obedientia. Primum desumitur à ma-
jestate Dei loquentis: *Ego sum Iehova*. Secundum à Legislatoris φλασθεωτικ; qui populum illum in familiam suam adscivit & cooptavit: *Ego sum Deus tuus*. Tertium à commemoratione recentis beneficij, *Qui te eduxi è terra Aegypti*. Quod attinet igitur ad primum vocabulum, *Iehova* est proprium Dei nomen, quamvis veterum plerique Deum dicunt esse αὐτὸν & αἰτε-
μένους: Hoc enim testatur Deus ipse, Exod. 3. 15. *Ego sum Iehova;* hoc est nomen meum: & Jer. 32. 18. *Eius nomen est Iehova exercitus*um. *Iehova*, ut ait Philo Judæus, est ἵππα μήτηρ, est enim à Rad. הָבָר, fuit; quasi dicatur הָבָר. Dicitur autem הָבָר, tum quia habet esse à se & nullo modo per participa-
tionem, est enim הָבָר, tum quia esse impertitur rebus omnibus. Om-
nis enim rerum creatarum perfectio est οὐσία τε περίνεα καὶ refluxus
quidam è summo bono: Denique quia continet omnem essendi perfectio-
nem, sine fine & limite. Et ut ait Nazianzenus ὁ Θεός εἶ αὐτός συμβαίνει τῷ Θεῷ
τί τι μέλαινον αἴπει: id est, Totum esse in seipso complectitur, velut pelagus
aliquid essentie infinitum. Denique dicitur *Iehova*, quia, ut est per se, & fun-
damentum omnibus rebus ut sint, sic quoque facit, vt promissa existant,
quo pacto Exod. 3. 2. dicit Deus, non se patribus dedisse cognoscendum promissio-
num suarum complemento. Jam qui est *Iehova*, is verè Deus est haben-
dus, eique præbendum est obsequium.

Secun-

Secundum argumentum suasionis desumitur à beneficio adoptionis, quod continetur hisce verbis, *Deus tuus*. Etsi enim Deus sit omnium Deus jure communi creationis, quia Jehova; sic iure singulari Deus est populi sui, propter initum quum eo foedus, & gratiæ communicationem: quia verò ea est beneficiorum natura, ut semper in eum, cui collatum est beneficium, det aliquid novi juris ei, qui beneficium contulit, ideo *Tertium suasionis* argumentum petitur à commemoratione recentis beneficii, quo Deus populum liberaverat à durissima Ægypti servitute: *Eduxi te è terra Aegypti*. Unde sequitur populum illum summæ ingratitudinis reum fore, si Deo tam potendi, tam clementi liberatori non præstet obsequium. Ut autem sciamus, hæc etiam ad populum Christianum pertinere, cumque obligatum esse ad Legis divinæ observationem, sciendum est; Ægyptum fuisse typum miseræ nostræ conditionis sub peccati servitute, Diabolique, & mortis æternæ dominio; redemptionem ab Ægyptiaca servitude, typum ejus redēptionis, quæ nos à peccatis, Satanæque servitute liberavit, & asseruit in libertatem filiorum Dei. Quod si populus Israeliticus, redemptus ex miseria aliquando finienda, quæque corpus tantum, non animam mancipabat, obligatus fuit ad præstandum Deo redēptori suo obsequium, quanto magis Christianis par est & consenteat, ut se addicant Deo in obsequium, qui *nos è potestate iudebrarum*, non corpus sed animam excæcantum, & mortis æternæ dominio, *transfūlit in regnum dilectionis Filii sui*, Coloss.1.13.

II. Præfationem sequitur primum præceptum, quod continetur hisce verbis: *Nenerunt tibi Diu alieni coram me*. In secundo præcepto continetur hoc affirmativum, *me Iehovam habbis pro Deo tuo*. Habere autem pro Deo Iehovam, est acquiescere, verum esse Deum, quod est intellectus; deinde illum colere & venerari, impendendo illi honorem Deo debitum, quod est voluntatis & affectus. Et sic damnatur omnis ~~ārētēs~~ omnisque de Deo dubitatio. Etsi enim Philosophus afferat libr.1. de Cœlo cap.3. ~~ārētēs~~ *τοῦ θεοῦ τὸν ἔχειν τὸν αὐτὸν*, Omnes homines habere existimationem Dei. Et Cic.lib.1.de legibus, Nulla gens est tam immansueta, tam fera, quæ non, et si ignoret qualem Deum habere debeat, tamen Deum habendum dicat: negari tamen non potest, Deos à quibusdam in dubium fuisse vocatos, exclusos verò penitus ab aliis. Protagoras, an sint Dii nec ne dubitavit. Cicerolib.1.de natura Deorum: *Protagoras fēsē negat, de Diis habere, quod liqueat, sint, non sint, qualēs sint*. Laërtius in ejus vita narrat, sic librum aliquando fuisse exorsum, *τοῦ θεοῦ τὸν ἔχειν τὸν αὐτὸν*. Diagoras verò & Diodorus Cyrenaicus aperte Deorum naturam sustulerunt. Idem Cicero lib.1.de nat. Deorum, *Diagoras & Diodorus Cyrenaicus nulos esse Deos putaverunt: quamquam sint, qui dicant, Diagoram Atheum fuisse cognominatum, non quod Deum esse negaret omnino, sed quod fīta Atheniensium numina contemneret: hie enim est qui Herculem ligneum cruribus arreptum in ignem conjectit, dicens per risum & jocum, Hic tibi erit decimus tertius labor*. Damnantur etiam profani & ~~ārētēs~~, qui, etsi Deum esse non audeant,

negare eitamen debitum cultum & debitum honorem, impendere deditgnantur, quum tamen pulcherrima haec mundi facies clamitet & Deum esse, & Deum esse colendum. Cic.lib.de Divinatione, Esse protestantem aliquam, aeternamq; naturam, & eam suscipiendam, adorandam q; generi humano pulchritudo mundi, ordo q; rerum cœlestium cogit confiteri.

Deinde, hoc primo præcepto continetur negativum hoc, *Quod non est natura deus, deum non habeo;* & ita prohibetur *πλανητας & πλανητης*, quæ non multum differt ab *αρχην*. Ideo Apostolus Ephesios, qui infinitos pro opere Deos venerabantur, *αρχης* nuncupat, Ephes.2.12. qui enim inventunt Deorum pluralitatem, Deum non unum, qualis est in se, & qualis se esse verbo suo testatur; sed multiplicem imaginantur, & ita non Deum, sed spectrum & idolum à se confictum imaginantur. Deum autem esse unum, quatenus unum excludit omnem pluralitatem, & multitudinem, atque adeo confortium aliorum ejusdem ordinis, Scripturæ disertissime testantur, Deut.4.39. *Scito hodie, quod Iehova est Deus supra in cœlo, & infra in terra, nec ullus est prater eum.* Et Deut.6.4. *Audi Israel Dominus Deus noster, Dominus unus est.* His autoritatibus concinunt Scripturæ Novi Testamenti, 1. Corinth.8.4. *Nullus est alius Deus prater unus.* Et Ephes.4.5. *Vnus Dominus, una Fides, unum Baptisma, unus Deus & Pater omnium:* & 1. Timot.2.5. *Vnus est Deus, & unus Mediator.* Ordo totius Universi non paritur plures esse Deos; Sicut enim, ut ait Lactantius, libr.1. de Divin. institut. capit.3. *si in uno exercitu tot fuerint imperatores, quot legiones, quot cunei, quot ale;* nec regi, nec instrui facile potest acies, quod suis propriis consilii utantur omnes: sic in hoc mundo nisi ad unum cura totius referatur, divelletur ordo Universi, & in plures affectus seu factiones distrahetur. Rectè Nazianz. Orat.35. *πλανητας των αρχην, οντων αρχην,* id est, *Quod subicitur plurium dominationi dissidiis conquassatur.* Deinde, Deus est infinitus, potentissimus, summa causa, & ultimus finis rerum omnium: est igitur maximè unus. Et 1. pluralitas repugnat infinitæ Dei assentiæ: nam si Deitas fecerit in plures, neutra erit infinita, una enim non habebit perfectionem alterius. At infinitum omnigenas rerum omnium cohibet & in seco cōrcet perfectiones. 2. Omnipotentia idem per suadet: nam si plures sunt Dii, vel omnes potentiaæ æquales sunt, vel unus est summus, & alii *ιποδημοι:* Si omnes sunt æqualis potentiaæ, nullus erit omnipotens, occurrentib. sibi & oblectantibus potestatibus aliorum. Si vero unus est summus, reliqui vero illius subdantur imperio, unus erit Omnipotens, ac proinde unus Deus. 3. Si plures Dii, vel omnes ab uno essentialiter dependent, & ita unus est prima causa, alii vero causæ inferiores & subordinatae, ac proinde causæ secundæ, & ita non erunt Dii: vel neuter ab alio dependet, & ita nullus erit prima causa, proinde neque Deus: prima enim causa est à qua dependent essentialiter omnia. Denique, si plures sunt Dii, vel omnes referuntur ad unum, & sic unus est ultimus finis, ac proinde Deus, vel nullus referuntur & ordinatur ad alium, & sic nullus est ultimus finis, ad quem referantur omnia.

II. Habere aliquem pro Deo est cultum divinum illi attribuere, et si mente non eximetur esse Deus.⁹ Cultus ille divinus est religiosa adoratio & invocatio. Adorationem dicimus religiosam, quæ exhibetur alicui ad testandam ipsius animæ servitutem & subjectionem ei, qui adoratur, sese submittentis, eum se majorem agnoscens, & ab eo aliquid expectantis & expertentis, quod pertinet ad animæ salutem. Hæc adoratio soli Deo, convenit: *Deum tuum adorabis, & illi soli seruies.* Matth. 4. 10. August. lib. de quantitate animæ, cap. 34. *Divine, inquit, & singulariter in Ecclesia Catholica traditur, nullam creaturam colendam esse animam, sed ipsum tantummodo rerum omnium Creatorem.*

Invocatio etiam religiosa soli Deo convenit *accorār̄t̄as, incommunicabili-*
lēt; 1. quia conjuncta est cum adoratione. 2. Quia cultus est reli-
giosus, quem ulli præterquam Deo, nefas est exhibere. *Illi soli seruies.* Matt.
4. 10. & Apostolus Galatas reprehendit, quod quum essent Ethnicorum
superstitionibus addicti, *souλεῖς religiosam creaturis impenderent,* *ιδού-*
λούσαντες μὴ φόβον θεοῦ, Galat. 4. 8. Denique, quia invocatio conjuncta
est cum fiducia, fiducia autem in solo Deo collocanda, Jerom. 17. 5. Quare
qui creaturam religiosè adorat vel invocat, eam habet pro Deo, quare
non male Martialis, densissimis involutus Paganismi tenebris.

Qui singit sacros auro vel marmore vultus.

Non facit ille Deos, qui rogat ille facit.

Hic vetatur duplex idololatria. Prior, quum is, qui non est verus Deus,
existimat tamen esse Deus, quod fecerunt Ethnici, qui Solem & Lu-
nam, homines etiam per Apotheosin in numerum Deorum relatos, tan-
quam Deos venerabantur. Posterior est, quum creaturæ divinus honos ex-
hibetur, et si creatura non existimat esse Deus: *Idololatra enim est, qui Deo-*
nos denegat honores, & confert aliis, ut ait Tertull. libr. de idololatri. cap. 1. Sic
errorem Collyridianorum, Virginem Mariam religiosè adorantium, *απε-*
παραπλανῶντας τὸν Θεόν, vocavit Orthodoxa Antiquitas; ut est apud Epiph. hær. 19.
Sic Arianos, qui Christum, quem meram esse creaturam arbitrabantur,
religiosè colebāt, vocavit *εἰδολοποιῶντας τὸν Θεόν,* *Creaturam facientes idolum.*
Peccant etiam in hoc præceptum Pontificii, qui Virginem Mariam, San-
ctosque demortuos religiosè adorant, quod illi palam consententur. Suarez:
in 3. part. Thomæ quæst. 37. Sest. 1. Constat, inquit, adorationem, *qua Virgini*
Maria debetur, eiq; ab Ecclesia tribuitur, cultum religiosum continere. Vasques in
3. part. disp. 98. cap. II. Addendum, inquit, est, cultum Sanctorum non solum dicen-
dum esse sacrum, sed religiosum, eisdem iungq; rebus & ceremoniis sacri honorem San-
ctorum deferimus, & Deo: *Templis nimirum, hymnis, luminaribus, & similibus:* Hæc au-
tem pertinere ad cultum divinum soli Deo debitum, testatur Augustinus,
lib. 7. de Civit. Dei, cap. 32. enumerat enim inter ritus latriæ, qui soli Deo
debentur, *Sacra, Sacerdotia, templa, altaria, sacrificia, ceremonias, dies festos.*

III. Tandem ait Deus, *בְּלֹא, coram faciebus meis, id est, coram me,* LXX.
verterunt *μητέ μη,* preter me. Nos phrasin Hebraicam retinemus prop-
ter emphasin. Hoc sibi vult Deus, si quis mente & existimatione alium

habeat pro Deo, vel illi cultum divinum & internum exhibeat, quamvis
hoc homines fortasse lateat, Deum tamen latere non posse, cui cogniti
sunt etiam intimi cordium recessus. Et quemadmodum ille devenit ~~et~~
~~ansor~~ temeritatis, qui Regi coram & ante oculos suos honorem suum de-
trahat, & conferat aliis: sic indicare voluit Deus eum gravissimè pecca-
re, qui honorem sibi ~~et~~ ~~et~~ proprium, transferat aliis, quoniam hoc
sit in conspectu ejus, cui sunt omnia præsentia.

IN SECTIONEM XXIII.

Homo naturâ suâ mancipium est sensuum: quæ feriunt sensus, dili-
git, iisque delectatur, præsertim in causa religionis. Exemplo sint
Islaelitæ, qui, Moze sibi ad tempus erupto, in quo Deum quasi præ-
sentem intuebantur, statim dixerunt Aaroni, *Fac nobis Deos, qui nos antecant,*
poscentes divinæ præsentiarum symbolum aliquod, quod incurrit in sen-
sus. Inde natæ sunt imagines; ut Deus hominem fecit ad imaginem
suam: sic homo vicissim Deum ad imaginem suam audaci & sacrilega
temeritate repræsentavit. Hoc prohibet Deus secundo legis suæ præce-
pto: *Non facies tibi sculptile, &c.*

Hoc præceptum, quia eo se premi sentiunt Pontificii, Decalogo ex-
punxerunt. Factum hoc ut excusent, ajunt, hoc mandatum in primo
contineri, quod quum faciunt, confundunt *¶ ¶ ¶*. Primum,
præceptum jubet, ut colatur Deus, secundum quomodo sit colendus in
spiritu scilicet & veritate, & *¶*. Hujus mandati sunt duæ par-
tes: prior est interdictio, altera vero sanctio. Interdictio duobus constat
membris, prius, imaginem fieri; posterius, imaginem coli vetat. Tam
fieri quum coli Deus prohibet, inquit Tertullianus lib. de idololatri. Istud etiam
quo prohibetur cultus, habet duas partes. 1. Prohibetur incurvatio,
& *¶*, genuflexio, quod pertinet ad ritus exteriores & corporis ge-
stus; deinde vetatur cultus, qui pertinet ad interiorum cordis affectum.

I. Vetantur igitur omnes imagines Dei, quibus visibili specie Deum
repræsentare tentant homines nefariè audaces, & in ea Deum colere con-
nuntur. Nam prohibet hoc præceptum, ne faciamus aliquam imagi-
nem, vel similitudinem eorum, qui sunt in cœlo: Deum autem esse in
cœlo non potest negari ab iis, qui orare sunt edocti, *Pater noster*, qui es in
Cœlis. Ejus ergo imaginem fingere, vel pingere nefas. 2. Disertè Deus
prohibet, vero Jehovæ facere, quod Ethnici Diis suis factitiis & fictitiis
faciebant: *Confringite statuas eorum, idola comminuite, non ita facietis Deo Iehova ve-
stro*, Deut. 12. ¶. 3. 4. Ethnici autem imagines ad Deos suos repræsentan-
dos consecrabant; Deus igitur non vult visibili quadam imagine repræ-
sentari. 3. Hoc interdicitur ab Esaiæ capit. 40. ¶. 18. *Cui assimilabitis
Deum fortem, & quam similitudinem ei comparabit?* Deus enim est invisibilis
& infinitus, quâ autem similitudine vel imagine visibili & finita posset
repræ-

repræsentari? Certè sicut ille ridendum sese propinaret, qui Regem aut Imperatorem augustissimum vellet honorare sub imagine lacerti vel serpentis: multò magis qui Deum colere vult sub imagine quadam visibili, quum inter maximum regem & serpentem sit aliqua proportio, inter Deum autem infinitum & imaginem finitam nulla. Denique, quæ habentur, Deut. 4. v. 15. 16. levant omnem difficultatem: *Non vidis*, inquit Moses, *similitudinem ullam die illa, quâ vobis Deus locutus est in Horeb ē medio ignis, ne forte deceperit, vobis sculptile aut imaginem ullam faciat maris aut fœmina*. Strabo, μάρτυρις Ζεστα, tradit libr. 16. geogr. docuisse Deum Israelitas repudiata omni ξενομίᾳ Deum, οὐαὶ ὁδος χειρός. Ideo semper ab imaginibus Dei abstinuit Ecclesia Judaica, nisi quum in manifestam degeneravit Idolatriam. Tacitus, histor. lib. 5. Iudei, inquit, *sola mente venerantur, unumq[ue] Numinem intelligunt*. Profanos, qui Deum imagines mortalibus materiis in species hominum effingant. Ecclesiae Christianæ semper fuit ea mens. Arnobius libr. 6. adversus Gentes: *Consuēstū, inquit, crimen maximum impietatis affigere, quād non Deorum alicujus simulachrum constituantur aut formam*. Octavius apud Minutium respondens Ethnico Cæcilio, objicenti; Christianos olim nulla habere Dei simulachra: *Quod, inquit, Deo simulachrum ponam, quum si recte existimes sit homo ipse Dei simulachrum*. Ideo multi è schola Pontificiorum stant à partibus nostris. Suarez. in 3. part. quæst. 25. disp. 54. Sect. 1. sic inchoat in hac quæst. Non solum cùm hereticis, sed etiam cùm nonnullis Catholicis nobis disputandum est, non enim desunt, qui negant, expedire usum imaginum rerum spirituallium, præsertim Dei & Trinitati. Citat Durandum in lib. 3. sentent. distinct. 9. quæst. 2. Abulensem in cap. 4. Deuteron. 1. quæst. 5. Ideo Bellarm. lib. 2. de imaginibus, cap. 8. fatetur, *Non esse tam certum in Ecclesia, an sint facienda imagines Dei & Trinitatis, quām Christi & Sanctorum*: hoc enim ad fidem pertinet, illud est in opinione. Quum autem in religionis negotio peccatum sit, quicquid fit absque fide, Rom. 14. 23. ac proinde dubia & titubante conscientiâ, facere imagines Dei in religione peccatum est maximum.

Deinde prohibentur imagines creaturarum in negotio religionis. Verba quibus utitur Deus in hoc interdicto sunt וְתִבְרֹא & תַּבְרֹא, id est, sculptile & similitudo וְתִבְרֹא à R. וְתִבְרֹא, quod est λαξθεῖν, πλευρέειν, dedolare, γλυφεῖν, sculpere, vertitur à LXX. γλυπτὸν sculptile, Deut. 5. 8. & Γλυπτὸν σποιαλα, Deuter. 4. 16. וְתִבְרֹא significat omnem in genere similitudinem, ut Psalm, 17. 15. satiabor similitudine tuâ. In Hebreo est γλυπτα. Vetatur igitur hoc præcepto omnis imago, vel similitudo religionis ergo, & cultus exhibendi causâ: est enim hoc præceptum primæ tabulæ, quæ præscribit Dei cultum & regulas religionis. Non ergo prohibit Legislator adorationem aut cultum imaginum tantum, sed etiam omnem usum imaginum removet à religione, sive colantur illæ, sive colatur Deus in illis, sive aliquo modo adhibeantur pietatis & religionis causâ. Expressum est Dei mandatum, Levit. 26. 1. Sculptile aut statuam ne erigitote vobis, neque lapidem pictum ponite in terra vestra.

Pontificii ut eludant vim hujus loci, quo se premi sentiunt, dicunt hic

vetari tantum idola, idola autem vocant similitudines τὰ ἐκ φρεσκάτων, eorum quae non sunt, ut Tritones, Spinges, Centauri: non autem vetari imagines, quae sunt similitudines τὰ φρεσκάτων, id est, eorum quae sunt. Sed haec mera est hujusce loci depravatio, 1. quia τὸν quod LXX. vertunt θεοὺς in hoc loco, alibi vertunt per εἶναν, Esa.40.19. Vulgata versio, quam solam authenticam & inviolatæ authoritatis Pontificii volunt, verrit per sculptam similitudinem, Deuter.4.16. 2. Non attendunt ad verba Legis, quæ dicit, Non facies tibi similitudinem eorum, quae sunt in celo, in terra & in aquis, ac proinde neque similitudines earum rerum, quæ ὄντως & revera subsistunt. Quod firmatur communī tum Judæorum, tum Christianorum consensu. Ex Judæis Josephus lib.3. Antiq. cap.4. secundūm hoc Legis præceptum sic enuntiat, ὁ δοῦλος τοῦ Θεοῦ οὐδεὶς εἰκὼν ζωῆ μινιατούρων. Et lib.27.8. cùm turbassent Judæi aquilam auream, quām Herodes Magnus supra majorem Templi portam dedicaverat, factum hoc sic excularunt, κακόν ἐστιν εἰκὼν αἰαστούς θηρίου. Et lib. 18. 4. Cùm Pilatus vexilla militaria σφρυγάς Cæsaris insignita in Judæam in vexisset, narrat coortam fuisse in urbe Hierusalem seditionem, non ferentes populo Legis divinæ τοξοθέατον, εἰκὼν πίνακα ἀπερθόντος τῇ οἴκῳ. Ex Christianis Justinus in Dialogo adversus Tryphonem ait, Deum præcepisse per Mosen μήτε εἰκὼν, μήτε ἴμικλανα ὅλως τοιοῦτον. Clem. Alexandr. libr.5. Stromatum disertè dicit, Mosem olim Lege lata præcepisse μηδὲ διῆ λαντάνειν χαρδονίν, οὐ πλεύσον, οὐ γειτούσατε τῷ ἀπεκάλυψα τοιοῦτον, nullam oportere sculptilem vel fusilem, vel sicutam, vel pictam imaginem simulachrum ve facere. Tertull. lib.4. contra Marcionem cap.22. quomodo Petrus Mosen & Eliam cognovisset, nisi in Spiritu & neque enim imagines eorum vel statuas habuisset populus, prohibente lege. Origenes, adhibita inter idolum & imaginem distinctione, in hunc locum Decalogi: Sermo Dei, inquit, universa complectens simul abjurat & abjicit, & non solum idola fieri vetat, sed etiam similitudinem omnium, quae sunt in celis, in aquis & in terra.

Sed quia Dei populus non semper potest impedire, ne Religionis ergè sculptæ extent imagines, prohibet Deus, ne imaginibus honos impendatur, aut reverentia. Verba sunt μήτε λαντάνειν, ad verbum, non incurvabitis, τὴν γραμμὴν siquidem nihil aliud significat, quām incurvare & prostertere, quod sit vel totum corpus inclinando, vel genua flectendo, vel procumbendo: prohibet igitur hic Deus honorem aut reverentiam aliquo corporis gestu testari. Aliud est verbum, quo Deus utitur παρεγγέλλει, non coles ea, quod Græci vertunt modq per συνθέτην, modd per λατεράνην. Prohibet ergo Deus, ne imaginibus honorem, cultum & adorationem religiosam attribuamus: hoc enim perversum est, & rectæ rationi repugnat, quod enim deterius est, à nobiliori coli non debet: sed imagines deterriores sunt hominibus, quia imagines sunt irrationales, & inanimatae, homines vero sunt vivæ & rationales Dei imagines. Hac ratione Laetatius insectabatur olim Gentium simulachra, l.2.c.18. Simulachra, inquit, qua coluntur, effigies sunt hominum, mortuorum. Est autem perversum & incon-

grum,

gruum, ut simulachru hominis à simulacho Dei colatur: Colit enim hic, quod est dexterius & imbecillius. 2. Si Soli aut Lunæ, quæ sunt opera manuum Dei, non licet ullam exhibere adorationem, hoc enim prohibetur, Deut. 4.19. quanto minus imaginibus, quæ sunt opera manuum hominis. Hanc rationem nobis suggerit Agobardus Episcopus Lugdunensis in tractatu de imaginibus: *Si opera, inquit, manuum Dei non sunt adoranda & colenda, nec in honorem Dei; quanto magis opera manuum hominis non sunt adoranda & colenda, nec in honorem eorum, quorum similitudines esse dicuntur.* 3. Si vivos homines, qui sunt vivæ Dei imagines, nefas sit adorare reliquæ, quanto magis mortuas creaturarum imagines. Hæc ratio est ejusdem Agobardi; *Sic illa, inquit, imago est adoranda, Creatoris potius quam creature, adorandi fuissent homines vivi potius quam picti, id est, ubi similitudinem Dei habent, non pecorum, vel, quod verius est, lapidum seu lignorum.*

Daminatur hoc præcepto. 1. Durandus, qui in libr. 3. sentent. dist. 9. quæst. 2. existimat, *imagines quidem non esse adorandas, sed prototypa, & exemplaria in imaginibus;* Lex enim vetans, ne nos incurvemus coram imaginibus, vetat Deum vel Sanctos in imaginibus adorari. Deus enim cultum suum non alligavit ad imagines; & ideo à reliquis aliis acriter suggillatur. Suarez, in part. 3. Thomæ quæst. 25. disp. 54. sect. 3. ait, *hanc sententiam esse periculosam, temerariam, & heresim sapere.* 2. Rejiciuntur reliqui Pontificii, qui omnes sine ullo circuitu pronuntiant, adorandas imagines. Synodus Nicæna secunda, quam Pontificii existimant ecumenicam, & inviolatæ autoritatis, A&t. 3. *Adoramus Dei Verbi, propter nos incarnati, imaginem, veneramur etiam & adoramus imaginem Deiparae, & Deminæ nostræ.* Art. 7. dirum pronuntiantur anathema in eum, qui circa venerandarum imaginum adorationem laborat aut dubitat. Thomat. 3. part. quæst. 25. art. 3. Eadem, inquit, reverentia exhibetur imagini Christi, ac ipsi Christo, quum ergo Christus adoretur adoratione latriæ, consequens est, quiddejus in agro adoretur etiam adoratione latriæ. Suaréz. in hunc locum disp. 54. sect. 3. *Afferendum est, inquit, non abusivè tantum & impropiè, sed verè ac proprio adorandas imagines.* Addit, *hanc assertationem esse de fide.* Vasques in eum locum disp. 106. cap. 2. dicit: *Catholicam veritatem esse, imaginibus deferendam esse adorationem, quod esse prohibitum hoc secundo Legis præcepto nemo non videt, quum vetat, ne nos incurvemus coram eis, neve eas colamus.*

Sed illi nova commenti sunt κοντράγησα. Suarez. disp. suprà citata, sect. 2. & Bellarin. libr. 2. de imaginibus capit. 3. respondent, hoc Legis præcepto vetari adorationem imaginum, quæ diis falsis, & fictitiis numinibus consecrantur: Sed verba Legis non patiuntur hoc glossema: Lex enim vetat fieri & coli omnem similitudinem eorum, quæ sunt in cœlo, in aquis, in terra. In cœlo sunt Deus, Angeli, Sancti: Eorum ergo verantur imagines, non solùm imagines falsorum Numinum. 2. Deut. 12. v. 3. 4. *Non ita facietis Domino Deo vestro, qui locus aperte prohibet, Deum verum colere eo modo quo Ethnici Deos suos colebant, in imaginibus, scilicet Deo vero dedicatis.* 3. Vitulus aureus ab Aarone conflatu Deo vero

dicatus fuit, & consecratus : dicitur enim, usitatissemā metonymiā, quā nomen rei repräsentatæ tribuitur imagini, *Iehova*, Nehem.9. 18. *Hic est Iehova, qui te eduxit è terra Aegypti.* Et ideo Aaron, extructo corameo vitulo altari, edixit, *Cras erit festum Iehova*, Exod.32.5. 4. Idem dicendum de vitulis à Jeroboamo Bethelæ & Danæ collocatis eos scil. Deo vero fuisse consecratos: Achab enim dicitur *gravius peccasse, colendo Bahal, Deum Sidoniorum, quām colendo vitulos à Jeroboamo conflatos*, 1.Reg.16.31. quia qui Bahal colebant, sicutitum Deum colebant: At vitulorum cultui addicti, Deum verum in imagine colebant: At majoris est impietatis, Deum sicutitum colere, quām Deum verum illicito cultu. Denique, Rex Ezechias serpentem æneum jussu Dei, & Mosis operā fabricatum, ut esset typus Christi crucifixi, confregit, contudit, quum populus eum coleret, ei que incensum adoleret, 2.Reg.18. Illicitum ergo imagines, etiam diis non consecratas, colere religiosè. Alii alio se vertunt, ajunt, Lege Dei vetari cultum imaginum, quæ habentur pro diis, & adorantur tanquam Dii: quæ est responsio Gregorii Valentiani in 3. partem Thomæ. disp. 1. quæst. 24. sect. 2. Sed eum ratio fugit. 1. Verba Legis non patiuntur hoc effugium; vetat enim ne imagines colamus, neve nos incurvemus coram eis. At imagines colere, & coram eis sese incurvare non significat eas habere tanquam Deos, quia & ipsi Pontificii sanctos colunt, & coram eis sese incurvant, eos tamen non existimant esse Deos. 2. Primo Legis præcepto vetatur haberi & coli pro Deo is qui non est verè Deus, quum dicitur, *Non habebis Deos alios coram me.* Secundo igitur Legis præcepto non vetatur idem, ne lapides, scilicet aut truncos existemus esse Deos, aliquin inter primum & secundum præceptum nulla esset distinctio.

3. Idololatriæ fuere Israelitæ in vitulo aureo colendo; vitulum tamen aureum non arbitrabantur esse Deum, Deum illum verum, qui eos eduxerat ex Aegypto: qui enim populus Dei, in vera Religione innutritus, poterat ei vitulo tribuere suam ex Aegypto liberationem, quæ vituli conflationem præcesserat. 4. Gravius dicitur peccasse Achab, colendo Bahal, Deum Sidoniorum, quām colendo vitulos à Jeroboamo conflatos: non ergo vitulos adoravit, tanquam Deum; nam cur majus esset crimen, existimare Bahal esse Deum, quām vitulos ex vili materia ab homine formatos. Denique, colendo serpentem æneum Israelitæ fuerunt idololatriæ, non tamen serpentem illum crediderunt esse Deum, neque ab Ezechia confactus est & comminutus, quia populus illum existimaret Deum esse, sed quoniam illi suffitum adolebat. Audiat *magister o. illius* Vasques in 3. part. quæst. 25. disp. 104. cap. 5. quando Ezechias æneum serpentem confregit, non ideo fecit, quia existimaret à populo pro Deo colli & adorari; sed quod aliquem cultum, qualem nos etiam imaginibus deferre consuerimus, qui omnino erat populo illi prohibitus, videret illi exhiberi: adolebant enim illi incensum; nec aliam causam, ob quam Ezechias ipsum confregit, Scriptura exposuit.

IN SECTIONEM XXIV.

Veritatis est indubitatæ & *τιμηφισθήν*, quod ajunt Iurisconsultorum filii : Legis virtus est imperare, vetare, promittere, punire ; nam si tollantur poenæ, concidit omnis virtus Legis. Nihil est frequentius in jure Romano, quam Leges appellare Sanctiones. At omnis sanctio penam includit. Ut enim ait Servius in lib. 12. Æneidos ad explicationem hujus versu,

Audiat hac genitor, qui fœdera falmine sancit.

Sanctio vocatur pars Legis, quæ eam violentibus pena prescribitur. Quare postquam Deus præcepto suo cavit, ne faciamus imagines religionis ergo, vel factas colamus, & adoremus, præceptum hoc sancit per comminationes & promissiones. Homo enim naturaliter vel terretur minis, vel promissionibus allicitur. Minæ sunt, *Ego sum Deus fortis. Zelotypus, visitans iniquitates Patrum in filios, usque ad tertiam & quartam generationem.* Promissiones vero, quibus homo mirabili suavitate allicitur, sunt : *Faciens misericordiam in mille generationes iū qui me diligunt.*

Potentia suæ mentionem facit ; vocat enim se —, quod *Validum, Fortem & Potentem* significat, ut ostendat ad gloriam suam vindicandam se satis habere virium & potentia : Est enim divina potentia infinita, cui nemo, et si humano fastigio sublimior, resistere potest & oblugetari, suam ergo potentiam commendat Deus, ut timeatur, & ut homines metu perculti retrahantur à malo.

Deinde se vocat Deus *Δύς, Zelotypum*, quod *εἰρηνητὸς* de Deo dicitur : est autem *ποτέντης* intelligendum. Dicitur autem Zelotypus, quum ea facit & præstat, per justitiae suæ rigidæ, & sapientiae suæ infinitæ rationem, quæ solent Zelotipi mariti per hujusmodi effectum facere & præstatæ in uxores mæchias & adulteras : Ut ergo mariti ira gravissime acceditur, si animum uxoris videat ad rivalem inclinare, est enim ænimi & consortis impatiens, ut appareat in lege de mariti Zelotypia, Num. 5. Sic Deus pati non potest, quin effervescat ejus ira, sit cultum & adorationem religiosam, quam sibi soli vindicat *αἴκινων οὐράνων*, impendamus aliis. Zelus est ferventior amoris effectus, qui ferre nequeat vel læsionem, vel contemptum rei amatae. Zelotypia quæ est quasi *χάρα πίστος*, ut notavit Scaliger exercit. 317. definitur a Cicerone Tuscul. 4. Aegritudo ex eo, quod alter que que potius erit eo quod ille ipse concupiverit. Deo convenit hæc aegritudo animi, sicut peccatum, dolor, ira ; non secundum proprietatem, sed secundum similitudinem, non secundum effectum animi, sed secundum effectum operis ; quia Deus ex ordine justitiae suæ fertur in eum effectum, in quem maritus inclinatur ex immoderata Zelotypiæ passione.

Hic sciendum est, fœdus, quod Deus pepigit cum populo suo, & conjunctionem, quæ nos sibi devincit, dum in Ecclesiam suam nos asciscit & cooptat, *Conjugium in Scriptura vocari*, ut videre est, *Esa. 62. 5. & Hos. 2. 19.*

Deus vocat sese maritum, & populum suum uxorem : *Aptavi vos ut virginem castam uniuero, 2. Corinth. 11. 2.* puritas cordis vocatur *castitas*, quam uxor servare debet marito. Idolatria, quā homo desciscit à Deo, & cultum religiosum, quem ipse sibi vindicat, transfert ad alios, dicitur *adulterium*, Et sicut maritus quum videt ab uxore violari fidem conjugalem, irā acceditur in illam, quia zelotypus est : Sic Deus ardentissimam concipit zelotypiam, si populus, quem in veritate desponsavit, Sathanæ libidini, fœdisque carnis cupiditatibus se prostituat, præsertim si cultum suum, quem purum & illibatum esse vult, vel superstitione fœdet & corrumpat, vel per idolatriam aliò deciverit.

II. Addit Deus, se sumptuum pœnas non tantum ab iis, qui offendunt, sed etiam in eorum sobolem derivandam esse pœnam : & quum parentes omnes optent, vt filii suis bene sit, nullum gravius potest esse supplicium, quā si liberi eadem cum patre condemnatione involvantur. Recte Chrysostomus hom. 29. in cap. 9. Gen. Οὐ λυπήσας μάλος ἐτέρα κόδαιοις, οὐ τοῖς οὐρανοῖς καὶ γῆς: διὰ αὐτοῦ ἔγειραι, id est, Nulla alia tristior punitio, quam eos, qui ex se sunt, ob se malapatientes spectare. Quid si parentes non vivant, quum puniuntur filii, tamen cum tali metu, orto ex Dei comminatione, mori, grauiissimum est supplicium, Visitans, inquit, iniquitatem parentum in filios, usque ad tertiam & quartam generationem. Vox Hebr. τὸ εἶδος est medie significationis, aliquando in bonam partem, aliquando in malam partem accipitur. In malam ut Plal. 89. 33. *Visitabo in virga iniquitates eorum, & in verbenis peccata eorum:* In bonam partem accipitur, Luc. 1. 68. *Visitavit & redemit populum suum:* & ψ. 78. *Visitabit nos Oriens ex alto.*

Vetus tamen querela est de translatione pœnarum, & homines nimis audaces non verentur justitiæ Dei dicam impingere, si parentum culpas luant filii vel nepotes. Vulgatum illud usurpant; *Noxa caput sequitur, sanctimus*, ajunt Imperatores Christiani, Codice de poenis, lege *sancimus*, ibi esse pœnani, ubi noxa est. Deinde, *Peccata suos teneant autores, nec ulterior progradientur metus, quam repiatur delictum.* Cicero lib. 4. de natura Deorum, Fertne ulla Civitas latorem ejusmodi Legis: *ut condemnetur filius & nepos, si pater aut avus deliquerint.* Inde natus est laudabilis ille mos, prægnantem mulierem non afficere suppicio, quod cautum est Ægyptiorum, Græcorum & Romanorum legibus. Armant sese ratione ista: *Obligatio ad pœnam oritur ex merito:* meritum autem personale est, ideo pœna non est extra personam delinquentis extendenda ad filios aux nepotes innoxios. Rationi addunt Scripturam, quæ videtur negare filios puniri propter iniquitatem patrum, Ezech. 18. 4. *Anima, qua peccaverit, ipsa morietur:* & ψ. 20. *Filius non portabit iniquitatem patris.*

Contrarium tamen asseritur jure, tam humano quam divino. Cicer. in lib. Epistolarum ad Brutum refert, illud antiquum esse, & omnium Civitatum, ut ad liberos, qui nihil meruerunt, pœna pertineat. In eodem libro ait, in Gracis Civitatibus liberos Tyrannorum, illis oppressis, eodem affici suppicio. Ammianus libr. 24. §. 12. ait, *Apud Persas per leges eorum ob noxam unius totam perire propinquatum.*

tem. Arcadii & Honorii lege perduellium, filii jus omne succedendi auferuntur, infamia notantur, vetantur ne ad honores aut sacra perveniant. Denique, jubentur esse tales, ut ita perpetua egestate sordentibus mors sit solatum, & vita supplicium. Populos puniri ob Regum delicta, vel ipse Poeta testatur:

Quicquid delirant Reges, plectuntur Achivi.

Sic ob factum Davidis pereunt septuaginta millia hominum, 2. Sam. 24. ob factum Saulis, suspensi sunt ejus filii & nepotes, 2. Sam. 21. Sic Num. 14. 23. stringitur maledictio non solum contra murmuratores, *Cadavera vestra jacebunt in deserto*, sed etiam contra murmuratorum filios, quorum pluri-mi, utpote infantes tenerissimi, & vixdum nati participarunt peccatis parentum, *Fili vestri vagabuntur in deserto annis 40.* & portabant fornicationem re-stram. Hoc non esse injustum aut alienum à ratione, probat argumentis quibusdam Plutarchus, in libro de fera Numinis vindicta, ait, *Unam familiam unum esse corpus vi communionis & conjunctionis naturalis:* & quemadmodum non est iniquum, si unus & idem homo luat in senecta delictum, quod admisit in juventute; sic in familiis non est absolum rationi, si hodie puniatur peccatum, quod est ante centum annos perpetratum. Hoc autem est parentum delicta in filiis puniri. 2. Ut in Medicina quicquid est utile, justum est & rationi consentaneum, ut si ad curandum coxam, uratur pollex, aut si ad leniendum capitidis dolorem tundatur aut secatur vena pedis, non est injustum, quoniam utile: sic non est injustum, si patris peccatum in filiis puniatur, quoniam est utile: hoc enim gravius est parentibus, quam quod ipsi ferunt, & ita hoc facit ad patres à peccato & absterrendos & avocandos. 3. Perduellionis aut Iæsæ Majestatis rei non solum in corpore puniuntur, sed etiam in omnibus, quæ sunt eorum; sic eorum castella diruuntur, cæduntur & amputantur sylvæ: Ita non est iniquum, filios ob peccatum parentum puniri: quia filii sunt aliquid patrum, & est aliquid paternæ substantiæ, quod per generationem transit in liberos, in quo parentes puniri pos-sunt.

Nos ut nodum istum, verè vindice dignum, solvamus; poenæ di-
dimus in *positivas* & *nigativas*, quæ infliguntur per subtractionem aut re-
motionem divinæ gratiæ. Positivæ aliae sunt æternæ, aliae verò tem-
porales. De poenæ æternis existimo verum esse, quod dicitur Ezech. 18.
Filium non portaturum iniquitatem patris: Si enim filius non sequatur iniqui-
tatem patris, nec reus sit mortis æternæ, sed fidelis, & *φίλος θεοῦ*, *νήπιος*,
morti æternæ propter iniquitatem patris non adjudicabitur: Est enim
hoc axioma veritatis indubitate, *Qui credit, habet vitam æternam.* Si verò
quaestio sit de peenis temporalibus, etiam de morte corporis, non est in-
justum & absurdum, si filius puniatur ob delictum patris, nec iniquitatiæ
Deus potest accusari: Deus enim ius dominii plenissimum habet, & in
res nostras, & in vitam nostram: si ergo alicui aut bona auferat, aut
vitam adimat, in ipsos utitur jure dominii, ita ut eis non liceat respon-
sare; aut in voluntatem ejus inquirere. Quod si filii fideles sint & probi,

afflictiones temporales , quibus afficiuntur propter delicta patrum , eti
pcnæ sint respectu parentum , filiorum tamen respectu sunt ~~magnificæ &~~
~~soumissiones~~ , quibus corriguntur , exercentur ad amorem Dei magis ac ma-
gis formantur , & ad vitam æternam , quasi sub incude Dei præparantur .
Si verò sermo sic de poenis , quæ infliguntur per subtractionem divinæ
gratiæ , certum est , filios sic puniri ob scelera parentum , ut ob nequitiam
patrii in sua sorte miseriaque derelinquantur , nec eis gratiam Deus suam
impertiatur . Deserti autem & derelicti à Deo eandem sequuntur exitii
viam , nec ibi ullæ est injustitiae species : Quum enim omnes homines
sint in peccatis sati , concepti , nati , & ita maledictioni obnoxii , & Deus
nemini quicquam debeat , nemo conqueri potest , si Deus aliquos in hac
sorte & miseria derelinquat , nec gratiæ suæ communicatione dignetur .

Sed quia generosus est hominis animus , duci mavult , quam trahi .
Dicitur autem quum amabili allicitur suavitate ; Ideo Deus promis-
sionem addit , dicens , se misericordia usurum in mille generationes erga eos , qui se
diligunt , & mandata sua observant . Non hoc dicit Deus , quasi fidelium pie-
tas hæreditatio jure transfundatur , & propagetur per generationem in
posteros : qualitates enim personales non transmittuntur à parentibus
in liberos per generationem : non etiam , quod piorum innocentia poste-
ris quamvis impiis prospicit ad salutem , justus enim ex sua fide vivet , non aliena .
Sed promittit Deus , in gratiam piorum , se liberis eorum beneficum fore ,
non solùm benedictionibus temporalibus eos cumulando largâ & beni-
gnâ manu , sed etiam eos ad sui communionem evocando , eosque sanctifi-
ficando Spiritu suo . Hic autem in promissione de Dei misericordia in
mille generationes extendenda utitur Deus nomine רְאֵת , quod bonitatem ,
benignitatem , & gratiam significat , *Gratia est gratuitus Dei favor , quo nos sine ullo
merito nostro complectitur . Si sit favor erga miseros peccatores , dicitur רְאֵת ,
misericordia . Misericordia enim miseriam præsupponit & peccatum . Si
verò sit gratuitus favor erga creaturam , qua creatura est , dicitur רְאֵת &
gratia . Sic quum Deus impium morte dignum servat רְאֵת est , & mis-
ericordia . At quum justum remuneratur benedictionibus Lege promis-
sis , Deus utitur voce רְאֵת gracia . Piorum enim obedientia debita est ; at
re debita nihil potest promeriti . Deinde Deus nemini quicquam debet ,
qui omnia omnibus liberatis imè dedit . Quum ergo justo vitam reddit
hoc est ex gratia , sed ex gratia , quæ est רְאֵת . Hic ergo , quum Deus pro-
mittit benedictionem diligentibus se , & legem observantibus , promitti-
tur ea gracia , quæ diicitur רְאֵת , non רְאֵת . Quum autem nominantur
diligentes Deum , significatur fons & origo veræ justitiae , quæ sita est non in
externa tantum , sed in interna cordis cum lege Dei conformitate . Hæc
autem interna cordis conformitas cum Lege , est amor Dei . Additur
autem , qui observant Dei mandata , quia multi sunt , qui se Deum amare ja-
Etant , & ita justi sunt μέτει τὸν λόγον , οὐδὲ τὸν ὄφελον , verbotenus , non rebus ipsis .
Ideo describuntur veri Dei cultores , qui observant Dei præcepta , nam ,
ut ait Christus Joh. 14.21 . Qui servat præcepta mea , ille est , qui diligit me .*

Hic

Hic autem est summoperè notandum, Deum pœnam parentum peccatis debitam, extendere tantum usque ad tertiam & quartam generationem, misericordiam autem in parentes pios exercere usque ad millesimam generationem, ut sciamus, ad clementiam & misericordiam multò propensiorem esse, quād ad justitiam exercendam. Misericordia quidem & justitia sunt æqualiter in Deo, non autem *ξ' η μάτων, & ξ' η οὐδον,* secundū, magis & minus, quia utraque est infinita, utraque est essentia Dei: ratione tamen effectorum, Deus dicitur ad misericordiam magis, quād ad justitiam propendere. Unde hæc sæpiissimè in Scriptura, *Promptus ad clementiam, tardus ad iram;* quia misericordiæ seu clementiæ producit effectus ultra effectus justitiæ.

Secundò notandum est, quum Deus dicit, se fore vindicem peccatorum à parentibus admissorum in tertiam & quartam generationem, beneficium autem fore erga parentes pios in millesimam usque generationem, Deum sibi ipsi non imponere legem, nec alligare se, quō minus erga filios impiorum se præbeat clementem & benignum. Sic Ezechias & Josias, Judæ Reges, pii & justi fuerunt, impiorum parentum filii. Sic libertatem suam non ita coarctat, sibiique adimit Deus, quin possit piorum parentum filios deserere, & sæpiissimè deserat. Sic ex Abraham ortus est Ismael, exclusus à Dei fœdere, ex Isaaco Esau, quem Deus odio habuit, ex Davide Absolom. Sed hæc dicuntur de iis, quæ Deus justè facere potest, & de iis, quæ accident *αε δη τηλαστι*, Deo tamen integrum servante libertatem, & in judiciis suis exercendis, & in benedictionibus suis distribuendis.

IN SECTIONEM XXV.

Quemadmodum Deus totum hominem ex anima & corpore constantem creavit; totum hominem, tum animam, tum corpus redemit: animam à peccati servitute, corpus ex servitute corruptionis; totum hominem, animam & corpus sanctificavit, animam, ut Deum cognoscatur, & cognitum amet; corpus, ut sit *organum & instrumentum justitiae Dei*, Rom. 6. Totum glorificatus est, animam, ut ad faciem Dei contemplandam evehatur; corpus, ut immortalitate glorioſa donatum, fulgeat ut *Sol in Regno Dei Patris*. Sic postulat Deus, ut homo se torum & integrum Deo addicat & consecret, ut ejus favorem & beneficentiam sentiamus, sentientes agnoscamus, agnoscentes affectu, opere, voce, vitaque tota celebremus. Interiores animæ affectus lege sua depositit Deus, quum ait: *Non habebis Deos alienos coram me*: Exteriores actiones corporis ad ejus cultum pertinentes, quum dicit: *Non facies tibi sculptile, &c.* Linguam autem & Sermonem efflagitat, quum dicit: *Non assumes nomen Dei tui in vanum*: Vult enim ut de Deo vero, ejusque attributis modestè, reverenter, & cum trengore uti par est, mentionem faciamus. Constat hoc tertium præceptum,

ut & præcedens, mandato & ejus sanctione per pœnæ comminationem. Præceptum est negativum: Non *assumes nomen Domini Dei tui in vanum*, quod tamen tacitam affirmationem includit.

Assumere nomen Dei, est nomen Dei usurpare, in Hebr. est נְשָׁמָחַל, id est, non feres, scilicet in ore tuo. Nomen Dei accipitur in Scriptura pro Deo ipso, & pro omni eo, quod de Deo dici potest. Hebraicum נְשָׁמָחַל, Vulgata vertit in vanum. LXX. ὅπιαται, Νίν significat aliquando mendacium, sic in præcepto nono, εἰ δε μηδοποιήσῃς. In Exodo est, ἤρσε γρ, id est, *testis mendax*: in Deuteronomio Νίν pro quo Græci utroque loco posuerunt μηδοποιήσῃς. Aliquando vero significat μάταιος, ωρίς, i. rem vanam, aut nibili & quod necessarium non est. Hic retinenda est utraque significatio, vetat enim Deus usurpare nomen Dei vel falso, vel inutiliter, & sine ulla necessitate.

I. Hic non prohibetur jurare per nomen Dei, quum justa & legitima subest jurandi causa. Hoc enim in Verbo Dei præcipit, Deuter. 6.13. Dominum Deum tuum timebis; & per nomen ejus jurabis. Et Iesa. 65.16. qui jurabit in terra, jurabit per Deum veritatis. Adde quoddjurare per nomen Domini accipitur pro toto Dei cultu. Iesa. 19.18. Erunt tunc temporū in Aegypto urbes quinque, qua loquentur sermone Canaan, & jurabunt per Iehouam exercitum. Deus ipse exempto suo juramentum approbat, Genes. 23.16. per me ipsum juravi. Eò alludens Apostolus, Hebr. 18.13. Deus pollicitus Abrahe, quum non posset jura reper quemquam majorem, juravit per se ipsum. Sic dicitur Act. 11.4. Davidi jure jurando jurasse, quæ geminatio vim habet amplificandi apud Hebraeos. Nec solum sub Veteri, sed etiam sub Novo Testamento licitum est jurare. 1. Quia Christus non venis solvere legem, Matth. 15.17. Lex autem non solum permittit, sed jubet jurare per nomen Dei, quum necessarium est. 2. Apostolus sub Novo Testamento homines, inquit, per eum jurant, qui sit major, atque iis omnis controversia finis est iurandum, Hebr. 6.16. 3. Per Deum dicitur juratura Ecclesia sub Novo Testamento, Iesa. 45.3. Mibi se ē incurvabit omne genu, & omnis lingua jurabit per me, 4. Angelus iuravit per Deum viventem, Apoc. 10.6. Apostolus juravit, Rom. 1.9. Testis est mihi Deus, cui servio, &c. Rom. 9.1. Veritatem dico per Christum, non mentior. Denique, jurare per nomen Dei, est Deum verum invocare in conscientiæ testem, in judicem, ac vindicem perjurii, si mentiamur. Et ita fatemur, Deum esse cordis perscrutatorem, amantem esse veritatis, quum sit ipsamet veritas; justum, qui velit perjurium vindicare; & Omnipotentem, qui possit. Hoc autem, quid aliud est, quam gloriam & cultum religiosum Deo adscribere. Hic tamen adhibenda est hæc cautio, quæ habetur, Jerem. 4.2. ut juremus in veritate, non autem falso, vel ad confirmandum mendacium; in iustitia, ne quod juramus, impium sit aut iniquum; in iudicio, ne nomen Dei temere & in relevi adhibeat. Quum autem ait Christus, Matth. 5.34. Ego dico vobis, ne juretis omnino, neque per cœlum, neque per terram, neque per Ierosolyma, neque per caput vestrum, prohibet Christus non juramenta per Dei sanctum nomen concepta, non enim ait, Ne juretis omnino per Deum, per cœlum, per terram, sed prohibet juramentum per creaturas quantumvis excellentes,

tes, quem autem addit. p. 37. Est sermo vester, Etiam, etiam, Non, non, quod supra redundant, à malo est, quod etiam usurpatum est à Jacobo cap. 5. 12. loquitur Christus de praxi, & vitæ consuetudine ordinaria, in qua simplex satis esse debet affirmatio & negatio, non autem de casu quodam extrardinario, quem nos compellit iusta quædam necessitas, Dei gloria scilicet, proximi salus, aut nostra.

II. Vetatur hic jurare per creaturas, hoc enim scelus est maximum. 1. Deus hoc disertè prohibet, Jerem. 5. 7. Dereliquerunt me, & jurarunt per eos, qui non sunt dii; & Matth. 5. 34. Christus ait, Ne jureti omnino, neque per celum, neque per terram, neque per Ierosolyma, neque per caput vestrum. 2. Ratio hoc persuadet, juramentum enim ut etiam agnovit Cicero Officior. libr. 3. est affirmatio religiosa, & Thomas parte 2. quæst. 89. art. 6. dicit esse actum ejus religionis, quod dicitur καπετείν. Religio autem soli Deo debetur: Ergo & juramentum. 1. per solum Deum jurandum. Deinde, is per quem juramus testis esse debet veritatis arcanae, ac proinde καρδιογένες, quod soli Deo convenit αὐτοκαταστάτη, 1. Reg. 8. 39. deinde debet esse vindex perjurii, ac proinde omnes homines ejus iudicio debent esse obnoxii, quicunque illi sint, debet igitur esse Omnipotens. Ideo Christiani olim maluerunt mortem oppetere quam jurare per genium Imperatoris. Tertullianus apologeticus. cap. 3. Iuramus non per genios Imperatoris, hoc enim interpretabantur esse argumentum καταστάτη & defectionis. Ideo hoc exigebatur a Martyribus, ut apud Euseb. lib. 4. Ecclesiast. Histor. cap. 15. de Polycarpo, οὐαὶ τοῖς κατεχόμενοι τῷ χριστῷ, Iuraverat Cæsaris genium, quod ille constanter recusavit, & tamen persalutem Cæsaris jurare non verebantur Christiani. Tertullianus citato loco: Iuramus, inquit, sicut non per genium Cæsarum, ita persalutem illorum, quos scilicet salvos & incolumes omnibus votis exoptabant. Illud tamen non tam fuit jusjurandum; quam genus quoddam obtestationis, quo auditorum animi confirmarentur. Recte Basil. in Psalm. 14. εἰ σὸν ὁ τύπος λόγος, inquit, καὶ μετὰ ἄρχοντας, ἐν ὅπλοι τὸ ὄντες, id est, quidam sunt sermones qui speciem juramentorum habent, & tamen non sunt juramenta. Fuit igitur hæc formula non tam juramentum, quam vel votum, vel asseveratio. Votum, quasi dicerent, Tam sit felix, & salvis Imperator, quam verum est hoc dictum; Asseveratio, ut esset sensus, Quod ego duo tam verum est, quam verum est incolumen esse Imperatorem.

III. Hic prohibetur blasphemia: θλαστηρία dicitur θλαστηρία τῶν φαύλων, id est, Ledere famam alterius. Nihil aliud est quam vel convitia in aliquem jaçtare, vel voces infamias in eum jacere. Vox ista vel hominibus tribuitur, vel Deo. Hominibus quem impetuntur convitiis, sic Apostolus dicebat se blasphemari, Rom. 3. 8. & Angelus, id est, pastor Smyrnæ, dicitur blasphemari ab iis, qui se dicunt esse Iudeos, Apocal. 2. 9. & præcipue convitia in Magistratum, qui est publici ordinis, & minister Dei conjecta, blasphemie dicuntur, Tit. 3. 3. & 2. Petr. 2. 10. At quem dicitur de Deo significat convitium jaustum in Deum, quod sit bifarium; vel quem quod Deo non convenit affirmatur de Deo, ut si dicatur Deus esse author pec-

tati, vel quum de Deo negatur quod ei convenit, ut si negamus Deum esse justum, vel misericordem, sive ad sit affectus & voluntas Deum tumultioso convitio lœdendi, ejusque gloriam imminuendi, sive absit hæc intentio. Sicut Paulus ante conversionem suam, quamvis arderet zelo Dei, quia tamen non erat secundum scientiam, fatetur se fuisse blasphemum, 1. Timoth. 1. 13. Hoc peccatum gravissimum est, quid enim gravius exco-gitari potest, quām linguæ maledicæ macronem stringere in eum, à quo linguæ beneficium accepimus, & sermone uti adversus authorem sermonis. Ideo Levit. 24. 16. scilicet Deus, ut qui nomen Dei blasphemaverit, mor-te moriatur; ibique Israelita, qui blasphemiam evomuerat in Deum, expresso illo insigni nomine *Iehovæ*, quo Deus à fictitiis Gentium numini-bus distingui voluit, lapidibus obruitur coram toto Israele.

IV. Interdictum hinc jurare per nomen Dei falso: Deum enim testem advocare ad mendacium, res est summe impia: sic enim falsi suffragator & approbator constituitur, & ita sua veritate, ac proinde sua Deitate ex-spoliatur. Et certè qui Deum pejerat, aut non credit Deum curare res humanas, quod est adimere Deo suam providentiam, aut si id credit, ma-joris facit probum aliquem hominem, quem in falsi societatem non au-deret advocate. Ideo Deus Zach. 3. 4. minatur maledictionem ingressuram in dñnum jurantis per nomen eius falso.

V. Veritatē hinc Deus nomen adhibere suum etsi veris, supervacaneis ta-men juramentis, ut non satis sit à perjurio abstinere, nisi etiam sciamus juramentum per nomen Dei non libidinis aut voluntatis, sed necessita-tis causa esse institutum, ut scilicet juretur in re gravi, non ludicra, idque non per jocum, sed summo cum tremore ac reverentia. Non autem aliunde prætendi potest necessitas, quām ubi vel religioni, vel charitati serviendum est, id est, ubi agitur de gloria Dei, de salute proximi, & de propriâ jurantis fide.

VI. Sequitur sanctio mandati per comminationem pœnæ quæ conti-netur his verbis: *Deus non habebit insontem eum qui assumperit nomen Dei in vanum*. Habere insontem aut innocentem non est facere innocentem, sed tractare ut innocentem. Est autem figura, quæ dicitur *læris seu peccatoris*, quā plus intelligitur, quām dicitur, ita ut, non tractabit tanquam inno-centem, sed gravissimè puniet. Similis *uians* habetur, 2. Reg. 12. 21. No-lite declinare post vanam, que vobis non proderunt, i. quæ vobis maximè nocebunt; sic, Non tractabit ut insontem, est gravissimè vindicabit. Hoc & gentibus fuit persuasum in mediis seculi sui tenebris, gravissimè à Deo puniri peruria, Tibullus:

*Si quis primò peruria celat
Sera tamen tacitus pœna venit pedibus.*

Deus autem nomen suum perjurio vel profano contemptu violentibus, pœnas à se minatur, ut sciant, qui talia perpetrant, etsi homines hoc igno-rent, aut punire negligant, Deum tamen vindicem non effugituros.

IN SECTIONEM XXVI.

R Eligio omnis quatuor nimirum pronuntiatis. *Primum est, unum esse Deum. Secundum Deum esse invisibilem & inconspicuum, ac proinde nihil esse eorum, quæ videntur, sed aliquid his sublimius. Tertium, Deum omnia, etiam interiores animi cogitationes internoscere, ac proinde res humanas curare, easque regere & quissimis arbitriis. Quartum, Deum esse opificem rerum omnium, ac proinde eum honorandum esse & colendum.* Hæc totidem Decalogi præceptis continentur: primo præcepto docetur Dei unitas; secundo natura ejus invisibilis & inconspicua, & ideo ejus imago extrui vetatur; nam, ut ait Philo, *πρόσωπον εικονογραφεῖν οὐτον, impium est imagine delineare eum, qui est invisibilis;* tertio præcepto adscribitur Deo cognitio & cura rerum humanarum, etiam cogitationum, quum invocatur Deus ut testis conscientia, ac perjurii vindex; quarto origo mundi Deo authori adscribitur, eumque colendum esse præscribit lex ipsa, in cuius rei memoriam institutum fuit Sabbathum: *Memento ut diem Sabbathi sanctifices.*

Hæc duo ab instinctu quodam communis naturæ sunt profecta, nempe indigere homines *ἀναγάγειν* quadam, & ut loquitur Josephus libr. I. antiquit. Judaic. cap. 2. *Ἐπὶ τῷ ἔργῳ συνέχεια, id est, à consuetis laboribus cessione,* quia, ut ait Poëta,

Quod caret alterna requie durabile nou est?

Deinde habendos esse dies aliquot *ιερωνίας*, causa, i. propter honorem divini numinis. Inde dierum distinctio apud omnes gentes recepta in *ἱεραῖς καὶ ἱεράσις, in dies festos & profestos.* Prisci illi homines rudissimi & incultissimi, teste Horatio epistolarum lib. 2. epist. 1.

Condita post frumenta levantes tempore festo

Corpus, & ipsum animum spe finis dura ferentem

Tellurem porco, Sylvanum lacte piabant.

Quum ait levantes corpus, habes ibi *εἴηνται* & intermissionem laborum ad vires corporis reficiendas, quum dicit tellurem porco, habes ibi *ιερωνίας*, id est, *sacerorum curam*, qualis vigebat apud gentes, superstitione & idololatria dementaras, & hoc non est tam hominum inventum, quam ipsius Dei, naturæ authoris, institutum, qui Sabbathum instituit, dum ait, *Memento sanctificare diem Sabbathi.*

Præceptum hoc quartum, duas habet partes, mandatum & rationem mandati. In mandato habemus 1. concessionem ut sex dies impendantur operibus ad vitam animalem conservandam pertinentibus, quæ continetur his verbis: *Sex diebus operaberis.* 2. iussionem de quiescendo ab illis operationibus septimo die, ut cultui divino sine ullo prorsus avocamento consacretur & impendatur; quæ habetur hisce verbis: *Recordare diem Sabbathi, ut eum sanctifices.* Ratio mandati desumitur tum ab exemplo Dei, qui sex diebus omnia fecit & perfecit, quievit autem die:

septimo; tum à Dei sanctificatione & benedictione: Deus enim diem septimam sanctificavit eique benidixit, quia diem istam à reliquis segregatam cultui suo dicavit. In sectione hac explicatur mandatum, in sequenti ratio mandati.

I. Quod attinet ad concessionem, Deus ait: *Sex dies operaberis.* Ubi sciendum est, hoc non tam esse mandatum, quam permissionem & indulgentiam, non mandatum, à quo ne vel tantillum quidem nobis sit deflectendum: potest enim aliquis unum diem hebdomadis feligere in quo deficat ab hujuscemodi vitæ negotiis, ut vacet divino cultui, & exercitiis pietatis totum se tradat. Concessio igitur est & indulgentia, ut quum ait Apostolus, 1. Corint. 10. 25. *Quicquid in macello venditur edite.* Præceptum non est, quasi non possit homo à carnibus quæ in macello venduntur, si velir, abstinere, sed est indulgentia, quâ Deus ius & libertatem homini concedit comedendi quaslibet carnes, quæ in macello venum exponuntur. Sic quum Deus dicebat Adamo, Genes. 2. 16. *De fructu omnis arboris hujus horti comedes, non imperium est, sed paterna potius indulgentia.* Comparili ratione, quum ait Deus, *Sex diebus laborabis,* non imperat, quasi necessitas nobis incumbat, sex dies solidos laborandi, sed indulget & concedit homini ius ad libertatem vacandi sex dies hujuscemodi vitæ negotiis & occupationibus & tractandi *רַבְעָמָג*, dum modo septimo feriemur, eumque impendamus divino cultui.

II. Ait, *Recordare diem Sabbathi, ut sanctifices ipsum.* Dicit, *Recordare,* quia non primùm instituitur Sabbathum, quum promulgatur Decalogus; sed in Decalogo sancitur, quod antea fuerat institutum: Deus enim ab exordio mundi diem septimum ad cultum suum sanctificavit, ut patet ex Gen. 2. 2. 3. *Quievit Deus ipso die septimo ab omni opere suo quod fecerat;* & *benedixit diei Sabbathi & sanctificavit ipsum.* Deinde, post eductos ex Ægypto Israelitas renovat Sabbathi institutionem, sic enim ait, Exod. 16. 29. *Videte quod Iehova vobis dedit Sabbathum, cessabit populus die septimo.* Quia verò ab hominum memoria oblitterata fuerat hæc institutio, ut adversus hanc obliionem præmuniantur animi, quia homini, rebus humanis plus æquo intento, facile irrepit rerum divinarum oblivio, Deus ait, *Recordando recordare;* Vel etiam ut Deus statim initio indicet hujus præcepti observationem serio ad animum esse revocandam, quia homines natura proclives sunt ad sua potius quam Dei opera procuranda.

Sanctificatio duplex est, una effectiva, quæ nova sanctitas nobis inhærens infunditur & re ipsa communicatur, hujusmodi est sanctificatio per Spiritum Sanctum: alia verò est relativa, quæ nihil aliud est quam destinatio ad usus sacros: hoc pacto præscribit Deus homini sanctificare diem septimum, id est, à communius usu, qui pertinet ad vitam animalem, illum separare, & Deo auctibusque religiosis, ad Deum uitamque spiritualem pertinentibus, consecrare.

Quod Judæi jubentur sanctificare, exprimitur in hoc præcepto, *הַתִּכְבֹּר יְיָהוָה, diem Sabbathi.* Joculare est audire, in quas absurditates igno-

rantia Hebraismi & rerum Judaicarum impulerit exoticos scriptores. Appion apud Josephum contra Appionem libt.2. ait, *Israëitas ab Aegypto pulsos*, exacto sex dierum itinere, ingenum ulceribus affectos fuisse & ideo septimam die quierisse, quam vocarunt Sabbathum à voce Aegyptiorum, qui ingenuis morbum vocant Sabbathos. Justinus histor.36.libr. & Tacitus libr.5. dicunt, Iudeis ex Aegyptopulsis, & septem dierum jejuno per Arabiae deserta fatigatis, Moses septimam diem qua famen illis finieat jejuno consecrassæ, illamque vocavisse Sabbathum: Notandum 1. Romanos gentis Judaicæ monum ignaros existimasse, Judæos Sabbathis jejunasse, Augustus Imperator apud Suetonium lib.2. cap.76. Ne Iudeus quidem, inquit, tam diligententer Sabbathis jejunium servat, quam ego hodie servari, quod tamen falsum esse intelligent rerum Judæorum callentissimi. 2. Notandum, eos arbitrari Sabbathum dici quasi septimam diem, quasi esse à voce, γεννητος, quod septem significat, quem errorem etiam erravit. Laetantius lib.7. c.14. *Dies Sabbathi*, inquit, *lingua Hebreorum à numero nomen accepit*. Hodie vel pueri sciunt, Sabbathum esse à verbo γεννητος, quod quiescere significat, ut interpretatur, quo nemo poterat melius, Joseph. libr.1. de antiquit. capit.2. loquens de Sabbatho, θυλαιοῦ διαβολοῦ, inquit, ἐγεννητος τούτου εἰδανος οὐτε τόπον οὐτε οὐρανον. Et lib.2. contra Appionem: Οὐασσατορ. inquit, ἐγεννητος τούτου εἰδανος οὐτε τόπον οὐτε οὐρανον.

Hæc autem dies, quam sanctificandam Deus præscribit, est septima à creationis exordio, ut appareat ratione præcepto annexa. Cujus septimæ diei religio per vetustissimam traditionem pervenit in omnes gentes, apud quas septima dies fuit in aliqua veneratione. Josephus libr.2. contra Appionem, εἶπεν δέ τοι μάντων, οὐδὲ βαπτίζεται εἰς τὸν Θεόν, οὐδὲ φέρεται τὸν εἰδώλον τοῦ Δημητρίου νησί τοῦ Εὔοστου τοῦ Σαμφορτικού, id est, Nulla est cœritas, Graecorum aut Barbarorum, neque gens ulla, ad quam diei septimæ, in qua vacanæ, consuetudo non pervenerit. Tertullianus Apologeticæ cap.16. id disertè asserit, Ethnicos diem Saturni, qui erat septimus otio & quieti assignare, Diem Saturni, inquit, otio ac quieti decernunt Romani, apud quos recepta non erat septimana ista νηστεῖα, sed iūdææ, seu octava dies: nudina enim Iovis feria nono quoque die recurrebant, tamen existimabant, diem septimam esse sacram, rebus agendū inutilem, & inauctoriam. Ovidius libr.1. de arte amandi:

Rebus minùs apta gerendis

Cultæ Palestino septima festa viro.

Sanctificanda erat hæc dies 1. vacando cultui divino. 2. quiescendo ab omni opere servili, quod LXX. vertunt λατρῶν, quod pertinebat ad usum hujus vitæ animalis. Hoc Tertull. libr.2. adversus Marcionem cap.21. vocat opus humanum, ut à divino distinguat. Certa est, inquit, distinctione Sabbathi humana, non divina prohibentis: Ideo qui Sabbathis lignatum ierat, morti datus erat, suum enim opus fecerat lege interdictum, qui vero arcum fæderis circumtulerunt, impunè gesserunt, non enim suum opus, sed Dei ex prescripto ipsius administraverant: Sic qui hostias cædebant & immolabant in templo, et si laboriosa essent hæc opera, non reprehendebantur tamen, ut ait Christus Matth.12.5. quia non sua sed Dei opera patrabant. Quænam autem fuerint opera illa humana, à quibus cef-sandum erat, Scriptura disertè docet: Vocabantur arare & metere, Exod.

16. v. 23. 24. ignem accendere, quod Philo Judæus vocat πῦρ ἀνάτειν, Exod. 35. 3. Philo Judæus in lib. de vita Mosis addit, non licuisse lites exercere & judicia. Extat apud Josephum lib. 16. cap. 10. editum Cæsaris Augusti, quo sancitum erat ne Judæi cogerentur ad vadimonia præstanta Sabbathis, aut ἡ ωλγενδην ἦ ab hora nona (quæ fiebat die Veneris.)

Judæi quidam plus æquo superstitioni τῷ πνεύματι nitentes, ulterius hoc præceptum, quam par erat extendebat, statuebat enim die Sabbathi sine ulla exceptione cessandum, ac ne hosti quidem occidenti resistendum esse, ac proinde mortem potius oppetendam, quam die Sabbathi se se defendere. Hunc rigorem temperavit Matthias Macchabæus; quo authore decretum est, ut hoste invadente, & vitam eripere con. int̄ tentaretur defensio, i. Macchab. 2. 41. & Josephus libr. 12. cap. 8. μωρτοῖς, inquit, καὶ συλλέγοντος ἐπίστροφην πάχειαν, in præsentissimo, scilicet vitæ periculo, quod si hostis non adoriretur, nec mortem intentaret, sed solummodo turres strueret aut aggeres, aut cuniculos foderet, aut aliud aliquid simile moliretur, cessandum nihilominus esse, nec violandam Sabbathi religionem. Ideo cum Pompejus in obsidione Jerosolymorum fossas cavaret, turres erigeret, quibus postridie uteretur, Judæi se se nullo modo movebant, & ita capta sunt Jerosolyma, Joseph. lib. 14. cap. 8. antiqu. Quare dicendum est, observationem Sabbathi rigidam cedere operibus charitatis, & misericordia necessariis : quæque in sequentem diem differri non possunt, quia vult Deus misericordiam, non sacrificium, i. ceremonias; non fuit enim factus homo ob ceremonias, sed contrà. Unde Christus discipulos excusabat, qui fame pressi spicas conveltebant, & confricabant ad cibum die Sabbathi, Matth. 12. eos etiam qui bovem suum aut asinum sollevabant die Sabbathi & aquatum ducebant, Luc. 14. 5. Quare ridendum se se propinavit miser ille Judæus de quo Matthias Paris Ann. 1260. qui cum incidisset in latrinam die Sabbathi propter reverentiam diei non permisit se extrahi usque ad diem sequentem, & ita eum mori contigit in foetore.

III. Tribus ex causis datum fuit hoc mandatum: prima est, ut esset signum & typus quo significaretur quies spiritualis quam habemus in Christo. Videte ut Sabbathum meum custodiatis, quia signum est inter me & vos, ut sciatis, quod ego sum Dominus, qui sanctifico vos. Idem repetitur Ezech. 20. 12. sed diserte Apostolus Colossi. 2. 16. Ne quis vos damnet ob cibum & potum, aut respectu festi, aut novilunij, aut Sabbathorum, quæ sunt umbra rerum futurarum; et corpus est Christi. Quies autem spiritualis, quam habemus in Christo, & quæ Sabbathio prælignificabatur, duplex est: prior, quies à pena peccato debita, quies ab horroribus conscientiae, & penitissimo ira divinae sensu, animum tanquam occulto flagello torquentे: Nulla est igitur condemnatio iūs qui sunt in Christo Iesu, Rom. 8. 1. Iustificati fide pacem habemus erga Deum per Iesum Christum, Rom. 5. 1. Hæc est quies, ad quam oneratos & fatigatos ad se vocabat Christus, Matth. 11. 28. Venite ad me omnes qui fatigati estis & onerati, & ego faciam ut requiescatu. Utitur verbo οἰκανώω, unde οἰκανώω, quies Sabbath-

Sabbathi. Altera quies, per Sabbathum adumbrata, est cessatio ab omnibus operib. vitiosis, & importunis peccati agitationibus, ut Deum habeamus in nobis operantem : & quia hæc quies inchoatur in hac vita, perficietur autem in gloriose futuri seculi complemento, ideo Sabbathum symbolum est & typus æternæ felicitatis, quæ idcirco vocatur ab Apostolo, Hebr.4.9.11. *Sabbatismus & quies* : quiescent enim beati. 1. ab omnibus vitiosis actionibus, erunt enim perfectè sancti, quia Deum perfectè cognoscent, 1. Corinth.13.11. 2. quiescent ab omnibus malis, quæ per peccatum investita sunt in mundum, quod Scriptura vocat *requiescere ab operibus suis*, Apoc.14.13. 3. quiescent ab importunis hujuscæ vitæ occupationibus, quæ tota elabitur in cibis ingerendis, digerendis & egerendis, erunt enim *idem*, Matth.22.30. 4. requiescent etiam ab iis pie-tatis exercitiis, quæ media sunt ad finem ordinata, ut sunt auditio verbi, participatio Sacramentorum, preces, quibus reclamamus Dei misericordiam in miseriis & necessitatibus nostris, nulla enimerit ibi necessitas, quia felicitas non est *éstantia*, sed *abstinentia*. Denique, requiescent ab operationibus quarundam virtutum, cuiusmodi sunt resipiscientia : ibi enim nullum erit peccatum; patientia, ibi enim nullus dolor, iustus nullus; misericordia, misericordia enim locum non habet in cœlo, à quo exultat, omnis miseria. 5. ad figurandam spiritualem quietem Deus septimam diem selegit potius, quam aliam, quia quum septima die omnia à Deo fuerint perfecta : Numerus Septenarius in Scriptura est numerus perfectionis, quare aptus est ad denotandam perpetuitatem quietis spiritua-lis, quæ abdicatis omnibus carnis cupiditatibus, & voluntati propriæ renuntiantes, feriamur ab omnibus vitiosis actionibus.

II. Quum septima dies sit ultima hebdomadis, hoc pacto voluit Deus nos admonitos, sperandam non esse quietis spiritualis perfectionem, nisi in ultima illa & decretoriâ die, in quâ caro penitus profligata erit, & peccatum prorsus abolitum. Denique, voluit Deus septima die hominem quiescere, ut exemplum Dei fecutus, qui septima die quievit à suis ope-ribus, Creatori suo redderetur conformis : de quo plura in sectione se-quenti.

IN SECTIONEM XXVII.

Poterat Deus eodem momento, quo mundus condì cœpit, eum absolu-re, quia Deus ad mundi creationem virtutem adhibuit infinitam, quæ nullo tempore capitur aut distinetur : Sed quia non agit Deus quantum potest, sed prout sapientiæ ejus convenit, ideo non unico mo-mento mundum condidit & exornavit, sed in momento cœlum & ter-ram creavit, postea verò spatio sex dierum mundum perfecit & decore suo exornavit. Perfecto sex diebus Universi opere, veluti defunctus omni labore, Deus septimo demum die quievit. Hoc exemplum voluit

nos Deus imitari, & ut Deus die septima quievit ab operibus suis, ita voluit ut septima die ab operibus nostris quiescamus, & ut curis omnibus soluti diem septimum illius cultui impendamus, & hæc est ratio mandata ab exemplo Dei desumpta.

I. Quievit Deus, non prout quies laßitudinem & fatigationem præsupponit; non laßatur nec defatigatur Deus, qui creavit terminos terra, Esa. 40.28. *Defatigatio*, ut annotavit magnus Philosophiaë mysta Scaliger, exercit. 76. §. 4. est deficientia virtutis motiva, oritur autem ex non convenienti proportione, quæ intercedit inter motum & motorem: Nam, ut ait Seneca, *debet esse semper plus virium in auctore, quam in pondere;* vel ex instrumenti consumptione aut depravatione; consumptione, ut in visu, solutis aut consumptis penitus spiritibus: depravatione, ut quum spiritus refrigerantur in nervis. Hæc de Deo dicere nefas. I. Deus nunquam est deficientis virtutis, quoniam est infinitè potens, nec unquam esse potest non conveniens proporcio inter Deum & inter id quod agit Deus, immo Deus excedit exsuperatque eminentia virtutis quodlibet motum, quoniam est infinitæ virtutis, omne autem opus Dei finitum est: nec etiam retardatur Deus instrumenti vel consumptione vel depravatione, quia Deus non usus est instrumento ad mundi creationem. Et sanè risum nobis debet Vellejus Epicureus apud Ciceronem lib. I. de natura Deorum, qui, creationem irridens & subsannans, rogat, *qua ferramenta, qui rectes, qui ministri fuerint tanti muneris.* Quicquid operatur Deus, per solum voluntatis actum operatur, & ut loquitur Scriptura sacra, *verbo suo: Cœli verbo Dei facti sunt & omnis exercitus eorum Spiritu oris sui,* Psalm. 33.6. Non minus scitè quam verè August. tract. 17. in Johann. Non defecerat, qui verbo fecerat & quievit igitur, quia cessavit ab operibus quibusdam. Dico quibusdam, non omnibus: Christus enim ait, Johann. 5.17. *Pater meus hucusq; operatur, & ego operor.* Quod est intelligendum, ut ait Nazianzenus orat. 36. *¶ τις ἦν μετανοοῦσας οὐατηφόρος,* id est, *ratione gubernationis & conservationis,* sed non quievit etiam Deus ab omni proflus productione: actiones enim causarum secundarum Deo ut primæ causæ solent adscribi. Sic dicitur Psalm. 65. & 104. pluviam effundere, totitrua excitare, fulmina jaculari, ventos ciere, terram floribus herbisque vestire: *Formatio corporis humani est actio, quæ Deo refertur accepta,* Job. 10.10. *Sicut lac fudisti me, sicut caseum coagulasti me: cute & carne induisti me, ossibus & nervis texisti me.* Non igitur otio torpescit Deus, sed semper operatur. Rectè Maximus Stitius orat. 5. si loco Διός ponatur Deus: *καὶ ὁ Διὸς γέλως ἡμῶν.* Quidam ajunt, non cessare Deum à rerum productione, sed tantum à creatione rerum: quod tamen non est verum. Nonne Deus quotidie format animas hominum? Deus his elo-giis insignitur, Zachar. 12.1. *Qui extendit cœlos, fundat terram & format animam hominis in eo.* Ideo vocatur Pater spirituum, Hebr. 12.9. *Productio autem animæ, quæ spiritualis est, & immaterialis, non est generatio sed creatio.* Unde verissimum est Theologorum effatum: *Deum in ipso fecit, & humani corporis rudimento, fundere animas & fundendo creare.* Quare dicendum est, Deum quie-

quievisse à mundi conditi & absoluti creatione & à creatione novarum specierum, quæ pertinent ad mundi perfectionem & complementum.

Hoc exemplum voluit Deus nos imitari, ut quemadmodum ipse septima die quievit à mundi creatione, sic nos ab operibus nostris, quæ pertinent ad animalem vitam feriemur, ut curis omnibus soluti, divino cultui vacemus *ā dñe carnis us*, quod tamen exemplum non valeret, nisi præcessisset Dei præceptum: neque enim in omnibus Deum debemus imitari, sed in his tantum, de quibus habemus expressum Dei mandatum. Et tamen fuere quidam hostes Judaicæ religionis, qui imitationem istam non verentur subsannare. Rutilius in Itinerario:

Septima quaque dies turpi damnata veterno,

Vt delassat turpis imago Dei.

Altera causa ob quam institutum est Sabbathum est politia Ecclesiastica, scilicet præscribit Deus, ut fideles in unum hac die convenientes procul hujuscemodi vitæ negotiis in legitimo Dei cultu sanctè & solenniter se exerceant, id est, contemplationi mundi, gratiæ divinæ meditationi, auditioni divini verbi, Sacramentorum participationi, sine ulla distractione & avocamento vacent. Homo non est totus spiritus, ut Angelus, neque totus corporeus, ut bellua; sed ut ait Nazianzenus, est animal *πεπονικός τούτος οὐ λογικός καὶ θεατής*, Spiritum habet ut Angelus, & corpus *σωματικός τούτος οὐ λογικός*, sicut bestia. Sic homo fidelis duplum habet vitam, animalem unam, quæ oritur ex unione animæ corporisque; spiritualem alteram, quæ oritur ex unione animæ cum Deo, ipsius Spiritu tanquam anima cœlesti ac immortali vita eos vivificante. Quare est convenientis, ut fideles omnibus curis soluti, & ab omnibus hujuscemodi vitæ *πραγματείαις*, operationibus remoti, totos se contemplationi rerum tradant & componant. Nec est etiam rationi consentaneum, ut homo quasi esset ventri tantum & abdomini natus, in conquirentis hujuscemodi vitæ animalis præsidii semper occupetur, eaque tantum sequatur, quæ rabide insequitur impetus belluarum, & interea animum istum, origine cœlestem & divinum, mortalium rerum cura ac solitudine sinat obrui. Sed voluit Deus ut aliquod tempus impendat in comparandis iis quæ pertinent ad vitæ animalis & corporis conservationem; septimum autem totum integrumque impendat divino cultui, exercitiis pietatis, aliisque rebus, quæ pertinent ad vitæ spiritualis conservationem. Narrat Ciceron Tusculanæ quintâ, Pythagoram solitum dicere: Similem sibi videri vitam hominum, & mercatum illum, qui habebatur maximo ludorum apparatu, totius Græciæ celebritate: alii emebant & vendebant, alii coronam corporibus exercitatis petebant honestissimi quiq; spectandi tantum causa veniebant: Sic in hac vita emunt & vendunt alii, alii gloriæ velificantur, alii vero, rebus istis caducis pro nihilo habitis, contemplandis rebus totos se tradunt & componunt. Nos paulò aliter eos honestissimos vocamus, non qui nunquam emunt aut vendunt, non qui honores nunquam consequantur, non qui rerum mortalium curam omnem abjece-

cerunt; nulli enim ejusmodi esse possunt aut debent; sed omnes necessaria hujus vitæ præsidia inquirere & parare tenentur, dicente Deo: *In sudore vultus tui panem comedes*, Gen.3.19. & Apostolo, *Si quis nolit operari, etiam non eduto*, I. Thess.3.10. sed illi commendabiles sunt qui dies aliquod impen dentes operibus quæ pertinent ad corporis vitæque animalis sustentationem, diem saltem unum divino cultui consecrant, in quo mentem à rerum mortalium cura avocatam, ad rerum divinarum & cœlestium contemplationem, quæ est animæ cibus & alimentum, erigant.

III. Tertia causa institutionis Sabbathi est, ut servis & operariis detur sua à labore remissio, tum proper communem rationem divini cultus, qui omnibus tum liberis, tum servis præscribitur; tum quia Deus servis prospectum esse voluit, ne servi continuo opere lassati & indesinenti labore defatigati tandem desicerent, & ita Israelitas exuit immitti ingenio eosque format ad humanitatem. Deus hanc causam proposuit, Deut.5.14. *Vt quiescat servus tuus & ancilla tua, sicut tu*: & Exod.23.12. *& respi ret filius ancilla tua*: Imd & jumentorum & bovis & asini aliquam voluit haberi rationem. 1. Sabbathum sanctificari non potuit ab Israelitis; occupati enim in regendis iumentis, non potuissent à laboribus suis ferrari. 2. Ut sic humanitati & misericordiæ assuefierent, & benignè jumenta tractantes, mitiū agerē discerent cum hominibus. Hujus bonitatis in brutas animantes vestigia quædam extant apud Gentes, à religione Dei penitus aversas; lege cautum olim fuit, ne bovem arator occideret; Athenienses mulam senio consecrata publico sumptu alendam censuere: Idem pulsarunt in exilium puerum qui aviculis oculos eruebat.

In hoc præcepto est aliquid ceremoniale, aliquid verò morale & observationis perpetuæ, ac necessariæ: *Morale* est ut aliquis è septem diebus septimanæ ad solennem Dei cultum feligatur, quem fideles, cæteris curis & negotiis longè sepositis, audiendo & meditando Dei verbo, precibus publicis, & sacramentorum perceptioni liberius & attentiùs impendant: *Ceremoniale* verò est quod Sabbatho rigidaque ejus observatione quies spiritualis adumbraretur, quod etiam typus esset & symbolum quietis æternæ; quod est morale, est perpetuæ & necessariæ observationis, nulli enim sunt homines, qui non obstricti teneantur hoc præcepto, ad cultum Deo exhibendum; quod est ceremoniale, & umbra rerum futurarum, id abrogatum est cum cæteris umbris, quarum corpus sit in Christo; *Ne quis vos damnet ob cibum & potum aut respici festi aut novilunii aut Sabbathorum, quæ sunt umbra rerum futurarum*: At corpus est Christi, Col.2.16. Quare ut Sabbathi Judaici jam antiquati superstítio ex hominum cordibus evelleretur, Apostoli primum hebdomadis diem substituerunt & subrogarunt in locum Sabbathi, in quo fierent conventus, auditioni verbi, precibus publicis & fractioni panis vacaretur, non quia tum primum lux mundo illuxerit, sed quia tum primum lux mundi Christus excitatus est è mortuis, atque ita novus quasi mundus emersit, ideo vocata est hæc dies novenaria, Apoc.1.10.

IN SECTIONEM XXVIII.

Hominis officium pietate in Deum & justitia in homines continetur: pietas unit nos cum Deo, justitia cum hominibus: pietas Deo reddit quæ sunt Dei; justitia verò reddit hominibus quæ illis debentur; ejus enim officia sunt, neminem laedere, jus suum cuique tribuere. Hæ duæ virtutes indissolubili vinculo connectuntur, ut una non possit ab altera disjungi, qualem enim dices esse justitiam quæ hominem non vexat furcis & rapinis, si gloriam divinæ majestati debitam immani sacrilegio furaris? Qui enim fieri potest ut Deum ames, quem non vides, si hominem non ames quem vides? qui Deum ames qui infinitè distat & abscedit à nobis, si hominem non ames, qui ejusdem naturæ societate conjunctus est? Denique, ut Deum ames qui est exemplar, si hominem non ames qui ad imaginem Dei decenter effictus est? Ideo Deus totam suam legem in duabus tabulis comprehendit, priori præscribit officia pietatis in Deum, altera verò justitiae in proximum. Exposita sunt priuilegia tabulæ præcepta, explicanda jam veniunt præcepta secundæ tabulæ.

Inter homines proximi Deo sunt parentes, quorum ministerio Deus usus est ut nos in hoc theatrum Orbis induceret: quare honori Dei secundus est honor qui parentibus debetur, ideo eodem nomine nuncupatur ac reverentia, quæ Deo debetur, dicitur enim *Uncia*, pietas, Cicero in partit. Orat. Erga Deos religio dicitur, erga parentes pietas. Ideo duo illi fratres qui accensæ Catinâ, Siciliæ urbe, patrem & matrem, ut ait Valerius Maximus libr. 5. cap. 4. humeris per medios ignes Aetnæ portarunt, pietate sunt celebres: Antonius de uirbe Catina, hanc a m bütorum fratum pietate celebrem ait: eorum sepulchrum, referente Solino cap. 5. vocatum est campus piorum: Sic Antoninus Imperator dictus est Pius iunior, vel quod saceri, ætate confecti, anxios gressus manu levasset, vel quod Adriano patri post mortem immensos honores exhibendos curasset; ludi Puteolis in ejusdem honorem instituti Dialia seu *Uncia*, nuncupati sunt. Primum secundæ tabulæ præceptum de parentibus honorandis, cæteris, ad humanam societatem pertinentibus, præponitur. Ejus sunt duæ partes, mandatum ipsum, *Honora patrem & matrem*, & promissio mandato annexa, *Et prorogabuntur dies tui supra terram*.

Primo per patrem & matrem progenitores intelligimus: Mater adiungitur Patri, ne ob imbecillitatem sexus despiciatur ducatur: leges humanæ solis ferè consulunt patribus ob sexus eminentiam, Deus tamen in honore & obsequio præstando patrem & matrem conjunctim profert, Proverb. 23. 22. *Ausculta patri tuo qui genuit te, neque contemnes, quum sequerit, matrem tuam*: Exod. 21. 15. *Qui percussit patrem aut matrem mortem morietur*, &c. v. 17. *Qui maledixerit patri vel matri morte moriatur*. Quum stringitur maledictio in liberos rebelles, tum patris tum matris habetur ratio, Prov. 30. 27. *Oculum qui subsannat patrem aut spernit obedientiam matris, effodient corvi*.

vallis. Et ratio est in promptu, quoniam à matre sicut à patre esse seu vitam habemus & mater multos subit dolores, molestias multas sustinet in liberis pariendis, educandis, elocandis, quarum magnitudine deterrita, apud Euripidem, Medæa, dicebat, malle se ter ad propugnaculum stare quam semel parere.

Honoris voce multa intelliguntur: Primo amor quo filii debent prosequi parentes suos; summa enim præceptorum secundæ tabulæ est, diligere proximum, quis autem nobis est magis proximus quam pater & mater, cuius nos sumus caro, sanguis, viscera? Deinde, beneficia nobis collata debent nobis conferentis amorem conciliare, à quo autem plura vel maijora beneficia accepimus quam à parentibus, à quibus, ut ait Cicero, vita, patrimonium, libertas, civitas nobis tradita est; à quibus denique ut instrumentis divinæ potentiae accepimus quicquid sumus & quicquid habemus. Deinde, amoris pretium est amor, Seneca epist. 9. *Monstrabo tibi amatorium sine medicamento, sine ullius Venefica carmine: Si vis amari, ama.* At quantus est amor parentum in liberos, quæ non subeunt illi pericula? quos non exantlant labores? quas non devorant & concoquunt molestias pro liberis, ut iis bene sit? quem luctum non percipiunt ex acerbo illorum interitu: Judæi quum Christum viderunt lacrymantem ad sepulchrum Lazari tum fœtentis, dixerunt, *Ecce quomodo amabat eum*, Joh. 11.36. At quum liberi morte immaturâ parentibus eripiuntur, quo moere non conficiuntur? quas lacrymas non effundunt? quæ supiria ex imo corde non trahunt? in quas lamentabiles voces non eiumpunt? David, auditâ morte Absalonis nebulonis perditissimi, & in omnem nequitiam profligatisimi, qui conjuraverat in vitam patris, eique coronam & caput coronæ suppositum eripere tentaverat, exclamavit, *Fili mi Absalon, fili mi Absalon, utinam essem in tuo loco, fili, fili, mi.* Quis igitur tam frutex, tam caudex, tam lapis, tam fero immittique ingenio, qui parentes sui amantissimos non redamet? Deinde, intelligitur reverentia quæ illis debetur, hoc enim propriè significat honor qui defertur propter dignitatem & eminentiam; est enim honor testimonium quoddam alienæ excellentiæ, quod præstatur vel sermone, dum honorificam facimus alterius mentionem, vel gestu, qui varius est, secundùm variarum gentium ritus, sic honorandi parentes. 1. Sermone, ut nunquam de illis nisi cum honore loquamur. 2. Ritibus, ut illis assurgamus, caput aperiamus, equo desiliamus, semita cedamus, corpus inclinemus & prosternamus. 1. Propter *τιθεσθαι*, sunt enim superioris, filii autem inferiores, inferiores autem superioribus debent honorem: 2. Propter *τιθεσθαι* & potestatem in liberos, quæ maxima est & omnium prima, ideo Deus sic populum suum alloquitur, Malach. 1.6. *Sipater ego, ubi honor meus?* sic Josephus, et si in summo regni fastigio collocatus, solique regi secundus, coram Jacobo patre suo inclinavit se, & incidit in faciem suam, Genes. 48.12. sic Salomon in solio suo sedens Bersabeæ, matri suæ venienti ad se, assurrexit, obviam illi factus est, & incurvavit se, ei solium curavit apponendum,

eam-

eamque sedere fecit ad dextram suam. Marcius Coriolanus, Romam obfitione premens, matri suæ venienti ad expugnandum ferocem ejus animum, assurrexit & de sede sua descendens occurrit, Livius Decad. I. cap. 2. & Plutarchus in ejus vita. Sed memorabilis est historia quæ habetur apud Aulum Gellium, noct. Attic. cap. 2. is narrat, patrem aliquem privatum & ejus filium Cretæ Provinciæ præsidem Romanum Athenas ad Philosophum Taurum discendi gratiâ venisse, quumque ibi apposita esset unica sella, pater filium Magistratum ad sedendum invitavit, Taurus patrem sedere jussit quumque assedit, hac de re differuit Philosophus, & hæc ejus sententia fuit, in publicis locis atque muneribus quibus filius Magistratus præsit, debere privati patris jura paululum interquiescere; sed extra rem publicam, in domestica re, quum ambulatur, quum in convivio discumbitur, tum publicos Magistratus honores cessare, naturales & genuinos, qui patri debentur exoriri.

Significatur etiam per honorvm obsequium & obedientia, Apostolus Ephes. 6.1. postquam dixisset, Filii obedite parentibus vestri, statim addit illustrationis & confirmationis gratiâ, scriptum esse, Honora patrem & matrem: Sensus igitur hujus præcepti, Honora patrem & matrem, est iste, Filii obedientie parentibus vestris; & ratio ipsa suffragatur: sunt enim causæ superiores & inferiores, quando inferiores subduntur motioni causarum superiorum, laudabilis est actio & ritè ordinata; At si causæ inferiores exeant & desciscant ab ordine causæ superioris ejusq; virtuti non subjiciantur, sequitur ἀξία & vitiositas, hic tres sunt Deus, pater, filius: filius subjecitur patri & pater Deo, si pater Deum præcipientem non audiat, si filius patri imperanti non auscultet, peccatum est & anomia, filius enim debet obedientiam patri, & pater Deo; sed hic sciendum est, præcepta parentum vel esse de rebus justis, bonis & præscriptis à Deo, ut Deus timeto, vel de rebus malis & à Deo vetitis, ut Incurvato te toram imagine, vel de adiaphoris, quæ neque prohibentur neque præscribuntur à Deo, ut abstinentia à vino Recabitis olim à patre mandata: In primo casu, quum justa & bona imperantur à parentibus, filii tenentur obsequium & obedientiam præstare, ita ut filius, qui renititur, & inobedientem se præbet; & primum primæ tabulae præceptum transgrediatur, Non habebis alios Deos coram me: Et primum secundæ tabulæ, Honora patrem & matrem. In secundo casu quum præcipiuntur res à Deo prohibitæ, certum est, non deberi obedientiam à filiis, est enim axioma indubitatæ veritatis, Satius est obedire Deo quam hominibus. Act. 4.19. Et Apostolus Ephes. 6.1. quum dixisset Filii obedite parentibus vestri, statim addit, in Domino, id est, ita ut non violetur Dei obsequium, ita ut Deo sua constet authoritas. In tertio casu quum à ἀγροεστρα præscribuntur à parentibus, filii parentibus debent obedientiam: Apostolus enim Col. 3.20. ait, Filii obedite parentibus in omnibus dummodò hoc sit in Domino, quod ex versu superiori repetendum est 2. Cor. 6.9.

Denique, honor significat gratiam referre & gratiæ relationem, quam filii præstare debent parentibus, honoris enim significatione intelligitur.

omne pium officium & subsidium, id est, collatio omnium quæ necessaria sunt ad animalis conservationem, sic accipitur, 1.Timot.5.3. *Honorare viduas, quæ sunt verae viduae, id est, quæ præsidio humano destitutas sunt & dignæ sunt curâ & sollicitudine Ecclesiæ, illæ honorandæ sunt, id est, illis subministranda sunt, quæ faciunt ad vitæ animalis conservacionem;* Sed disertiùs ejusdem cap. v. 17. *Qui bene præsum Presbyteri, duplice honore digni sunt:* Addit Apostolus scriptum esse, *Operarius dignus est sua mercede;* Honorare igitur hic significat mercedem rependere, ideo merces, quæ ejusmodi operatiis retribuitur, dicitur *honorarium.* Honorare igitur parentes, est illis subministrare omnia huius vitæ præsidia, quod æquum esse & justum dictat ipsa natura, ut vitam eorum conservemus à quibus accepimus nostram & ut eos nutriamus à quibus sumus educati, Apostolus Eph.5.4. liberos adhortatur ut vicem rependant parentibus, quod Græci uno verbo dicunt *αἰτινλαργύρ,* vicissim rependere gratiam ciontarum more, quia Ciconiæ, ut est apud Aristotelem lib. 9. de histor. Animal. cap. 13. solent parentes senio confectos *αἰτιντέφερ;* Et Plinius lib. 10. cap. 23. genitricum senectam invicem educant, quod est etiam uno verbo dictum à Græcis *μητέρας οὐ μετοπέρ.*

Haec enim de mandato, subjungitur promissio præcepto annexa ad torporem nostrum excutiendum, nosque tanquam acerrimo quodam aculeo excitandos ad honorem parentibus exhibendum, *Vt sis longavus super terram, quam tibi dedit Dominus,* ideo præceptum hoc vocatur ab Apostolo *primum cum promissione,* Ephes. 6.2. intellige promissionem specialem & particularem unius præcepti obseruationi annexam: nam illa quæ continetur in secundo præcepto est misericordiae generalioris promissio, & est adjuncta non unius præcepti sed totius legis observationi, promittit enim Deus diligentibus se misereri in mille generationes. Est autem hæc promissio huic præcepto admodum accommodata, eis enim qui honorant parentes hujuscemodi vitæ organa, promittit Deus diuturnam vitæ hujus fruitionem, & qui obsequium præstant iis, quorum opera Deus usus est ad nos in hanc lucem inducendos, eis diuturna hujus lucis promittitur usura: tacite verò immorigeris & contumacibus filiis vitæ brevitatem minatur, quod etiam ipsos Ethnicos solius rationis lucem sequutos natura docuit, elegans est locus, qui habetur apud Homerum Iliad. 4. *ιδε τηλεσθεντα φίλους, οὐδεποτε, &c. i. Brevi vita fuit, quia non dedit generibus alituram.* S' dicas, quomodo Deus promittit diutunitatem hujus vitæ tot miseriis involvæ, tot calamitatibus conflictatæ. *Reph.* Distinguendam esse vitam à miseriis, quæ illam comitantur. Miseriae non pertinent ad naturam & essentiam vitæ, & ut rubigo non est de natura ferri, sed accidens ferro ad natum, sic miseria non sunt de essentia hujus vitæ, sed in vitam per peccatum sunt inventæ: quare ut miseriae sunt effectus peccati, ita vita quæ hujusmodi miseriis obnoxia est propter peccatum, maxima est Dei benedictio & bonum magni aestimandum: *Vita enim est iuste rei viventis: Εἴ τοι τῆς ζωῆς τὸ θεῖον, inquit Philosophus libr. 2. de Anima*

cap.4. Esse autem est tenuis & adumbrata illius esse quod est in Deo per essentiam participatio, &c, ut ait Nazianzenus οὐ πότερα τί τοῦ καλοῦ. Deinde, longa vita promittitur quatenus est Dei benedictio : Benedictio autem quia est divinæ gratiæ documentum; miseriæ autem quæ vitam istam mortalem sequuntur, non obstante quominus vitæ diuturnitas sit divinæ gratiæ documentum, quia fidelibus omnia cadunt in bonum, ut ait Apostolus Rom.8.28. Ideo Apostolus citans hoc præceptum, Eph.6.3, ait, *Vt bene tibi sit, ut sis longevus super terram.* Non ergo promittitur diuturnitas vitæ tantum; sed vitæ cum benedictione Dei conjunctæ, quæ sola facit ut nobis bene sit : Quod si contingat filium obsequentem in ipso ætatis flore morte acerba è vita abripi, non ideo tamen Deus non stat promissis, quum enim longævitas non promittatur nisi quatenus est Dei benedictio & divinæ gratiæ documentum, quum Deus gratiam in ipsa fidelium morte largius & uberiori effundat, ipsos è vitæ hujus turbinibus extractos ad portum gloriæ immortalitatis deducendo, Deus nihilo minus promissa præstat, et si filium obsequentem immatura morte eripiat è vita. Adde quòd qui minùs pollicetur & majus præstat, ut qui quadrantem pollicetur & assēm integrum largitur, aut qui assēm promittit & scutum dat aureum, is censetur liberasse fidem suum, quia totus quadrantis valor in assē, & assis in scuto aureo continetur, comparili ratione Deus filium morigerum eripiendo è vitæ hujus miseriis, eumque vita immortali & gloria donando, promissionem de vitæ diuturnitate adimplēt, quia plus largitur quām pollicitus erat, quum tota hujuscē vitæ perfectio, omniaque quæ illam comitantur bona, in vita illa immortali & undiquaque beata, nobilio & excellentiori modo comprehendantur. Quum autem promittitur longævitas in terra quam dedit Dominus, primariò quidem intelligitur terra Canaan, in qua vitæ diuturnitas promittitur Judæis, præceptum hoc præstantibus : Secundariò verò intelligitur tota terra quia terra est Domini & à Domino datur hominibus incolenda, Psalm. 115.16. *Ipsi cœli sunt Iehova, terraq; quam dedit filiis hominum :* pollicetur ergo Deus filiis obsequentibus terram, quam habitant, & speciali Dei misericordia fore illis commodum, & beatum hospitium.

Præceptum hoc longius extenditur, quām verba ipsa sonant, per parentes. n. omnes superiores intelliguntur, ut sunt Domini respectu servorum, magistratus respectu populi, Reges & principes respectu subditorum: Deus enim per synecdochen in hoc præcepto, sicut & in aliis multis, totum genus completitur; quare servi Dominis suis, etiam difficillibus & morosis obsequium debent, ut ait Petrus 1. Epist. 2. 18. & Eph. 6.5. Idem dicendum est de Regibus & Principibus: Deus enim hominibus regendis, gubernandisque homines præfecit, quorum opera & ministerio humana societas foveretur & sustentaretur; Reges igitur esse à Deo, præter publicum omnium gentium consensum, docet ipse Apostolus, Rom. 13.1. *Non est potestas nisi à Deo, & quacumque sunt potestates, sunt à Deo ordinatae.* Itaq; quicunq; se opponit potestati, Dei ordinationi resistit. Vocatur hæc quidam ordinatio.

*homo humana à Petro 1. Epist. 2. 13. non quidem quod sit ab hominibus exco-
gitata, sed quod sit inter homines instituta: Est ergo divina ordinatio
respectu authoris primarii, humana vero respectu termini seu subjecti,
quod sit inter homines & per eos fiat, ut homo homini imperet sub Deo.
Neq; Reges tantum esse à Deo, sed etiam Deos non servilis Ecclesiarum
ascentatio in gratiae lenocium effinxit, sed ipsam in sacris literis Veri-
tas expressit, *Dixi. Dii estis & filii excipi vos omnes*, Psalm. 82. 6. quem locum
citavit Christus Johan. 10. 34. Dii itaque vocantur non natura velescen-
tiā, sed quia Dei Optimi Maximi vice funguntur & ejus imaginem mor-
talium oculis exhibent, eis igitur obtemperandum esse Scriptura diser-
te præscribit, *Subjecti stote cuius humana ordinationi propter Dominum: sive Regi,
ut qui supereminat; sive praesidibus, 1. Petr. 2. 13. & 4. 17. Deum timete, Regem
honorate. Sed an omnibus Deus parendi necessitatem imposuit, etiam iis
qui Ecclesiastico admoventur ministerio?* Certè omnibus sine ulla exce-
ptione, Apostolus, Rom. 13. 1. *Omnis anima potestatibus supereminensibus subiecta
est: Omnis anima, ergo & pastores Ecclesie.* Rectè Chrysost. Hom. 37.
ad Rom. 13. 1. (inquit) *καὶ τὰ λεγάτα τοῦ ιερού γενναῖς καὶ τοῖς βασιλεῦσι μέρεσι
καὶ τοῖς οὐδὲν οὐδὲν ταπεινοῖς καὶ πεφρίμες καὶ οἵτις εἴ.* Bernard. epistol. 42. ad Ar-
chiepiscopum Senonensem, *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdit a sit: si
omnis, & vestra; quis vos excipit ab universalitate? si quis tentat excipere, conatur de-
cipere.**

Sed estne obediendum principibus in omnibus, etiam in iusta, legi na-
turali & divinæ voluntati contraria præcipientibus? sanè sic obedi-
endum est principibus, ne Dei violetur obsequium: Si ergo jubeant quod
verat Deus, in memoriam revocandum est illud, *Deo potius parendum esse,
quam hominibus*, Actor. 14. 19. In aliis, quæ legi divinæ non repugnant, ob-
temperandum esse diætæ & ipsa ratio. Non possum hic præterire quæ
narrantur ab Augustino in Psalm. 124. *Iulianus*, inquit, *non fuit Apostata,
iniquus, idololatra?* Milites Christiani servierunt Imperatori infideli, quomodo & vo-
lebat ut idola colerent & thurificarent, proponebant illi Deum: quando autem dicebat,
producite aciem, ite contra illam gentem, statim obtemperabant: distinguebant Domi-
num aeternum à Domino temporali, & tamen subditi erant, propter Dominum aeterno,
Domino temporali.

IN SECTIONEM XXIX.

RECTE, qui de officiis scripsérunt, dicunt, *Nihil esse homini utilius homine
altero.* Sunt autem hominum diversa inter se vincula, quæ homines
ad mutuam opem incitent, ut cætera desint, sufficit naturæ humanæ
conjunction, quæ facit ut homo homini benefaciat, & ut trito fertur pro-
verbio, *Vt homo sit homini Deus.* Bene Lactant. libr. 6. instit. divin. *Quia Deus
hominem fragilem nudumque formavit, ut eum potius sapientia instrueret, dedit ei prius
cætera humana pietatis affectum, ut homo hominem tueatur, diligat, foreat, contra quæque
omnia.*

omnia pericula & accipiat & præstet auxilium. Hunc affectum, propter innatam naturæ corruptionem vel languescentem vel etiam extictum, Deus, tanquam adiutori flabello, lege sua exsuscitat, quum ait, Non occides. Eo enim docemur ea nobis esse præstanta quæcunque ad vitam proximi conservandam faciunt. In homine sunt vita, castitas, bona, fama. His omnibus lege sua prospicit Deus, Vitæ, quum ait, Non occides; Castitati, quum ait, Non nœ habere; Bonis, quum dicit, non surabere; famæ, quum mandat, Non dies filium testimonium adversus proximum tuum. Incipit à vita, quia vita quum nihil aliud sit, quam rei viventis esse, est reliquorum omnium basis & fundamentum, & homicidium est teterimum scelus eorum quæ in proximum comittuntur.

Non hic interdicuntur bella, dummodo rectè ac justa & legitima causa suscipiantur & à persona, quæ jus accepit à Deo bella gerendi: Deus enim vult esse Reges, eosque ad cognitionem veritatis venire, & ad Christi fidem adduci, Christianos factos vult Deus regna sua refinare, Christus enim neminem è solio suo deturbat juxta vulgatum illud.

Herodes hosti in pie, Christum venire quid times?

Non auferit mortalia, qui regna dat cœlestia.

Jam Reges omnes acceperunt à Deo jus gladii, quod disertè testatur Apostolus, Rom. 13.4. *Dei minister est tuo bono, quod si malum feceris, metue: non enim frustra gladium gerit.* Gladium igitur, quem gestat, stringere potest in nocentes, non unum aut alterum, sed in multos eosque armatos, multitudo enim & vires nocentium de jure ipso nihil imminunt, multi autem & armati plecti non possunt, nisi acie vincantur & debellentur, neq; etiam jubentur hic magistratus abstinere à poenis capitalibus: Apostolus enim cap. 3.4. magistratum vocat *Vindicem ad iram*, id est, ad poenam, nam magistratus ad hoc constitutus est à Deo, ut peinas exigat vice Dei; Lex autem de non occidendo sicut Deum, sic magistratus Dei vice agentes non obligat.

Sed vetatur hinc omnis cædes, omnis effusio sanguinis à privato facta, vel suipius vel proximi. Est enim notandum, Dum hoc præcepsrum sic temperasse, ut non dixerit, *Non occides proximum: sed simpliciter, Non occides;* At qui seipsum interficit, ille occidit, est igitur homicidij, & hujus violati præcepti reus; quod sic expressit Lactant. libr. 3. cap. 18. *Si homicide nefarius est, quia hominius est extinctus: eidem sceleri obstrictus est qui se necat, quia hominem necat.* Et Augustinus libr. 1. de Civit. Dei cap. 20. Prohibuit, inquit, nos esse nobis ipsis mortem inferre intelligendum est, ubi lex ait, *Non occides;* neque audiendi Stoici qui autumant homini licere abire è vita, ut conviva satiat à convivio discedit; ut ait Epictetus, libr. 2. disert. cap. 16. melius Pythagoras, qui vestat apud Ciceronem libr. de senectute, *injussu imperatoris, id est, Dei, de prædio & statione vite discedere;* Sapientius & Plato qui dicebat, apud Ciceronem in somnio Scipionis, *In his omnibus refinendum esse animum in custodia corporis, nec injussu illius à quo datu est ille ex vita liberandum esse.* Ideo Graeci mortem vocant *dimissione, dimissionem, & mori dicunt dimiti, ut videre*

est apud Lucam capit. 2. 29. Restè etiam Aristot. libr. 2. Ethic. cap. 7. definit, mortem sibi consciere ignavia esse, propter mala mori, quia mala sufferre eisq[ue] superesse non possum, quod est animi somnus regnum, id est, dejecti, & qui est impar dolori. Hoc concluditur laudabili Augustini dicto libr. I. de Civitate Dei cap. 16. Hoc, inquit, dicimus, hoc afferimus, hoc modis omnibus approbamus, neminem spontaneam mortem sibi inferre debere, velut fugiendo miseras temporales, ne incidat in perpetuas; neminem propter aliena peccata, ne hoc ipso incipiat habere gravissimum proprium quem non polluebat alienum; neminem propter peccata præterita, propter que magis hac vita opus est, ut possint paenitendo sanari; neminem velut desiderio vita melioris, que post mortem speratur, quia reos mortis sue melior post mortem vita non suscepit.

Deinde, vetatur hic occidere proximum, cuius quidem sanctionis triplex est rario, divina, naturalis, politica: *Divina* quia quum Deus sit summus vitae nostræ Dominus & arbiter, graviter divinam majestatem offendit quicunque jus sibi arrogat viræ homini eripiendæ. Is non potest non esse reus divinæ majestatis læsæ. Deinde homo est imago Dei, quicunque ergo hominem interficit, is imaginem Dei disturbat, quod fieri non potest absque immanni & sacrilega Dei Archetypi injuria, quod est ipsissimum Dei argumentum, quod habetur Genes. 9. 6. *Qui effuderis sanguinem hominis, sanguis ejus effundetur, quia ad imaginem Dei Deus fecit hominem.* Chrysost. homil. 17. Ad populum Antiochenum, commemorat Theodosium Imperatorem jus dignitatemque metropoleos Antiochiae ademisse, eò quod per tumultum popularē ejus imagines evertisset: *Quod si propter eversionem imaginum brutarum & insensibilium Imperatoris ira in nobilissimam civitatem saviit, putasse Dei summi Imperatoris ira non exardescere in eum, qui rationalem ejus imaginem labefactaverit, & ita Sacro sanctam ejus majestatem homicidio violaverit?* Ratio Naturalis est, quia quum omnes homines sint unum ejusdem naturæ communione, qui homini vitam eripit, humanam naturam permittit & ita humanitati ipsi videtur bellum indixisse. Adde, quod homo quilibet est caro nostra; sic Esa. 58. 7. Deus adhortatur nos ut homini benefaciamus, & ait, *Ne nos abscondamus à nostra carne, qui ergo hominem occidit, in propriam carnem sœvit, & ita humanitatem videtur exuisse, contra naturæ ipsius inclinationem,* Nullus enim unquam propriam carnem odio habuit, ut ait Apostolus Eph. 5. 29. Ratio politica est, quod cæteris flagitiis, in proximum perpetratiis læditur quidem humana societas, homiciidii autem scelere destruitur prorsus & aboletur.

Quia vero lex est spiritualis, Rom. 7. 14. id est, non externum opus tantum prohibet, sed internam efflagitat cordis & affectuum puritatem; Deus enim qui est *spiritus*, id est, *cordis cogitationum speculator acerrimus*, non solùm corpori sed & animæ legem præscribit. Hic igitur vetat, iram, odium & quamvis nocendi cupiditatem, quæ coram Deo cædes sunt, *Quisquis odit fratrem suum, homicida est*, 1. Johan. 3. 15. Quia vero contra ria eorum, quæ vetantur à Deo, jubentur ab illo, dum vetat Deus ne proximo vitam adiungamus, jubet ut vitam proximi legitimis modis & rationibus conservemus, & ab omni injuria tueri studeamus; quum enim Christus:

Christus dixisset , Luc.6. 6. *Lucene hominem in Sabbatho servare aut perdere,* nonne colligendum relinquit eum interficere proximum, qui quum possit iuvare, non tamen juvat , ut qui lignum non injicit foco quum possit, ignem extinguit. Deinde , ut Deus prohibet hoc præcepto iram & odium, sic jubet & præscribit amorem, non qui in lingua tantum & verbo consistit, sed qui opere & veritate prodit se, 1. Johan.3.18. Amare autem opere & veritate est factis & rebus ipsis ostendere amorem, id est, benefacere. Jubet autem Deus ut alii aliis benefaciamus , hac enim re homo maximè accedit ad Deum , quod omnes gentes, etiam à vera cognitione Dei aversæ, sibi persuadebant quæ δόξαντες, & benefactores divinis afficiebant honoribus & in cœlo collocabant; sic frugum, vini, artium autores & quicunque ad vitæ commoditatem aliquid attulissent pro Diis hahebantur: sic qui in gravi periculo succurreret aut ingenti quodam beneficio afficeret, Deus vocabatur, unde natum proverbium, *Homo homini Deus.* Imò etiam quæcunque irrationalia & inanimata hominibus benefaciebant, consecrabantur, & pro numinibus colebantur; sic Persæ Solem coluerunt sub nomine Mitræ, quia Sole nihil videbant utilius : Sic Ægyptii bovem Apim venerati sunt, quum enim bovis in terræ cultura maximus sit usus , ad vitam humanam multum confert utilitatis; Ibin quoque coluerunt, quia ex Arabicis paludibus serpentes subvolantes rostro suo corneo conficere crederetur. Apud Romanos consecrabatur anser, quod anseres Capitolinam arcem, expergefactis clangore custodibus, à Gallorum irruptione servassent. Erat quidem illa horrenda idolatria inventa ab iis quos superstitione dementaverat, ab ea tamen opinione profecta, quæ omnium animos invaserat. 1. Proprium Dei esse prodeste hominibus, ideo Deus in Scriptura vocatur φιλάθρων, potius quæm φιλάγγειο. 2. Mortales tunc maximè ad Deum accedere quum benefici sunt, Matth.5.44. *Diligite inimicos vestros, benedicite eis qui devorent vos, benefacite eis qui odererunt vos, ut sitis filii Patris vestri qui est in cœlu, qui demittit pluviam suam super bonos & malos, & oritur facit Solem suum super justos & injustos,* id est, ut constet & planum sit, vos esse germanam Patris cœlestis sobolem, ejusque imaginem gestare.

Castitas, ut ait Augustinus , est virtus sub jugo rationis impetum libidinis refranans: hanc Deus præscribit septimo præcepto, *Non Mœchaberis;* jubet enim castitatem tum nostri tum proximi sanctè & incorruptè tueri. In Hebreo est γαντ αλ, Gr. ἡ μοιχεία, γαντ eum est μοιχεύειν, adulterare, μοιχεύειν, est adulterio: Adulter autem quasi ad alterum thorium accedens illumque violans, est enim adulterium thori conjugalis, qui debet esse unius viri cum una vxore violatio; quod sit tribus modis, vel conjugati cum soluta, vel soluti cum conjugata, vel quod est omnium gravissimum, & dicitur duplex adulterium, conjugati cum conjugata. Hic autem vetatur omne adulterium cuius præcepti sicut & superioris triplex est ratio, divina, naturalis & politica. *Divina*, quum. n. homo debeat gestare imaginem Dei & hæc imago in sanctitate consistat, pars autem sanctitatis sit castitas, æquum:

est hominem ad imaginem Dei effictum sancte & castè vivere , castitati autem quam maximè repugnat adulterium : *Naturalis*, quum maris & foeminae conjunctio hausta sit è naturæ fontibus, eam puram esse sanctam & expertem omnis immunditiei oportet, ne naturam ipsam effrænam faciamus : Ideo nec ulla est in toto Orbe natio, quæ matrimonium non probarit, & vagos concubitus alienique thori violationem non damnarit. Ratio politica est quoniam adulterio convelluntur fundamenta civitatum, evertuntur domus, supponuntur heredes, amor conjugalis vertitur in odium, pax & concordia violatur : Lubet hic apponere rotundissimum Bezae hexastichon in adulteros :

Vix Orbem extingui, subvertito funditus urbes,

Vix urbes ipsas tollere, tolle domos

Vix delere domos, carcerat fuc conjugi conjux,

Vanaq; sint sancti fædera conjugij.

Ergo perire domos, urbes Orbemq; necesse est,

Orbe vel expelli quisquis adulter erit.

Ideo mortis damnantur adulteri, Levit.20.10. *Vir qui adulterium commisrit cum uxore proximi sui, morientur adulter & adultera;* quam pœnam revocarunt Imperatores Christiani Constans & Constantius, ut patet ex Codice Theodosiano.

Deinde, sub una specie impudicitiae totum genus comprehenditur per synecdochen in toto Decalogo observatam, quare *ouvaru, npuilec,* omnes extra legitimum conjugium hac lege damnantur; scortatio præsestim quam gravissimum esse peccatum satis aperte Deus declarat, Numer.25.9. ibi enim ut testatur Apostolus 1. Corinth.10. 8. *Ceciderunt viginti tria milia hominum quia scortati essent;* qui si legem divinam non fuissent transgressi nunquam in eos tam horribili vindicta sœviisset; In Deuteronomio jubet Deus, *Ne sit meretrix in filiabus Israelis.* Deut.22.20. jubet Deus ut puella, in qua non fuisset inventa virginitas, educeretur è domo patris sui & lapidaretur; additur ratio, quia fecit nefas in Israel, ut forniscaretur in domo patris sui. In Novo Testamento disertissimè damnatur scortatio, 1. Corint.16.18. Neg, fornicariq; adulteri regnum Dei possidebunt. Hebr.13. 4. *Fornicatores & adulteros judicabit Deus.* Et Apoc.21.18. *Fornicatoribus pars erit in stagno ardenti ignis & sulphuris,* sed hujus peccati foeditatem it demonstratum Apostolus multis argumentis, 1. Corinth.6. 1. *qui scortatur, facit corpus suum unum cum scorno,* & ita membrum meretricis evadit, hoc asserit Apostolus 9.15. At meretrix mortua est in peccatis, ac proinde foetidum & putridum cadaver, sit igitur scortator unum cum cadavere & membrum illius, quod fuit Mezentii Etruscorum Regis supplicium, qui referente Vалерio Maximo, libr.9. cap.2. vivorum corpora cadaveribus adversa adversis alligabat, quod sic extulit Virg. lib.8. Aeneid.

Morsua quin etiam jungebat corpora viris,

Componens manibusq; manus atq; oribus ora.

Non ut contactu corporis vivi mortuum revivisceret, sed ut contactu mor-

mortui vivum in eo misero complexu necaretur; sic scortator jungens se meretrici & faciens se unum cum ea, non meretricem hac coniunctione vivificat, sed seipsum potius hoc fredo contactu interficit. 2. Qui scortatur peccatin suum corpus, ait Apostolus §. 18. illudque peculiari quadam tu pitudine & infamia commaculat, quia facit illud membrum putidæ meretricis, quod non accedit in aliis peccatis. 3. Quia corpus nostrum est templum Spiritus Sancti Deo peculiari ratione consecratum §. 19. scortator ergo sacrilegus est, qui templum Dei fœdat & corrumperit. Antiochus Epiphanes execrandus fuit omnibus ejusque memoria nefanda, quod templum Dei profanarit; si scelus fuit quam maximum templum Dei ex lignis lapidibusq; constitutum profanare, quanto majus crimen est templum Dei vivum & rationale profanare, quod facit scortator. 4. Corpora nostra sunt vasa comparata ad continentum cœlestem gratiæ divinæ liquorem, oportet igitur ea impolluta & incontaminata servare nec ea scortationibus & libidinibus fœdis corrumpere, Hac est voluntas Dei sanctificatio vestra, ut abstinentis ab omni scortatione, & sciat unusquisque vestrum vos suum possidere in sanctificatione & honore, 1. Thes. 4. 4. Quod si Belthasar Babylonie Rex horrendam audiuit condemnationis sententiam, quæ illum morti adjudicavit, eò quod vasa templi Hierosolymitani, vasa, inquam, inanimata polluisset, quanto maiores pœnas arcessit ille sibi qui vas animatum & rationale Deo ipsi consecratum scortatione & libidine polluerit.

Quia Deus legislator est spiritus, interuos cordium affectus introspicens acerimè, eosque potissimum exigens, qui colunt in spiritu & veritate; Joh. 4. 24. hic non vetatur solum externum scortationis opus, sed internum etiam adulterium & cordis scortatio; haec autem est concupiscentia carnis & prava cupiditas, Matth. 5. 28. Quicunque aspicit mulierem, ut eam concupiscat, iam adulterium commisit cum illa in corde suo, Col. 3. 5. mortificate membra vestra terrestria, scortationem, impuritatem, cupiditatem malam, &c.

Deinde Deus contrarium jubet ejus quod prohibet, jubet scilicet castitatem, quæ est puritas & corporis & animæ, Apostolus castam, appellat sanctam cum corporum Spiritu, 1. Corinth. 7. 34. Castitas autem duplex est cœlibatus & conjugii: Quicunque cœlibem agit vitam, intus si exæstuet flagrante libidine, ita ut pietas cordis impediatur, & cupiditatem quasi facibus consumatur, is castus dici non potest, sed ut castus evadat ad legitimas nuptias, tanquam ad remedium divinitus institutum à Deo, vocatur, si se non continet, matrimonium contrahat, 2. Corint. 7. 9. Hoc præcepto damnantur obcoeni sermones, pœnituræ fœdæ, choreæ & saltationes, ludi theatrales, cultus impudicus in vestitu, otium, intemperantia, aliaque omnia quæ libidinem irritant & accendunt.

IN SECTIONEM XXX.

Quemadmodum vita proximi est à Deo, *in quo sumus & vivimus*; sic bona quæ possidet unusquisque, evenerunt illi non fortuita sorte, sed ex sapienti rerum omnium Domini distributione: quare qui vitam eripit proximo, in Deum ipsum vitæ authorem insurgit, sic qui malis artibus facultates cuiuspiam prævertit, injurius est in divinam dispensationem, & quemadmodum Deus vitæ proximi conservandæ prospicit quum ait *Non occides*; ita quoque bona & facultates proximi in tuto collocantur hoc præcepto, *Non furabere*.

Vetatur, 1. Furtum: furtum definiri solet *alienæ rei contrivatio*, vel *usuratio invito posseſſore*, sive ea dolo fiat sive vi, et si quidam distinguant inter furtum & rapinam, quod rapina sit violenta, furtum verò occulta rei alienæ usuratio, quæ omnia vetantur hoc præcepto. Deinde pro diversitate objectorum varia sunt furtorum nomina, si enim sit usuratio rei sacræ dicitur *facrilegium*: Si sit usuratio boni publici pertinentis ad rem publicam, dicitur *peculatus*: si sit ablato alicujus animalis ex grege disperso dicitur *abigeatus* & fur dicitur à *Jurisconsul*. Abigeus; Quum verò personæ quæ sunt in aliena potestate, sive servæ sint, sive liberæ, alienantur à dominis suis, dicitur *plagium*, & fur *plagiarius* sive quid *magiæ*, dolosè fiat, vel à glagis, quæ sunt funes quibus retia tenduntur, unde plagiarii sunt qui homines venantur eosque tanquam retibus, feras capiunt, Græci vocant *αιδονοδιστας*, qua voce utitur Apostolus, 1. Timoth. 1. 10. Hoc genus furti, quoniam est rei omnium prætiosissimæ, nempe hominis, est omnium gravissimum: ideo morte plectebatur secundum legem Dei quæ habetur Exod. 21. 16.

Hujus præcepti sicut & præcedentium triplex est ratio. Divina, naturalis, & politica: *Divina* quia Deus ut est bonorum conditor, sic est eorum largitor, qui ergo ea à liberali Dei manu non expectat, sed per injurias ea rapit, Deum ipsum magnopere offendit: *Naturalis* quia usuratio rei alienæ est contra ius naturale, & in eo actu judicat esse turpitudinem aliquam, atque adeo, inconvenientiam cum natura rationali, quod proinde vetatur à Deo, ideo *Jurisconsultus* ait *Institut. libr. 4. tit. 2. Furtum lege naturali prohibitum esse admittere*; Ratio *Politica* est, Quia grassante furum & latronum licentia, pax & tranquillitas publica humanæ societatis coagulum labefactatur, & ita qui homini privato aliquid eripit aut subripit, Rempublicam ipsam lœdit, ejus vinculum dissolvendo.

*Haec tenus Carolus, quo fatis concedente, sequentia ad texuit
Garrifolius.*

Furandi varios esse modos certum est. 1. Furtum est quum aliquid intervertitur ex aliena substantia, ut quum paterfamilias bona familiæ, quæ filiis

filiis servare debuit, pro quibus patres thesaurizare oportet, 2. Corint. 12. 4. non modò non auget aut conservat, verùm etiam prodigendo minuit, ligurit, dissipat, exhaustit, aut quum tutor ex bonis pupilli aliquid ad se trahit, aut quum administer & quæstor ex bonis Principis, aut quum servus ex bonis domini. 2. Furto deputandum quum alteris non tantum aut tale datur, quantum & quale debetur ex contractu & emptione, ut quum mercator falsis mensuris utitur, aux ex divenditis aliquid retinet per fraudem, quum mercenarius justam mercedem accipiens, totum quod debet diurnum opus non præstat, sed nugando vel otiendo vel aliud agendo diem occupat, quum quis mercenarium vel pacta mercede vel ejus parte defraudat, quod inter peccata clamantia Scriptura connumerat, Jacobi 5.4. 3. Furtum quoque est quum quod adulterinum est, aut corruptum aut alia deteriori specie mixtum, pro bono, incorrupto & sincero venditur: ut quum merces vitiatae pro bonis & legitimis concio venditore obtunduntur. Quum animal ægrum pro fano, & falsa moneta pro legitima datur. 4. Inter species etiam furti nominatur apud Theologos lucrum quod ex alea, divino vel humano jure prohibita, capatur. 5. Qui rem familiarem vel publicam ita negligenter tractant, ut eam ex socordia dilabi, minui, in nihilum abire sinant, furibus accentendi sunt. Denique, qui aliquam artem profitentes, & ex ea pecuniam colligentes, quæ tractant ex imperitia in ruinam & perditionem trahunt, furti merito accusari possunt, ut causidicus, cuius ignorantia cliens causa cadit, aut medicus, cuius imperitia æger perit, aut præceptor, cuius inscitia, discipulus nihil in literis promovet.

Adversus fures poenit corporalibus animadvertisit non tantum ex legibus humanis, verùm etiam ex ratione Legis divinæ, ita ut furum alii duplum, alii quadruplum eorum, quæ interverterant, restituere cogantur, alii fustibus cædantur, alii morte plectantur: imò ex lege Mosis, Exod. 22. 2. qui de nocte furem deprehendisset domi suæ grassantem, eum impunè occidere poterat; neque sunt corporales illæ poenæ sub Novo Testamento abrogatae, saltem quoad genus. Quum enim Petrus Christianos admoneat, 1. Petr. 4. 15. Nemo inter vos patiatur tanquam fur, satis offendit justum esse ut furti poenam subeat qui furatus est. Cæterum in hoc divina lex ab humanis sic distinguitur, quod humana lex simplicem furti voluntatem pro furto non habet, sola enim furandi cogitatio furem non facit, inquit Paulus Jurisconsultus leg. 1. digest. de furto: & qui aliquò intravit furandi causâ, si nondum rem abstulit, eum furem esse negat. Ulpianus lege vulgaris digest. de furto: sed lex divina, quia spiritualis est, non furtum tantum reapse peractum, sed & animo conceptum damnat, sicut & poenas spirituales furibus denuntiat, quippe quibus incubitura dicuntur maledictio Dei, Zach. 5. 3. nec Dei vindictam sunt evitaturi, 1. Thessal. 4. 6. neque regnum Dei possessori, 1. Cor. 6. 9. adeoque etiam de filiis ipsis dicitur, Prov. 28. 24. Eum, qui depradatur patrem aut matrem & hoc dicit non esse facinus, esse hominis dissipatoris filium.

Prohibitionis hoc præcepto comprehensæ latitudine tria præcipue continentur, *fraus*, *avaritia*, *usura*: *fraudem* voco malas omnes artes & auctupia, quibus aliena captantur, *Anferte omnem malitiam & fraudem*, 1. Petr. 2. 1. neque sit in vobis aliquis qui proximum decipiat, Levit. 25. 17. Deus enim deceptores odit, Psalm. 5. 7. neque deceptor gaudebit bonis acquisitiis per fraudem, Proverb. 11. 27. *imo neque ad medium atatis sua perveniet*, Psalm. 55. 24. Avaritia est insatiable habendi desiderium, sive amor divitiarum inordinatus, repugnans amori quem Deo & proximo debemus: in eam sapientissime Scriptura invenitur; Apostolus radicem omnium malorum vocat, 1. Timoth. 6. 9. 9. 10. In hoc verò est omnium pessimum; quod ita cor à Deo ad mundum abducit, ut veram religionem expectetoret & teterram illam idolatriam adducat, quā sit ut homo, posthabito divino Numinis, totam spem suam & fiduciam in divitiis collocet, unde & *idolatria* dicitur, Ephes. 5. 5. itaque orandus Deus ut ne finat *animos nostros infleti ad quæsum*, Ps. 119. 26.

Avaritia usuram peperit, quæ lucrum quærerit & captat ex mutuo. Ex vi vocis est fructus, quem res in alterius usum translata, domino suo patrit propter illum usum. Itaque Græcis *fanus* quasi *fœtus*. Quæritur hīc, Utrum usurā sit lícita; videatur enim eam Scriptura in universum proscribere, Exod. 22. 25. Levit. 25. 36. Deut. 23. 19. Psalm. 14. 15. Luc. 6. 35. neque Theologi de hacre idem sentiunt: nobis videtur usura quævis non esse illegitima: 1. Quia Deus Israelitis concedit ut usuram ab extraneo accipient, Deuteron. 23. 20. At quod per se & naturā sūa simpliciter turpe est, illegitimum & criminosum, Deus lege sūa non sancit. 2. Quia quod honeste dare potest debitor, id sine dubio creditor honestè recipere potest. Atqui debitor, qui ex pecunia mutuo accepta honestum lucrum fecit, potest honestè aliquid offerre creditori. 3. Quia non est à resto dissentaneum, ut qui ex pecunia ab alio commodata fructum capit, gratum sese exhibeat erga eum, ex cuius bonis rem familiarem auxit. 4. Quia nulla ratio vetare videtur quominus ita locari possit ad fructum pecunia, sicut locari potest domus, aut equus, aut fundus. Neque est quod objiciatur, pecuniā ex sese esse aliquid sterile & infrugiferum, hoc enim quidem verum est; sed bono tamē & justo usu fertilissima sit aliquando pecunia ei, qui eam alio mutuo mutuatus est: Ut autem usura legitima sit, hæ conditions sunt apponendæ. 1. Ut in pecunia sua collocanda unusquisque non tantum commoda sua respiciat, verū etiam proximi sui, cui pecuniā mutuo dat, adjumentum spectet, & quantum in se procurat, sicut lex charitatis exigit. 2. Ut ne usura nimia sit, & nimis rigida, quam *mordacem* Poëta nominat:

Mordax inopes usura fatigat,

id est, ne dabitum exigat severius & cum damno proximi. 3. Ne usura exigatur omnino à pauperibus, quippe qui mutuum petunt non ad lucrum inde captandum, sed ad sustentationem suam & ob instantem vitæ necessitatem: injustissimum enim est pauperem, quem ex tuo sublevare debes,

debet, sub specie beneficentiae, in maiorem quotidie necessitatem impellere: quomodo etiam intelligendae sunt illæ prohibitiones usuræ, quæ in Scripturis continentur: Lex enim & Evangelium usuram prohibent quæ vel pauperem facit proximum, vel jam ante pauperem opprimit & charitatis atque æquitatis limites transgreditur: nam & propterea Hebrewi usuram dixerunt 7:2 à mordendo sive rodendo. Et verò nonnullis Scripturæ locis, ubi usura vetatur, pauperis sit mentio, Exod.22.25. & Levit.25.36. ut norimus quod alibi generaliter vetari videtur, debere cum conditionibus istis & circumstantiis personarum intelligi.

Quia verò, prohibito malo, contrarium bonum commendari putandum est, sicut avaritia & turpe lucrum & fraudes omnes in proximum vetantur, ita jubetur hoc præcepto, 1. Cura in augendo & conservando bono proximorum. 2. Candor & sinceritas in emendo, vendendo, permutando. 3. *αὐταρχεῖα* illa, de qua Apostolus 1. Timoth.6.9.6.7. qua unusquisque rebus suis contentus esse debet, quas legitima ratione comparavit. 4. Frugalitas sive parsimonia, quâ res partas serid atque diligenter homo sibi & suis conservare tenetur & sumptus omnes evitare, qui neque honesti sînt neque necessarii. Denique liberalitas, quæ media inter prodigalitatem & avaritiam incedit & bona sua tum suis, tum alienis pro singulorum necessitate, legitimo tamen adhibito discrimine beneficè, sed prudenter communicat.

*In posteriorem partem Sectionis trigesimæ, de
falso testimonio.*

Ut salus & pudicitia & facultates proximi curæ nobis esse debent ad justam cum eis societatem colendam, ita & fama debet, cuius conservatio bonis omnibus non minùs quam sua ipsorum cordi est. Itaque præcedentibus præceptis de vita, castitate, possessionibus proximi tuendis, meritò novum hoc præceptum adjungitur, *Ne esto falsus testimoniū adversus proximum tuum*, ubi sub falso testimonii nomine illud omne continetur, quo aut veritas aut aestimatio proximi violatur. Hoc itaque præceptum prohibet multa; 1. Ne in judicio forensi falsum testimonium feratur de proximo contra ejus, sive vitam sive famam sive facultates: *nam testimoniū falsitatum non erit impunitus, & conflatore mendaciorum non proprieſ se*, Proverb.19.5. Cui malo ut aliquid afferretur remedium in tanta generis humani corruptione, noluit Deus in unius testimonio sitam esse alterius vitam aut famam, sed plures testes in una causa adhiberi jussit, Deuter.17.6. Quia nimirum difficultius est ut plures conjuratione facta, in alterius damnum conspirent & ita calumnias texant, ut non ex aliquo ipsorum dissensu testimonii falsitatem judex venari possit, sicut observant Evangelistæ, duos testes in Christum subornatos sibi non constitisse; neque dixisse conformia. 2. Prohibetur calumniandi, maledicendi & insectandi libido, prout inter boni viri notas hanc Scriptura scilicetio non præterit, *Quid non*

obtreccet linguâ suâ & opprobrium non efferat in propinquum suum, Psalm. 15.3.

3. Prohibetur, ne quis aliorum facta, quæ benignè debuerunt & potuerunt accipi, aliquis malitiosè detrahatur in deteriore partem, quod peccatum inter hominēs frequentissimum est : ita Judæi quum audivissent à Christo *Destruite Templum hoc, & tribus diebus illud exquirabo*, torquebant ad templi Judaici destructionem, quod de corpore tantum suo Christus dixerat. Ita quum hostiliter Ethnici Christianos, in persecutionis æstu, de nocte suos cœtus agitare, ansam inde arripiebant calumniandi, quasi ideo noctem selegissent, ut ibi infanticidia, promiscuos concubitus, & infanda omnia patrarent. Ita ex eo quoddocemus sanctos non esse religiosè invocandos ; prædestinationis nullam esse caussam ex parte nostri, bona opera salutem nequaquam mereri : Adversarii occasionem arripunt, de nobis obloquendi, quasi essemus in sanctos injurii, & hominibus in omnia scelera proruendi liberam potestatem faceremus, & doceremus susque deque habenda quæque bona opera : quod & Christus prædixit in Evangelio, nimirum veritati adversarios omnia mala adversus nos mentiendo dicturos esse. 4. Prohibetur & fons, unde profluent omnes in proximum calumnias, & maledicentias, odium, in quam & invidia, quæ alterius macrescit rebus opimis : Ea filios Jacobi in Josephum fratrem animavit, ea Phariseos excitavit in Christum, ea Judæorum & Pseudoapostolorum linguas adversus Christi discipulos exacuit, ea denique suspiciones pravas molitur, & temeraria judicia de proximo fabricatur, contra quæ omnia Christus præcepto hoc nos munivit, *Ne iudicate, ut ne iudicemini, Matth. 7.1. Rom. 14.13.*

Deniq; mendacium hoc præcepto damnatur. Nota est autem mendacij distributio in *perniciosum*, quo detrimentum alterius queritur ; *officium* quod alterius salutē spectare videtur ; *locum* quo quis auditores suos delectat : Et *modestum* quo quis de se ita demisse loquitur, ut quos non habet defectus sibi attribuat, vel quas habet virtutes sibi deneget. Quæritur, utrum hæc omnia mendacia, nullo discrimine, lex ista damnet & proscribat ? Respondeo, quicquid nonnulli hac de re judicent, mendacium, quodcumque demum fuerit, in Scriptura damnari, Psalm. 5.7. Proverb. 6. 9. 18. 19. & 12. 22. & à Deo graviter puniri, Prov. 19. 2. 5. 9. & 21. 18. Apocal. 21. 27. & 22. 25. & referri ad artificem omnis mali Diabolum, Johan. 8. 44. & esse partem veteris hominis, id est, corruptionis illius naturalis, quam omnes in sanctificatione tenemur exuere, Ephes. 4. 25. Quid si de verbo quolibet otioso rationem reddere debemus in extremo judicio, quemadmodum testatur Christus in Evangelio : quanto magis, de verbo mendaci reddendam esse putamus? nullum est ergo tam officiosum mendacium, quod saluti non officiat, & quod debitum Deo nostro officium non violet.

Ad mendacium pertinent mentales illæ reservations, & æquivocationes, quibus nonnulli Adversariorum favent, quum nimirum à Judice aut alio interrogatus aliquis, negat se scire, quod tamen scit, quia scilicet intel-

intelligit apud se, se nescire hoc ut dicat & revelet, vel se hoc nescire, quatenus est corpus aut quatenus est vegetans. Item, se hoc non fecisse, scilicet hâc vel illâ horâ, vel hoc aut illo loco, vel ut indicet & significet. Nam ejusmodi æquivocationes malas esse omnia demonstrant. 1. Quia proveniunt ex intentione fallendi judicem, quæ non nisi mala esse ponet. 2. Quia sunt mera mendacia; nam sicut ille qui ait se novisse quod novit, veritatem dicit, ita ex lege contrariorum, qui negat quovis prætextu se novisse quod novit, mendacium profert. 3. Quia hoc modo excusari posset quodlibet mendacium; nam ille qui ex composito mentitur, semper habet in mente, vel implicitè, vel explicitè, ejusmodi reservationem, quod dico aliter quidem habeo; sed ego hoc loco & tempore, & coram his personis, id fateri non debeo. Denique, juramentum omne fit, teste Apostolo, Hebt. 6. §. 16. ut terminentur lites; at verò quum quis juratus, testimonium dicens apud judicem aut alium, utitur æquivocatione, omnem præcidit rationem terminandi lites, quia judex aut aliis semper dubius erit, an hoc dixerit deponens ex proprio sensu, an per æquivocationem.

Denique, in falsis testimoniis habenda sunt illa, quæ veritatis partem aliquam celant, nec totum dicunt quod norunt, quantumvis judex adjuret. Certum quidem est, præceptum affirmativum de veritate dicenda, non obligare ad semper, ut loquuntur, sed pro ratione circumstantiarum, legitimè expensarum, adeoque legitimū esse tacere aliquam partem veritatis, quum scilicet neque pietas, neque justitia, neque charitas postulat ut manifestetur, quomodo legimus aliquando Christum interrogatum siluisse, Matth. 26. 62. Habemus & exemplum, Jer. 38. §. 26. 27. Sed tamen quum in causis necessariis coram judice vocatur aliquis, & interrogatur de rebus, quæ vel ad pietatem faciunt, vel Reipublicæ, aut proximi interest, ut cognoscantur, simpliciter dicenda veritas, sicut est in corde; atque ita virtus, quæ hoc præcepto mandatur, est veritas, quam amari, quæreri, manifestari vult Deus, qui & ipse est veritas.

IN SECTIONEM XXXI.

Prima pars, de præcepto decimo.

LEGERE HUMANÆ EO SINE DATÆ SUNT UT VITAM EXTERIORUM IN SOCIETATE POLITICA gubernent atque dirigant. Itaque qui externis officiis, lege præscriptis, defungitur, et si forte interius aliquo rebellionis cœstro percellatur nullius tamen criminis apud superiorés reus peragitur: Longè aliter habet lex divina, quam *Spiritualēm* vocat Apostolus Rom. 7. quia ad infinitum animæ atque spiritus pervadit, neque tantum astibus externis, sed & ipsi conscientiæ, omnibusque cogitationum motibus legem figit; Hoc ut clarius pateret, voluit Deus reliquis Decalogi præceptis decimū istud adjicere, quo ipsa concupiscentia prohibetur.

Ubi illud primùm observetur, non esse quod in duo præcepta lex de vitanda concupiscentia dispescatur, quum unicum esse omnia clamant. 1. Si tota lex decem præceptis continetur, quod nemo ignorat, & verò priori tabulâ quatuor comprehendantur, nemo causam dixerit, cur non concupiscentia unicum præceptum efficiat, quoniam alioquin undecim essent numeranda. Atque quatuor esse præcepta prioris tabulæ veteres fermè omnes agnoscant, non Hebræi tantum, Josephus & Philo; sed Christiani etiam, Origenes, Clemens Alexandrinus, Athanasius, Nazianzenus, Ambrosius, Hieronymus, & alii. 2. Hoc ex ipsa lege notum esse potest; solet enim Mōses singula præcepta singulis verbis comprehendere, atque omnia quæ de concupiscentia dicuntur unicò versiculo contenta videre est. 3. Si quia diversa sunt objecta concupiscentiæ, propterea in duo præcepta mandatum hoc distinguendum esset, oportebit & in sex præcepta distingui, quum totidem proponantur objecta concupiscentiæ. Exod. 20. Denique, omnem dubitationem removit Apostolus, qui Roman. 7. 7. hæc omnia unius esse præcepti satis demonstravit, quum ait, *Concupiscentiam esse peccatum minimè nostrum, si lex non diceret, Non, &c.*

Concupiscentiam hic distingui par est, neque enim est quòd omnem omnino prohiberi putemus: *Concupiverunt enim Antiqui justi videre diem Christi*, Matth. 13. *Concupivit Christus edere Pascha cum suis Discipulis*, Luc. 22. *Concupiscent Angli introspicere in mysterium redēptionis*, I. Petr. 1. Ita in cœlis, in terris, in Sanctis, & in Christo aliquam concupiscentiam videre est, quæ non potest non esse laudabilis. Et verò concupiscentia generaliter nihil aliud est quam inclinatio affectus erga objectum propositum; Quare ut inclinatio vel recta vel prava, ita concupiscentia vel bona vel mala esse potest, unde triplicem nostri faciunt Theologi, naturalem, spiritualem, carnalem: Naturalis est, quæ eā naturaliter appetimus quæ nobis sunt necessaria, cibum, potum, somnum, &c. quæ quandiu manet intra naturæ terminos non potest non esse bona, quandoquidem est à Deo; qui Gen. 2. posuisse dicitur in medio Paradisi fructum omnem concupisibilem, adeoque & in homine posuisse concupiscentiam aliquam, qua erga fructus illos ferretur. Spiritualis inclinatio est ad res sanctas & sacras, quando jubemur spiritualia dona concupiscere, I. Cor. 14. & quando spiritus dicitur concupiscere adversus carnem, Galat. 6. Hoc igitur præcepto damnatur sola carnalis concupiscentia, quæ scilicet ex carnis corruptione proficitur, & quæ I. Joh. 2. 16. distribuitur in concupiscentiam carnis & concupiscentiam oculorum, & superbiam vite. Concupiscentia carnis spectat ad viictum & libidinem, oculorum ad externæ deletionis objecta; superbia vite ad bonorum pompam & mundi gloriam: ita quemadmodum tota religio primo prioris tabulæ præcepto quadantes continentur, eaque præcipue comprehenditur magnum & primum illud mandatum de dilectione Dei, ita hoc ultimo aliquo modo explicatur tota illa justitiæ perfectio, quæ per varia posterioris tabulæ præcepta spargitur, ita ut hoc maximè contineatur secundum illud præceptum de dilectione proximi.

Con-

Concupiscentia mala consideratur vel *oīas* vel *oīas* : *oīas* considerata nihil aliud est quam tota inclinatio naturæ nostræ quatenus est corrupta : estque altera pars peccati originalis in unoquoque nostrum inhaerentis & ingeniti, quippe quod consistit in privatione justitiae inesse debitæ. 2. In dispositione prava seu propensione universalí ad malum: Ejusmodi concupiscentia generaliter sumpta, non uno aliquo præcepto prohibetur sed tota potius lege damnatur. Opponitur enim illi puritati atque justitiæ originali, quæ homini primum data est tanquam fons & radix omnis veræ legitimæque obedientiæ: Ut ergo puritas illa & justitia ad totam legem pertinebat, quippe quæ continet fontem officiorum erga Deum & homines, ita è contrario Universalis illa concupiscentia omnium vitiorum radix amarissima, non intra septum specialis alijus præcepti coercetur, sed totâ lege prohiberi supponitur.

Concupiscentia *oīas* consideratur respectu objectorum suorum, quæ omnino duo esse videntur, Deus & proximus: nam & adversus Deum & adversus proximum homo concupiscit: adversus Deum, ut quum concupivit Adam Deo similis fieri, quum tentatur homo aliquâ cupiditate Dei blasphemandi aut hæresæos vel disseminandæ vel amplectendæ, qualis concupiscentia, sicut ad primam tabulam pertinet: Ita & illius præceptis condemnari putanda est. Ultimum ergo hoc præceptum de cupiditate propriè est quæ tendit in proximum, quæ rursus cupiditas dupliciter spectatur, nempe vel *in principiis*, vel *in progressu suo*, in progressu suo quatenus habet consensum deliberatum & propositum certum motus sui foras expromendi, ejusmodi concupiscentia singulis præceptis prohibetur: In principiis autem quatenus animus primò instigatur & titillatur malo aliquo erga proximum desiderio, quamvis nondum ruat in media illegitima, quibus desiderium illud compleatur: hæc concupiscentia decimi præcepti necessitatem fecit: Hæc porrò duo Jacobus cap. i. significavit quum ait, *Concupiscentiam, primò concipere, secundò parere peccatum*: Primum concipit per illam cordis motionem quo pectus pervertis rebus objectis titillatur interna quadam delectatione & inescatur, et si non accedat integer & plenus consensus; parit verò internè, quando ad titillationem illam adjungitur deliberata voluntatis consensio quâ homo ita fertur in objectum ut paratus sit, si occasio detur & nihil impedimenti accedat, peccatum externè in actum ducere.

Concupiscentia, non modò quæ assensum trahit, sed & quæ consensum voluntatis præcedit, peccatum est sine dubio. 1. Quia omnis anomia sive aberratio à lege peccatum est, ex 1. Joh. 3. 4. atque concupiscentia omnis carnalis aberratio est à lege. 2. Quia Apostolus Rom. 7. 7. concupiscentiam manifestè inter peccata connumerat quum ait, *Non novissim concupiscentiam esse peccatam, nisi Lex diceret. Non concupisces: neque est quod quis obducat, concupiscentiam* à Paulo peccatum dici inpropriè, eò quod sit causa peccati, tum quia rei pessimæ principium non potest non esse malum, tum quia Apostolus, eodem capite, concupiscentiam illam ita def-

cribit ut satis ostendat esse verè & propriè peccatum, ait enim esse non bonam, esse malam, esse odio hahendam, pugnare cum lege Dei, destruere & miserum efficere eum cui inest: Adde, quod concupiscentiam eam vocat Apostolus, Col.3.5. *καὶ σοι πάσας ταχεῖα, & Moses, nihil esse nisi malum ab inveniente erate, dicit Genes.6.5. & 8.21.* Itaque Augustinus dictum Ambrosii, *istam legem peccati, cuius manentia reatus in sacro fonte remissus est, esse iniquitatem, quia iniquum est ut caro concupiscat adversus spiritum.*

De summa Legis & charitate erga Deum.

VT omnia legis præcepta ab illa decem facilè reducuntur, quæ ha-
ctenus exposita sunt; sic & decem illa duobus generalibus capitibus
continentur, charitate erga Deum & charitate erga proximum, Deut.16.
5. Matth.22. v.37.38.39. unde & dicuntur pendere Lex & Prophetæ, id
est, eò referri quidquid mandatorum in tota Scriptura legitur, atque
adeo, præceptorum finem esse charitatem docemur, i. Timoth.1.3. & qui
charitatem habet, legem implevisse, Rom.13.10. & totam observationem
legis in eositam esse, ut amor Dei compleatur in nobis, i. Joh.3.10.

Prima est ordine charitas erga Deum, unde vocatur *primum & maximum mandatum.* 1. Quia obedientia quæ Deo præstanta est, debet ab ipso Deo incipere & ab affectibus actibusque illis exordium ducere quibus in Deum ferimur, i. Corinth.8.5. 2. Quia charitas erga homines præstari debet vi & virtute charitatis in Deum; debemus enim omnia facere tanquam Deo, non tanquam hominibus, ita ut charitas in homines ab amore erga Deum originem suam trahat. 3. Quia quæ ad Deum pertinent, primò curanda sunt, Matt.7.37. imò intensius vacandum nobis est charitati Dei quam proximi, quod vel ipsa lex demonstrat, ubi enim de proximo agitur, jubemur *eum diligere sicut nos ipsos:* At ubi de Deo, jubemur *eum diligere toti viribus;* non quod non debeamus omnes vires impendere in præstandis secundæ tabulæ officiis, sed quia hoc debet primò fieri in officiis primæ: Deinde, quia hæ vires non requiruntur in dilectione proximi ratione proximi ipsius, sed ratione Dei, & religionis virtute: Itaque ubi officia erga proximum pugnant cum officiis erga Deum, deferendus est proximus ut Deo serviamus, Act.4.29.

Charitatis ejus, quam Deo debemus, & modum Scriptura præscribit & gradum: Modus in eo situs est, ut ne sit mercenarius amor ille, id est, ut Deum amemus propter se ipsum, neque dilectionem ejus ad aliud quidpiam principaliter referamus, sed in eum potius tendamus tanquam in bonum & finem simpliciter ultimum: Quanquam igitur beneficia, quæ à Deo recipimus adminicula quædam & causæ impulsivæ esse possint ad Deum amandum, non est tamen quod in ea considératione sistamus, sed ulterius pergendum est, ut scilicet Deus ametur primariò, non amore concupiscentiæ propter utilitatem quam inde percipimus, sed amore amicitiæ, quia Deus maximè amabilis est in se, quippe in quo est universa bonitatis ratio; Gradum autem in amore Dei observandum expli-

explicat lex quum ait, *amandum esse Deum toto corde, totâ animâ, totis viribus*: Totalitas autem illa dilectionis Dei consideratur tum ex parte objecti, tum ex parte subjecti: Ex parte objecti, ut totus Deus & quicquid omnino Dei est diligatur, neque enim tantum ejus bonitatem amare, sed & bonitatem, sapientiam, potentiam, justitiam, colete, diligere, benedictionibus prosequi debemus; Ex parte subjecti, ut totus homo quantuscumque est Deum diligit, ideo præcipue facultates illius enumerantur cor, anima, intellectus, vires, id est, quidquid omnino in anima vel in corpore nostro existit; ita ut in ejus obsequium flectantur omnia, & nullum sit in nobis desiderium, voluntas, cogitatio, motus, qui aberret ab hoc fine: Uno verbo, amandus Deus & affectu & opere: *Affectu*, ut ejus amorem pluris aestimemus, quam reliqua omnia, ita ut nihil sit quod non ejus causa parati simus deserere: *Opere* & *affectu*, at quod intus sentimus externis actionibus demonstremus.

IN SECTIONEM XXXII.

Pars prior de Dilectione proximi.

Quæcumque lege mandata sunt, eum finem habent ut perficiatur in nobis charitas; sunt autem duo charitatis objecta, Deus & proximus: Deus primarium objectum est, quem ideo summè diligere tenemur, idque tripliciter, objective, appretiativè, intensivè: *Objective*, ita scilicet ut uni Deo maximum illud bonum velimus & quæramus, gloriam inquam ipsius, in ejus unius adoratione atque invocatione: *Appretiativè*, ut eum anteponamus rebus aliis omnibus, & omnia nihili faciamus præ ipsius amore, cuius exemplum illustre habemus in Mose, Hebr. 11. v. 25. 26. *intensivè* ut toto dilectionis fervore eum prosequamur, atque in eam rem omnes intellectus & voluntatis facultates serio occupemus, de quo dictum præcedenti sectione.

Alterum charitatis objectum, de quo ista Sectione, est *proximus*: de proximo autem amando extat mandatum Lev. 19. 18. repetitum à Christo Matth. 22. 39. atq; hoc mandatum illud est quod Christus novum vocat, Joh. 13. 34.

1. *Quia* quum sæpius à Christo propositum esset, etiam de novo inculcatum est sub id temporis, quo Christus ad crucis sacrificium sese comparabat. 2. *Quia* inter omnia Christi mandata hoc sine dubio unum est ex præstantissimis, *novum* enim in Scriptura dicitur quod est excellentissimum, ut videre est, Psalm. 98. 1. & alibi *quia* scilicet quæ nova sunt majoris fieri solent ab hominibus & meliora videri. Videndum autem quid proximi nomine intelligatur. 2. *Quomodo* proximus amandus.

Proximorum nomine homines omnes intelligendi veniunt, quibuscum in hac vita versamur, quicumque demum illi sint, & quacumque

conditione agant, Levit. 19.18. Hebraeum vocabulum exstat quo amicus sive socius designatur. Hinc factum ut Pharisæi mandatum istud exponentes, putaverint proximi nomine vel amicos tantum intelligendos quibuscum foremus mutuam amicitiam; quasi inimicos non diligere sed odire debeamus, vel in genere, Judæos hoc nomine comprehendi putarint, nullo modo autem extraneos sive Ethnicos; sed eam legis non tam expositionem quam eversionem redarguit Christus, Matth. 5. y.43. 44. & Luc. 10.31. excellentem proponit parabolam ut ostendat quis nos sit proximus, nimirum quisquis ope nostra indiget, & auxilio nostro sublevari potest, & sane compluria sunt vincula quibus inter se ita colligantur homines, ut sibi mutuo proximi dici debeant. 1. Quia ejusdem naturæ sunt participes, ratione prædicti, ad imaginem Dei creati, 2. Quia ejusdem beatitudinis æternæ facti sunt à Deo capaces, quantumvis alii aliis ab æternâ vitâ magis aut minus remoti sunt. 3. Quia iisdem passionibus & calamitatibus expositi sunt quibus & nos, & eorum malis meritò condolere, bonis autem gaudere debeamus.

Modum charitatis Scriptura definit, quum ait, *Diliges proximum sicut te ipsum*. Dilectionem autem quum Christus hic memorat, supponit neminem esse hominum qui se ipsum non amet quique adeo se ipsum amare non teneatur; sed amorem proponit non vitiosum illum & illegitimum quo se homines ita amant ut negligant alios & se admirentur & sibi blandiantur unicè, 2. Timoth. 3. 1. non illum quo se homines amant secundum exteriorem hominem, obsequendo scilicet concupiscentiis suis & carni suæ palpum obtendendo, qui amor proculdubio est homini perniciissimus: intelligitur ergo amor ordinatus, justus, legi Dei conformis, in hoc situs, 1. Ut homo de sua cōservatione sit solitus, & bonum sibi conveniens prosecuratur & malum sibi adversum refugiat, prout ait Apostolus, Ephes. 5. *Neminem odio habere suam carnem*. 2. Ut animæ suæ salutem omnibus modis querat, huc facta omnia sua dirigat, unde facile est jam colligere quid sit amare proximum sicut se ipsum nempe, 1. Ut ea omnia proximo velimus & queramus, quæ nobis ipsis querimus & volumus, illud in memoriam subinde revocantes, *quod vult ut faciant vobis homines, facite illis similiter*. 2. Ut sicut nos ipsos propter Deum diligere debemus, ita proximos amemus propter Deum, qui enim in amore proximi Deum respicit, proximum nunquam illico aut injusto amore prosequetur. 3. Ut sicut vero & sincero affectu unusquisque se ipsum prosequitur, sic & proximum suum non fictè aut simulatè, sed serio atque sincere, non lingua & verbo, sed opere & veritate diligit.

Sed observanda hic sunt duo, primo si conferamus proximi dilectionem cum cā quā nos ipsos prosequimur, posse illam duobus modis intellegi, vel respectu bonorum spiritualium, & salutis æternæ; vel respectu bonorum temporalium ad hanc vitam spectantium: respectu ergo priorum bonorum, ita proximus est unusquisque sibi, ut nunquam velle debeat bonis spiritualibus privari propter amorem proximi. 1. Quia pri-

vatio,

vatio bonorum spiritualium peccatum est , adeoque aliquid contrarium legi Dei & charitati erga Deum : Charitas autem erga Deum reliquis omnibus est præferenda. 2. Quia Christus jubet ut salutem animæ nostræ totius mundi lucro , præferamus Matth.18. quæ verò de Mose leguntur & Paulo, Exod.32. & Rom.9. dicta sunt ab eis per quandam exaggerationem , ut ostenderent summam suam erga Judæos charitatem , non tam intuendo illam salutis & gloriæ privationem , quām id quod cum tali privatione fuisset conjunctum , nimirum salus illius populi. Jam verò si bona temporalia spectes , ita diligendus est proximus , ut non magis tua quæras quam quæ sunt proximi , 1.Corinth.13. 5. immo bona illa perdas alacriter , si possis ea ratione proximi tui salutem certò promovere , prout hortatu Iohannes 1.Epistol.3.26. ut vitam ponamus pro fratribus nostris.

Alterum est , non ita intelligendum hoc præceptum , quasi juberemur simpliciter , & nullo discrimine adhibito , omnes omnino homines ex æquo amare ; nam & domesticorum fidei bonum promovere præcipue docet Apostolus , & parentes præcipue honorari jubet lex , & conjuges aut filios alio modo quām exteros diligere vult Deus. Distinguenda igitur hic objēcta charitatis , primarium scilicet à secundatiis , primum est salus & æterna vita , cujus respectu omnes sunt æquè diligendi , quia omnibus ex æquo bonum illud salutare & præcipuum velle debemus . Objēcta verò secundaria sunt bona & media hujus vitæ , vel futuræ , quæ charitas non omnibus ex æquo vel offert , vel subministrat , sed gradus servat in lege præceptos , ut quo quis arctioribus vinculis nobis sociatus est , eo diligenter media illa ipsi prospiciamus .

De impletione Legis.

Quemadmodum non itur ad finem nisi per media , ita neque ad gloriam cœlestem , nisi per actus obedientiæ lege divina præceptos : Queritur autem utrū actus illos ita præstare possit homo , ut legem perfecte & adimplevisse meritò dici possit . Hoc ut intelligatur , distinctione opus est , tum variorum hominis statuum , tum divinorum mandatorum , tum etiam impletionis illorum mandatorum .

Status hominis omnino quadruplex est , creationis , corruptionis , regenerationis , & glorificationis . In statu creationis dubium non est quin homo , facultatibus iis decoratus à Deo fuerit , quibus omnia Cœtatoris sui mandata perfectè posset implere : creavit enim Deus hominem rectum , Eccles.7.29. id est , perfecta justitia sapientiaque prædictum , sed mutabili tamen & à qua deficere poterat , sicut & experientia comprobavit : in statu autem æternæ glorificationis , ea justitiæ sanctitatisque perfectione fideles splendebunt , ut à Dei voluntate ne tantillum quidem recedere possint , sed in ejus plenissima observatione immutabiliter persisturi sint . In statu corruptionis antequam illucescat in hominis corde

divinæ gratiæ fulgor, non potest homo implendæ divinæ legi sufficere, quod & ipsi Pontificii agnoscunt, & Christus satis docet, Matth. 12. v. 34-35. *Quomodo potestis bona facere, quam sitis mali, &c.* Ad statum regenerationis quod attinet, volunt Pontificii hominem, ubi ad gratiæ divinæ participationem adductus est, ita posse in observatione divinorum mandatorum incumbere, ut nusquam impingat, sed omnia mandata perficiat.

Nos de mandatis distinguimus, sunt enim *alia legis, alia Evangelii mandata*, illa jubent charitatem Dei & proximi, hæc fidem in Deum & Christum, ut scilicet in eo totam salutis fiduciam reponamus. Inter hæc duo præceptorum genera illud est discriminis quodd mandata legis omnimodam perfectionem ab homine exigant, ut *maledictus dicatur qui in omnibus non permanerit*, Deuteron. 27. 27. hæc verò non tam perfectionem absolutam, quæm sinceritatē exposcunt ab hominibus & qualitatem potius attendunt, quæm quantitatē, itaque quum regenerati sincera fide, et si non omnino perfecta, Dei gratiam in Christo percipiunt, dici possunt implere mandata Evangelica, sed debitam perfectionem quando non præstant, dici non possunt implere mandata legalia.

3. De perfectione mandatorum distinguendum est, est enim perfectio partium, & est perfectio graduum. Illa est qua incumbitur non in unius aut alterius, sed in omnium observatione; hæc est, qua singula mandata eo modo eoque gradu observantur quo Deus jubet. Itaque possunt dici regenerati observare Legem quod ad perfectionem partium, quia nullum est mandatum quod ratione exterioris actus non præstare possit, sed perfectionem graduum quum attendimus, dicimus neminem omnino esse qui legem perfectè observare possit, id est, eo modo & gradu, quem legislator suâ lege præscriptis.

Neminem esse regenitorum in hoc mundo, qui mandata legalia quod ad perfectionem graduum plenè impleat, multa docent. 1. Uerba sunt Apostoli; Rom. 8. 3. *quod impossibile erat legi, quatenus erat viribus destituta per carnem, Deus misso Filio peccatum condemnavit in carne, ut legis justificatio impleretur in nobis*: ubi significat Apostolus propterea necessariam fuisse liberationem per Christum; quodd nemo sit hominum, qui per legem justificationem obtinere possit, non ipsius legis vitio, sed vitio carnis & naturæ nostræ depravatae, quæ legi implendæ par esse non potest. 2. Gal. 3. 10. *Quotquot ex operibus legis sunt, sub execratione sunt, scriptum est enim, execrabilis quisquis non fecerit, &c.* ibi enim Apostolus ostendit nullum hominem posse justificari operibus legis, quia nemo est qui legem præstare possit: argumentum ita est: Qui non permanet in omnibus quæ scripta sunt in lege, non potest per legis opera justificari, quum è contra maledictus pronuntietur: Atqui nullus est hominum qui permaneat in omnibus quæ scripta sunt in lege: Ergo nullus est hominum qui justificari possit per opera legis. 3. Idem colligitur ex Act. 15. 10. ubi lex vocatur jugum, quod neque nos, neque patres nostri portare potuerunt: Hoc enim si de lege ceremoniali dixit eo loco Petrus, quanto magis de morali dici potest, quæ longè gravius est:

est jugum : nam ceremoniæ legales externum tantum hominem occupabant, lex autem moralis spiritualis est, Rom. 7.14. id est, non in externis tantum actionibus dirigendis occupatur, sed ad mentis usque cogitatus & internos voluntatis motus pertingit, ut ei suos præscribat fines. 4. Ubi remissione peccatorum opus est, ibi perfecta non est legis adimpletio, quæ omne peccatum sine dubio excludit: Atqui omnibus regeneratis opus est remissione peccatorum, sine qua coram judicio Dei stare non possunt, Psalm. 130. 3. & 143.2. unde etiam jubemur omnes quotidie remissionem peccatorum à Deo petere, Matth. 6.14. Et verò Paulus, Rom. 7.4.14.15.17.18.23. multis ostendit quantum absit à perfectione & impletione legis.

Denique observant Veteres duo saltem esse præcepta, quæ nullus unquam impletat in hoc mundo, alterum de dilectione Dei ex toto corde, alterum de non concupisendo. De priori Bernardus serm. 50. in Cant. *Da mihi hominem qui ex toto se & ante omnia diligit Deum*, quasi diceret, nullus dari potest ejusmodi: & Augustinus in libro de perfectiōne justitiae, illius præcepti adimpletionem remittit ad plenitudinem charitatis, id est, ad cœlestis gloriæ fruitionem, satis ostendit non esse, quod aliquis speret posse se in hac vita illud præceptum implere, & verò dilectio est pro ratione notitiae, tantum enim diligimus quantum cognoscimus, nemo autem hic Dei perfectam cognitionem habet, 1. Corinth. 13. Ergo neque perfectam dilectionem. De posteriori verò, Augustinus serm. 5. de verbis Apostoli, *Quid dicas, ô lex? Non concupisces, & ego nolo concupiscere: Non implet legem infirmitas mea, sed legem laudat voluntas mea;* Rectè itaque Ambrosius in Gal. 3. *Tanta sunt mandata ut impossibile sit ea impleri,* Et Chrysost. hom. 7. in Epist. ad Rom. Lex vult hominem justum facere, sed non potest, quia nemo eam impletavit; Sic Bernardus serm. 50. in Cant. *Non latuit preceptorem, precepti pondus exceedere hominum vires, sed indicavit utile ex hoc ipso illos suæ insufficiencie admoneri, atque adeo, ipse Thomas in Galat. 3. text. 3. agnoscit impossibile esse totam legem implere.*

Sed quid est inquires, quod Deus mandata legis in Scriptura roties inculcat? an justum est ut aliquid jubeat quod sit impossibile? Respon. 1. Mandata legis ad homines omnes spectare, id est, non minus ad impios & reprobos, quam pios & fideles, ergo aut ex inculcatione illa mandatorum legis nihil colligi potest pro possibilitate legis implendæ, aut colligendum est unumquemque impiorum posse ex se legem implere, quod tamen Pontificii non concedent. 2. Mandatis illis significatur quid sit officii nostri, non quæ sit facultas nostra, id est, quid debeamus, non quid possimus, & ea præcepta ingerendo, vult Deus, tum infirmitatis & insufficientiae nostræ nos admoveare, tum ad Christum nos veluti manuducere, est enim lex padagogus ad Christum, ut in ejus perfectione reperiāmus, quod à nostra infirmitate obtinere non possumus. 3. Deus si impossibilia jubet, nullius tamen injustitiae properea arguendus est, quia impossibilitas illa non est à Dei creatione, sed ab hominis defectio-

ne, nec est originalis aut naturalis, id est, à natura primitus instituta, sed accidentalis est & adventitia, quam natura non fecit, sed peccatum importavit. Itaque sicut manet in civilibus debiti ratio, etiam si cessit foro debitor, ita Deus non amisit ius suum mandandi & exigendi debitum, quantumvis nos vires nostras amiserimus, & solvendo non sumus. Oremus ergo Deum cum Augustino : *Domine da quod jubes, & jube quod velis, & fier quod iussieris.*

IN SECTIONEM XXXIII.

Pars prior, de ius legi.

Legis observationem in hac mortalitate esse regeneratis omnibus impossibilem, ut nemo eam quoad perfectionem graduum impletat, jam demonstratum est: Oritur inde quæstio, *An igitur lex frustrè data fuerit, & nullus amplius inter Christianos ejus usus agnoscii debeas?* In hujus quæstionis solutione duo nobis extrema vitanda sunt, ut media via incedamus. Primo enim Antinomi legem Decalogi nihil ad Christianos spectare contendunt, sed fideles ab ejus jugo sub Evangelica gratia omnino liberos esse fingunt; neq; ad moralis, magis quam ad ceremonialis observationem adactos: quæ impia est cogitatio, quam satis confutat Christus, quem testatur, *se venisse ad implendam, non ad abolendam legem*, Matth.5.14. confutat Paulus quem ait, *legem non aboleri per fidem, sed stabiliri*, Rom.3.17. confutat Johan. quem scribit, *doctrinam Evangelicam*, id est, quam Christus & Christianitatis magistri nos docuerunt, *non esse doctrinam novam, sed veterem illam, quæ fuit à principio*, 1. Joh.2.7. & verò quis negat obligari Christianos ad amorem Dei & proximi, quæ duo sunt capita, ad quæ revocari suprà diximus totam legis summam? Concludimus ergo abrogatam quidem esse legem Moralem ratione maledictionis, quam adversus quoscumq; prævaricatores pronuntiat, Deut.17.17. quod significat Apostolus quem ait, *Nos non esse sub lege, sed sub gratia*, Rom.6.14. & legem non esse iusto positam, sed vigere tamen legem vel maximè inter Christianos ratione obedientiæ, quam ipsi omnes præstate debemus; quippe qui non ad pollutionem, sed ad sanctificationem vocati sumus. Alterum extremum quod vitare debemus illud est, in quod devoluti sunt pravis suis imaginationibus Pharisæi tum veteres, tum novi, qui non tantum legem sub Christi gratia vigere docent, sed etiam in eum finem Christianis datam esse volunt, ut per eam justificantur apud Deum; qua opinione non tam legem extollunt, quam justitiam suam propriam prædicare satagunt, & omnia illa subvertere moluntur quæ Scriptura toties & tam sollicitè inculcat, *Justificationem non per opera legis, sed per solam fidem nobis obtingere*, qua de re superius pluribus dictum est.

Nos

Nos ut ab Antinomis abhorremus, ita justiciarios Phariseos detestamur: stare voluntus legem, & vigere, sed in operibus legis justificationem queri non volamus: sunt enim longè alii finis, propter quos lex fuerit hominibus data, quos etiam hæc Dominica exponit, nam quum duplex sit hominum genus, quorum alii in infidelitate versantur, alii fide donati sunt, lex in utrisque suos manifestissimos habet usus; alios nimis communes, alios verò utrique generi proprios: Communis usus legis tum fideles, tum infideles respiciens is est, quem Apostolus proponit, Röm.3.20. quum ait per legem esse cognitionem peccati, nam præter quām quod Deus omnium hominum conscientiis aliquod boni & mali, justi & iniusti, turpis & honesti discrimen insculpsit, etiam legem exterius ferre voluit, ex qua cognosceret quisque peccatum suum. Itaque vel maximè impius, incestus, adulteria, homicidia, latrocinia quæ patrat, peccata esse diffiteri non possit, quæ expressis divinæ legis mandatis prohibita sunt, & verò Paulus, de se ipso loquens quatenus nondum regeneratus erat, docet, se non aliunde quām ex prescripto legis cognovisse concupiscentiam esse peccatum, Rom.7.7.

Quod ad proprios usus attinet, lex primò habet suum erga infideles & reprobos usum, quia quamvis concupiscentiis intus aestuent, legis tamen præscripto, tanquam frænd quodam, cohidentur ne in manifesta scelera proruant aut societatem, honestatem, tranquillitatem publicam turbent, sed in externo aliquo officio atque obsequio contineri valeant:

Oderunt peccare mali formidina pœna.

Vident nimis legem esse positam adversus impios, ut in eos exerceatur autoritate magistratus, quem legis custodem Deus constituit in bonorum conservationem, & malorum punitionem, Rom.13.¶.4-5. præterea postquam impii sese variis vitiis contaminarunt, acerrimos stimulos ipsorum conscientiis lex infigit, eos redarguit & condemnat & apertum quasi inferorum barathrum offendit, in quod præcipites dentur, atque hinc pavores & anxietates illæ, quæ Caino, Judæ, Neroni, omnem de animo quietem & pacem excutijunt.

Quod ad fideles & pius attinet, multi sunt & magni legis usus, & eorum multum interest legem Dei semper in oculis & in pectore habere, 1. enim ostendit lex quid Deo creatori debeant, humilem scilicet per totum vitæ tempus obedientiam & sinceram integramque actionum, verborum, motuum, cogitationum conformatiōnem, cum ejus voluntate. 2. Quia fidelis ex lege agnoscit infirmitatem & ~~adversum~~ suam, qua, circa observationem præceptorum divinorum, docetur sese coram Deo abjicere; de justitia propria desperare, & ad preces compellitur & ad Christum deducitur, in quo uno videt omnes perfectæ justitiae thesauros prostare, ut ab eo uno pendeat, in eo uno salutem & omnia querat; unde meritò lex vocatur *pedagogus ad Christum*, Galat.3.29. 3. Ubi fidelis jam in Christo justificationem obtinuit, reddit ad legem, eamque amplectitur, quippe cuius mandatis excitetur ad bonorum operum studium.

& in ea videt recte agendæ vitæ normam: docetur quid faciendum sit, quid cavendum, quid Deo gratum sit, quid displaceat quod tendendum sit, nimirum ut agnoscens fidelis perfectionem quam Deus in lege exigit, hic non inveniri, ad eam gloriam omnibus votis contendat in quâ Deus futurus est omnia in omnibus, in quâ nulla remanebit amplius vel in mente ignorantia, vel in voluntate perversitas, vel in actione iniquitas, ubi Deus toto corde amabitur, ubi ab omni concupiscentiâ malâ abstinebitur, ubi totus finis legis in nobis perfectè adimplebitur, Nisi enim, inquit Augustinus, esset aliquando perficiendum, nunquam fuisset à Deo jubendum.

*Pars posterior, de Perfectione legis & vocationibus
specialibus.*

TAntos tamque præstantes usus quum lex Moralis habeat, haud abs re est quod eam dicimus esse perfectissimam vitæ nostræ regulam. Sicut enim Christus oratione Dominica ita nos docuit quid à Deo petere debeamus, ut aliter orare, non tantum ignorantia sit, verum etiam culpa; sic etiam Deus lege Morali ita de cultu sibi debito nos instituit, ut omnino non sit aliò decurrentum. Itaque quum vellet Deus Israelitis ostendere quâm nihil essent cultus illi, quos extra Dei verbum instituerant, Jere. 9. non alia magis ratione utitur quâm istâ, quod *eiusmodi cultus ipse minimè mandavit*; ut igitur in negotio fidei non est sapiendum supra id quod scriptum est, neque vel contra vel præter Dei verbum aliquid asserti debet, Gal. 1.7. ita in causa cultus abominatur Deus non tantum quod contra, sed etiam quod præter ipsius legem est: neque vero cuiquam ignotum esse potest quomodo Paulus ab Ecclesiâ eliminet & proscribat *τοις ορθοπονείαις*, omnes quamcunque demum sapientiæ larvam præferant, Col. 2. 22. 23.

Sed hic suboritur duplex scrupulus: nam primò, quomodo potest lex dici perfecta cui tot tamque illustria præcepta, hortationes, & admonitiones Prophetæ adjunxerunt: Nam si perfecta lex, ea omnia nihil opus erat adjici; itaque frustra laborasse videntur Prophetæ: Sin Prophetica scripta frustra non sunt, quomodo legis perfectionem agnoscere possumus? Sed facilis responsio, diligenter enim distingui deberet interpretatio ab additione: nam additio novum eliquid infert, interpretatio vero nihil infert novi, sed tantum ea evoluit & in lucem profert quæ latebant vel obscurius vel brevius dicta fuerant. Ad Mosem ergo sive ad legem divinam Mosi datam nihil novi vel Prophetæ intruserunt vel Apostoli, immò homines potius *ad legem revocarunt & ad testimonium*, sicut dicitur, Esa. 8. atque adeo, quum testificari vult Deus se nihil reliqui fecisse quoniam omnia necessaria tradiderit populo suo, dicit se *Israelis dedisse honorabilia legis sua*, Hos. 8. 12. Propheticae igitur conciones pro explicationibus tantum haberi debent, sive explicationibus eorum quæ Deus lege sua jam ante

antè præscriperat, nimis quo modo novimus nos ita adstringi ad Dei verbum ut nihil extra ipsum loquamur & ad illud nihil adjiciamus de eo nihil detrahamus, Deut. 4.12. & hoc tamen non impedit quo minus verbi divini administrari ea latius exponant & ad pietatis usum accommodent, quæ in Scripturæ visceribus latent.

Deinde quæritur, Quomodo lex perfecta sit quæ de vocationibus specialibus nihil agit? Res. Multas esse, easque præcipuas & maxime necessarias sive in politia sive in Ecclesia vocationes, de quibus Scriptura regulas peculiares præscribit: *Quis enim nescit esse ibi quæ Reges & magistratus, quæ subditos & inferiores instituant: & ibi sua præscribi pastoribus & gregi, viris & uxoribus, patribus & filiis, dominis & servis officia:* itaque non est quodd hoc nomine creditur aliqua imperfectione laborare. Fateor multas esse alias vocationes speciales, de quibus in lege nihil doceatur: sed observandum est, eas omnes vocationes legitimas & humanæ societati utiles, ita lege contineri quomodo disciplina Ecclesiastica verbo Dei comprehenditur, vel quo modo singularia facta intra legis generalis ambitum concluduntur, quanquam enim verbum Dei speciales disciplinæ regulas non proponat, quoniam illæ dependent ex varia ratione circumstantiarum, sed regulam tamen generalem constituit, 1. Cor. int. 14.40. ad quam exigendæ & ex qua dijudicandæ sunt speciale omnes regulæ. Ita sanè de omnibus quæ inter homines vigent vocationibus Scriptura non loquitur, regulam tamen generalem præscribit, 1. Corinth. 7. ad quam examinandæ sunt speciales vocationes, ut nimis unusquisque in eâ vocatione fideliter se gerat ad quam vocatus est, in ea labore, ex eâ viëtum sibi & familie quærat, & ut passim docetur, amet Deum, amet proximum, nec sua tantum, sed & quæ sunt proximi quærat.

IN SECTIONEM XXXIV.

De Oratione ejusque objecto.

QUæ Deo debeatur obedientia ex legis præceptis accepimus, atque ita alteram cultus divini partem explanavimus: sed quum eorum, qui ex Dei mandato bonis operibus incumbunt, studium & exercitamentum nobile sit *invocatio* vel *oratio*; reto nunc ordine progrediendum nobis ad tertiam istam doctrinæ Christianæ partem quæ legitimæ invocationis rationem docet: Est autem invocationis maximum sine dubio momentum in religionis negotio; quemadmodum patet ex eo, 1. Quid saepius in Scriptura totus Dei cultus *invocationis* nomine venit Gen. 4.26. Psalm. 79.6. Esa. 64.7. Quare vero illud, nisi quia *invocatio* est inter partes divini cultus eximia; nam & in *invocatione* tum fides continetur, tum obedientia supponitur: fides continetur, quia *invocari* non potest

legitimè nisi ille in quem credimus, Rom. 10. 14. obedientia supponitur, quia invocatio Dei citra obedientiam non aliud est quam mera divini numinis irrisio, ac propterea negat Deus se illorum preces auditurum, qui in præceptis suis violandis vitam contumaciter occupant, Esa. 1. 5. & Christus eos abjudicat qui quum ore ad Deum appropinquent, corde tamen & filiali obedientia longè sunt ab eo remoti, Matth. 6. 8. 2. Ex eo quod invocatio singulari quadam ratione Spiritui Sancto tanquam causa attribuitur, Sophon. 3. 9. Roman. 8. vers. 15. 16. Galat. 4. 6. 1. Corinth. 12. 13. & ideo Spiritus Sanctus vocatur nominatum *Spiritus precum*, Zachar. 12. 10. 3. Ex eo quod invocationis augustissima sunt apud Christianos elogia, quid sunt enim preces? *Elevatio mentis ad Deum*, colloquium familiare creature cum Creatore, clavis cœli, antidotum inferni, porta paradisi, conciliatrices gratia, benedictionum promissio & conditio, per orationem ira Dei suspenditur, venia procuratur, pena refugitur, premiorum largitas impetratur, ea cor serenat, à terrenis abstrahit, mundat à vitiis, est penna fortis & viua, mentem ad cœlestia sublevans; denique est oranti subsidium, Deo sacrificium, Damonibus flagellum, &c. quæ omnia satis ostendunt quanta sit orationis præstantia.

Quæ de invocatione docentur ad tria capita referri possunt, objectum, modum est substantiam in vocationis: de objecto agitur hac sectione, nimis unum esse Deum, ad quem referri dirigique debeat invocatio quæcumque religiosa, neque alium in precibus nostris appellandum quam unum Deum patrem, Filium & Spiritum Sanctum, quod his, inter plurimas alias, rationibus adstruimus, 1. Quia ad unum Deum dirigendas orationes nostras docet Christus in oratione Dominica, est enim proculdubio ea precum nostrarum formula perfectissima, ita ut quicumque aliter precatur, carnaliter & illicite preceatur, ut agnoscit Augustinus. Epistol. 121. cap. 12. perfecta autem orationis formula dici non potest, nisi ea quæ docet & quid & à quo petere debeamus: Itaque quum oratio Dominica unum Deum Patrem invocare doceat, concluditur, eum unum invocari debere. 2. Fides & invocatio indissolubili vinculo inter se connexæ sunt: *quomodo enim invocabunt in quem non crediderunt*, Rom. 10. 14. Ergo quum in unum Deum credendum sit, consequitur ut unus Deus invocari debeat. 3. Scripturæ unius Dei invocationem & præceptis stabiliunt & promissionibus firmant & exemplis comprobant: Præceptis stabiliunt, Psal. 50. 15. *Invoca me in die angustie*, Psalm. 115. 1. *Inclamate nomen Iehova*, Esa. 55. 6. *Invoke Deum dum prope es*, &c. Promissis, *Invoca me & exaudi me*, Psalm. 50. 15. *Quisquis invocaverit nomen Domini salvis erit*, Joel. 3. 32. *Quidquid petieritis à Patre in nomine meo*, &c. Johan. 16. 23. Exemplis, nam pii omnes & Veteris & Novi Testamenti usquam alium quam Deum invocasse leguntur. Jam si de invocatione creaturarum queraris, neminem quæquam invenies in sacris Scripturis qui vel Angelum vel Sanctum aliquem in precibus suis appellaverit, nullum ullibi ejusmodi invocationis præceptum invenies, nullam usquam promissionem, quæ creaturarum invocatio stabiliatur. Adversarii se nonnullis distinctionibus evasuros putant, ac duabus istis

præsertim, quarum altera invocationem, altera fidei terminos distinguunt: Invocationem enim faciunt aliam supremam, quam λατέα vocant, alteram subalternam quæ συλέα ipsis dicitur: supremam soli Deo deberi agnoscunt, inferiorem Angelis & Sanctis transcribere non dubitant, quippe qui sunt creaturæ sub Deo præstantissimæ: Sed 1. distin^{tio} hæc nulla est, tum si aliquod esset ejus momentum, nihil tamen Adversariorum causam juvare posset. Nulla est, quia invocatio actus est religionis sine dubio, isque proprius, immediatus & elicitus, quod Adversarii etiam non negant. Atque religio ad unum Deum spectat, quum dicta sit religio ex eo quod uni Deo non religerat atque conjungat, quem admodum docent Antiqui, ideoque Græcis ἡγεμονία dicta est, unde concluditur, Ad eum unum pertinent alicujus virtutis actus eliciti, ad quem ipsa virtus pertinet; Atqui ad unum Deum pertinet religio: Ergo & invocatio, quæ est actus religionis elicitus, 2. Placitorum omnium religionis actuum eadem debet esse ratio; Atqui invocatio, adoratio, votum, juramentum, sacrificium, sunt actus religionis eliciti: Ergo eorum omnium eadem est ratio, ac proinde, sicut agnoscunt Adversarii uni Deo deberi vota, juramenta, sacrificia; ita & confiteri debent ad unum Deum dirigendam esse invocationem & adorationem religiosam, præcipue quum invocatio Sacrificii nomine saepius indigitetur in Scripturis, Psal. 56. 15. & 116. 16. & Hebr. 13. 15. 3. Arriani Christum invocabant in invocatione tantum subalterna quippe creaturarum præstantissimum, non autem in invocatione supremâ, quippe quem Deum esse negabant, & tamen ab Antiquis Patribus & Conciliis damnati sunt tanquam idololatæ, quod scilicet honorem uni Deo debitum, transferrent in eum, quem non nisi creaturam esse putabant. Itaque significarunt satis, ne subalternam quidem invocationem creature deberi.

Jam autem si valeret ea invocationis distin^{tio}, caussam tamen Adversariorum nihil juvaret; quippe qui ex ordinaria sua praxi convincantur invocationem supremam, sive latræ, in creaturas aliquando transferre: nam certè suaves odores & incensa adolefi Sanctis, eorumque imaginibus agnoscit Bellarm. lib. I. de Sanctis cap. 25. Atque incensum est sacrificium verum & propriè dictum, adeoque soli Deo debitum, ideoque inter præciplias Israelitorum idolomanias ea connumeratur quod incensa adolevet in idolis suis, Ezech. 16. 18. & dicitur Rex Ezechias propterea serpentem ænum fregisse, 2. Reg. 18. quod ei suffitius adolerent Judæi. Ridicula autem est Bellarmini responsio, suffitum seu incensum sub Veteri Testamento sacrificium fuisse, non autem sub Novo: quis enim eum edocuit incensi conditionem & naturam sub Novo Testamento fuisse mutatam? Imò Veteres illud explicantes quod dicitur, Matth. 2. 11. Magos obtulisse Christo, aurum, myrram & thus, sive incensum, observant, aurum ei oblatum fuisse ut Regi, myrram ut homini, thus ut Deo, adde quod Carpocratiani inter hæreticos computati sunt, quod adolerent incensum imaginibus Christi, & Basilius hom. in Dar-

danum, thuris oblationem quæ siebat idolis gentium vel imaginibus Imperatorum vocat *sacrificium Diabolorum*. Denique, in primitiva Ecclesiis *sacrificati* vocabantur illi Christiani qui duo aut tria grana thuris Diia Ethnicis obtulissent persecutionis tempore.

Distinguunt deinde de terminis fidei, ut alium dicant esse medium, alium ultimum: fidem enim docent ad Deum solum quidem pertinere tanquam terminum ultimum, id est, in quo ultimo fides nostra terminetur, sed tamen pertinere ad Sanctos tanquam terminum medium, unde postea ulterius provehenda usque ad Deum: Sed hæc distinctio penitus Antiquitati & toti Scripturæ est ignota. Certè enim Scriptura credere & credere in Deum pro eodem usurpat, quod perperam fieret, si esset etiam fides qua crederetur in Sanctos, tunc enim credere latius pateret quam credere in Deum. Deinde fides in Christum, adeoque in Deum, finis est Scripturæ tum Propheticæ, Acto. 10. 43. tum Apostolicæ, Joh. 20. 31. Ergo fides in Sanctos est extra terminos omnes Scripturæ. Præterea sine fide, quam Scriptura commendat, non justificamur neque placemus Deo; Atqui sine fide in Sanctos placuit Deo Abel & alii justi: Ergo fides in Sanctos non commendatur in Scriptura. Denique, Veteres explicantes illud Symboli Apostolici *Credo sanctam Ecclesiam*, docuerunt dici credere in Deum, non autem credo in Ecclesiam, ut divina distinguerentur ab humanis & creatura separaretur à Creatore. Imò divinitatem Christi & divitatem Spiritus Sancti ex eo probaverunt, quod in Christum & in Spiritum Sanctum credendum est, neque veriti sunt ne Arriani aut Macedoniani cum distinctione terminorum fidei, medii, scilicet & ultimi eorum argumento occurrerent.

Qui pro Sanctorum invocatione disputatione, duabus præcipue rationibus ex Scriptura rem sibi videntur confidere: prior, ex eo est, quod cui fides debetur, ei invocatio denegari non debeat: fidem autem suam modo etiam ad Sanctos dirigi colligunt ex Epistola Pauli ad Philem. 1. 5. *Audivi charitatem tuam & fidem quam habes in Dominum Iesum & in omnes Sanctos:* Sed valde inutiliter: 1. quia non de Sanctis mortuis (de quibus tamen hic solum queritur) sed de viventibus agit Paulus, quorum viscera à Philemone refocillata esse docet. 2. Quia quum duas virtutes, charitatem & fidem conjungat cum duobus objectis, Christo nimirum & Sanctis, satis innuit, ita distinguendos illarum virtutum actus, ut fides ad Christum, charitas ad proximum referatur, sicut manifeste explicat Apostolus, Col. 1. 3. 4.

Alterum inde dicitur, quod in Scripturis plerumque ad fratrum nobiscum agentium preces amandamur, sicut videre est Job. 41. ubi Jobi preces requirere jubentur ipsis amici; & Paulus frequenter se piorum precibus commendat, quidni ergo & Sanctos demortuos quorum charitas major est, quia status perfectior, in precibus nostris appellare non possimus? Respondeamus Neque hanc rationandi speciem legiri manet esse. 1. Quia ex sola Scriptura sapere debemus, quæ piorum in hoc mundo habitantium

tium preces quærere jubet, & exempla quærentium proponit; sed de mortuis appellandis, aut in auxilium vocandis nihil tale uspiam insinuatur. 2. Quia vivorum & mortuorum longè diversa est ratio, cum viventibus enim mutua est communicatio afflictionum & consolacionum; & potest unusquisque fratris necessitates agnoscere vel ipso sensu præsens, vel per literas absens: sed mortui nullam amplius nobiscum ejusmoni communionem colunt. 3. Quia officium inter viventes reciprocum est, Jacob. 5. At mortui ita invocantur ut absurdum sit vivos à mortuis invocari. 4. Denique, viventium mutuæ preces merum charitatis officium continent, neque adeuntur tanquam superiores aut patroni, ex quibus salutis nostræ ratio aliquatenus dependeat; sed mortui invocantur religiosè, cum interna ad ipsos conscientiæ submissione, tanquam patroni & inferiores quidam ac tutelares Dii, addita genuflexione, adoratione imaginum, templorum, altarium in eorum honorem erectione, religiosa peregrinatione ad loca ubi creduntur esse ipsorum reliquiarum, votis, juramentis, suffitibus, & quæ alia nemo sanus vivis unquam exhibenda putavit. Quum ergo sint omnia tam differentia, frustrâ sunt qui ex viventium precibus mortuorum invocationem astruere moliuntur.

IN SECTIONEM XXXV.

De modo orandi.

Deus unus invocandus est, quia & unus plenam habet necessitatum nostrarum notitiam, & necessitatibus omnibus succurrere potest, dummodo invocationis legitimam rationem & modum observemus. Itaque sectione superiori, quæ de objecto invocationis fuit, meritò hæc & sequens adjungitur, quæ justum invocationis modum explicant, sectionum harum summa est, *Deum esse invocandum linguâ, corde, humiliter, ardenter, confidenter, per unicum Mediatorem Dominum nostrum Iesum Christum*, sed singula distinctionis elucidemus.

Linguam in precibus nostris haudquaquam inutilem esse paulò post docebitur. Hic duo monenda sunt; priùs est, linguam non semper & ubique necessariam esse in precando. 1. Quia ex parte Dei necessarium non est, ut quod mente concepimus, efferamus sermone. Est ille sicut omnipotens, ita omniscius, cordium & rerum scrutator, i. Reg. 8. Psalm. 139. & *novit ab initio quid sit in homine*, Johann. 2. potest igitur apud ipsum oratio mentalis quantum potest vocalis. 2. Quia duplex est ratio orationis quoad modum: est enim alia continuata orandi series, ubi non potest mens hominis diu occupari, quin linguam secum trahat; sed alia est orationis species, quam ejaculatoriam dicunt, quæ non est aliud quam brevis & subita ejaculatio desiderii ad Deum, quem scilicet mens non

penitus aut diu vacat orationi, ut saepius sit in media negotiorum mole, quum enim tunc longiorem orationem usurpare non possit fidelis, subinde cor suum elevat ad Deum, & desiderium votumque suum ipsi paucissimis explicat, cuius rei exemplum habemus in Nehemia, qui quum accessisset ad Regem, & coram eo staret pro instaurazione Hierosolymorum, dicitur ipso tempore quo Regem orabat, Deum cœli invocasse, Neh. 2. quod non aliter factum quam brevi ejaculatione desiderii sui, in oratione ejusmodi, voti quam vocis; & cordis, quam oris, potiores sunt partes.

Posterior est, non tantum non semper necessariam esse linguam, sed etiam aliquando esse superfluam Deoque ingratam, quum scilicet cordis affectus abeat, & sola lingua sonat: scite enim dictum est ab aliquo, Vbi cor præsens est, orationes nostras esse verè vitulos labiorum: ubi cor absens est, nihil esse aliud quam labia vitulorum, id est, Deum non magis ea curare ac si mugiret vitulus, quod illa referuntur Esa. 29. appropinquant labiis, sed cor eorum à me remotum est, Psalm. 50. Quiden arras statuta mea quum oderis disciplinam, Proverb. 15. Sacrificium impiorum abominationi Iehovæ, Psalm. 109. Oratio impiorum illis in crimen vertitur. Certe Deus in Oratione cor ante omnia respicit juxta illud, Filii mei da mihi cor tuum, Proverb. 23. Nam si Deum respicis, est ille Spiritus & ruit adorari in spiritu & veritate, Johan. 4. 23. Itaque in hypocritas vel maximè minis & maledictionibus detonat, Matth. 23. Si orationem respicis, conditionem habet hanc præcipuam ut à bono principio tendat ad bonum finem, bonum autem operis principium, est cor fide purificatum, ex quo tanquam thesauro bona verba & bona facta progrediuntur, Matth. 12. propterea invocatio est astus religionis proprius & elicitus: religionis autem essentia non in ceremoniis exterioribus, sed in interno animi affectu consistit. Denique, ut norimus veram orationem initium à corde habere, fidelium preces desideria dicuntur, quæ in corde sita esse nemo dubitat, Psalm. 7. 10. & 145. 19. vocantur & suspiria quæ de intimo corde trahi novimus, Rom. 8. 27. Denique, David ad preces accedens de cordis sui sinceritate præsertim testatur Ps. 17. 3. sicut & Ezechias, Esa. 38. 3.

Sunt autem tria ornamenta verae orationis, *humilitas, ardor, fiducia*: humilitas arrogantiam eliminat, ardor hypocrisin exterminat, fiducia dubitationem expectorat. De fiducia sequenti sectione, hic reliqua duo breviter tanguntur. Prima igitur est *humilitas* & animi submissio: nam quum oratio sit petitio bonorum, quibus deficimur, vel deprecatione malorum quæ nobis incumbunt aut imminent, certum est in oratione consentaneum esse anta omnia ut homo se miserum agnoscat, tum propter defectum bonorum quibus caret, tum propter multitudinem miseriарum quibus sciat: unde non potest non fieri humilitas. Deinde ille qui cum res nobis est in oratione, Deus est maiestate plenus & gloria, quem tremunt cœlorum potestates, & coram quo Angeli faciem suam relant, Esa. 6. quanto magis id fieri par est ab homine peccatore. Itaque videmus passim in Scripturis quam humiliter fideles ad Deum accesserint, ut Abrahamus, Gen. 16. Jacobus, Gen. 32.

Genes. 32. Esdras. Esd. 9. Publicanus. Luc. 15. Quanquam autem humilitas in corde & sedem habet & originem, prodit se tamen externis gestibus, qui varii sunt quidem illi, puta incuruatio, genuflexio, capitis detectio, manuum junctio & elevatio, sed sunt tamen omnes ad testificandam animi demissionem comparati.

Humilitati zelus & ardor adjungi debet, nam cum in tota ratione cultus nostri fervor apparere debet, regnum enim Dei non nisi a violentis rapitur, Matth. 11. tum ex precibus praesertim eum inesse par est, quod illa respiciunt, indefinenter orate, orando ne segnescite, vigilate & orate, in oratione instate vigilantes, &c. viam praeivit Christus, orat enim iterum atque tertio, magna instantia, magna que precum contentionе, Matth. 26. praeivit David, cuius passim legere est ardentissimas preces. Nolle & die ad te clamo, mane te invoco, semper laus tua in ore meo, atque hinc fit ut longius excurrat in preces & petitiones suas multiplicet, ut ex multiplicatione verborum colligamus multiplicationem affectuum ipsius. Quod autem multiloquium in Oratione Christus vituperat, Matth. 6. non est referendum ad quamlibet orationis prolixitatem, legitur enim aliquando ipse Christus in oratione pernoctasse: sed ad vanam affectionem prolixitatis, quasi plus esset momenti apud Deum in verbis pluribus quam in paucioribus, qui error est hypocitarum & superstitionum. Referendum item ad proxilitatem & repetitionem quae non ex affectus sed ex vanitatis abundantia procedunt: multi enim quia sentiunt cor suum affectu carere, quadam compensationis opinione linguam suam multitudine verborum onerant, at qui non ita fideles, verum ex ardore animi prorumpunt in crebras repetitiones, quia ex abundantia cordis os loquitur & qui vehementer aliquid optat, in eo petendo multus est, Sicut enim anima ipsius ad Deum, Psalm. 42. immo quia segnescimus facile in orando, consentaneum est ut nos ipsos stimulemus ad preces, Deumque oremus, ut eum precandi ardorem in nobis ingeneret. Certè sicut absque eo nihil facere possumus, Johann. 5. ita neque recte precari, Spiritus est qui interpellat pro nobis & in nobis clamat, id est, clamare facit, Abba Pater, Rom. 8. quae causa est quare Spiritus precum dicatur, Zach. 12. 10.

Non est tamen quod quis in animum inducat, haec omnia quae ad legitimam in vocandi Dei rationem pertinent, hominem ex se praestare posse: sanè hypocritæ orationes fundunt, & impii malis vexati ad Deum confugiunt, sed quum fideles vera cum humilitate & sinceritate cordis animique ardore preces ad cœlestis numen dirigunt, id non natura facit, sed Deus, neque libero arbitrio sed diuinæ gratiæ tribuendum est: Etenim si nemo potest Iesum dicere Dominum, nisi per Spiritum Sanctum, 1. Corinth. 12. 3. quis affirmatur est posse quempiam orationis officio legitimè defungi, qui non agatur & renouetur Spiritu Dei, qui propterea etiam vocatur Spiritus precum, Zach. 12. 10. Itaque quum Deus per Joelem promitteret eum salvum fore quicumque nomen Dei vere invocaverit, ut doceamus legitimum in vocandi modum non esse aliunde quam a Deo, promissionem hanc.

immediatè præmisit, effusurum se de Spiritu suo super omnem carnem, Joel. 2.28. neque objiciendum est, fuisse Cornelium Centurionem hominem Ethnicum, & à Dei fœdere alienum, cuius tamen preces docet Lucas, Act. 10. fuisse Deo acceptas, quamvis enim gente paganus fuerit, fide tamen religiosus erat; dicitur enim pius & timens Deum, Act. 10.2.

Quanquam autem Deus se corde quæri præcipue velit, id tamen etiam juber, ut linguam in eo exercitio occupemus, quæ sit veluti flabellum aut follis excitandis & accendendis animis nostris in preces, quod designat sine dubio Scriptura, quæ in lib. Psalm. linguam sæpe vocat fidelium gloriam, ut significetur non posse dignius occupari, quæ si circa glorificationem divini nominis versetur: Glorificatur autem in primis Deus, quum à nobis in orationibus tanquam unus bonorum omnium largitor agnoscitur & celebratur; Debent ergo cor & lingua mutuam in precibus operam sibi præstare, debet cordis affectus linguam movere & id efficere ut in loquela prorumpat, quo modo novimus Annam, Samuelis matrem, dum cordis sui cogitationes in sinum Dei effundit, labia sua movisse, 1.Sam. 1. & vix fieri potest ut ex abundantia cordis lingua non loquatur, teste Christo: lingua vicissim prorumpentem illum cordis affectum augere debet & quadam veluti reflexione confirmare, ita ut multiplicantur affectus ille pius, à quo primum ipsa vox emanavit, tum Deus & corpore & animo, adeoque lingua à nobis religiosè colendus est, 1.Cor. 6.20, ne jam dicam necesse esse ut alii exemplo nostro ædificantur, & vel orare doceantur, vel in occupato jam orandi exercitio confirmentur.

Porrò cum neque cor nostrum permoveri, neque alii ædificantur possint, si sonus aliquis incognitus in auribus nostris perstrepat, est è re tum nostrâ, tum proximorum, ut preces à nobis lingua vernacula & cognitâ concipientur, tum inter privatos parietes, tum nominativum in Ecclesiastica congregazione, ubi quæcumq; sacra officia, sive prædicationis verbi, sive administrationis Sacramentorum, sive orationis lingua intellectâ peragi debent, quod in primis fuse docet Apostolus, 1.Corinth. 14., ubi haec axioma legas, eum qui incognita lingua loquitur adficare seipsum non Ecclesiam; nec aliquid convocatis si atribus prodeſſe; & esse velut in aere loquentem; esse alitis barbarum idem facere atque ille qui in bello tuba sonat sonum incognitum edente, quo sit ut nemo se præparet ad pralium; satius esse ad instructionem aliorum ut dicantur quinque verba intelligentia, quæ mille absque intelligentia: unde concludit Apostolus, orandum esse spiritu, sed orandum esse intellectu, ita ut scilicet ille qui in Ecclesia dono linguarum præditus est, (quales tempore Apostoli multi erant) fundat quidem preces ex dono illo quo pollet, sed oret tamen intellectu, id est, ita ut non tantum ipse, sed & auditores illarum orationum intelligentiam habere possint. Sunt autem rationes Apostoli in hunc finem variæ; putà. 1. Quod Ecclesiæ & idiotarum in Ecclesia ædificationi Pastores incumbere debeant, atqui ædificatione illa per linguam incognitam procurari non potest.

2. Quia ad benedictiones & preces incognitâ linguâ conceptus idiota sive rugus non possunt dicere Amen; adeoque nec vota sua conjungere eorum votis qui

lingua precantur incognita. 3. Quia facile fieri potest ut extranei qui audiunt omnia in Ecclesia peragi linguâ incognita & non intellectâ, eos qui ita se gerunt in officiis sacris habeant pro insanis. Accedunt postea ad Apostoli autoritatem, 1. Praxis totius veteris Ecclesiæ, sive sub V. five sub N. Testam. ubi sacra semper fuisse cognito sermone peracta certius est quam in dubium vocari possit: nam & propterea Deus linguarum donis Apostolos suos ornavit ut unamquamque nationem, suâ linguâ docere possent in Evangelii mysteriis, atque eo etiam sine, versa olim in vulgares linguas Biblia, non modò in Latinam à pluribus, verum etiam in Armeniacam à Chrysostomo, in Dalmaticam ab Hieronymo, in Gothicam ab Ulphila, ut haberet unusquisque populus, quo se ipsum ædificare in cœlestibus mysteriis posset. 2. Testimonia Patrum, Augustini Concione 2. in Psalm. 18. Sanè deprecati Dominum ut ab occultis nostris mundet nos, & ab alienis, parcat servis suis, quid hoc sit intelligere debemus, ut humana ratione, non quasi avium voce cantemus: & in Psalm. 99. Beatus populus qui intelligit jubilationem: curramus ad hanc beatitudinem, intelligamus jubilationem, non eam sine intellectu fundamus. Ambrosii in 1. Corinth. 14. Si ad ædificandam Ecclesiam convenitis, ea dici debent qua intelligent audientes, 3. Huc addatur, quod si Pontificios excipias, omnes fermè hodie Ecclesiæ Christianæ non tantum nostræ, sed etiam Græcæ, Armeniæ, Ægypticæ, Æthiopicæ, Moscoviticæ, sacra sua linguâ cognitâ solent peragere, imò Germani, Galli, Batavi à Synodo Tridentina id summis votis experierunt, ut linguâ cognitâ publicæ preces & sacra conficerentur. Denique, Lyranus, Stapulensis & Cajetanus in Commentariis suis in 1. Corinth. 14. agnoscent, melius ad ædificationem Ecclesiæ esse, si orationes publicæ, quæ audiente populo dicuntur, concipientur linguâ communis Clericis & populo, quam si dicantur Latinè.

IN SECTIONEM XXXVI.

Notabile dictum est Jacobi Apostoli cap. 4. v. 3. Petitis & non accipitis quia male petitis: Ita enim ostendit non simpliciter curandum esse Christiano ut Deum invocet, verum etiam præfertim ut debito modo invocet. Eum modum Catechismus in tribus constituit ut humilietur, ut arderenter, ut fiducialiter Deus invocetur, de humilitate & ardore superiori Sectione dictum est, Fiduciam explicat hæc Dominica, & varia ejus fulcra ponit in medium: Fiduciam verò quam diximus, certam intelligimus fidelium de suarum orationum exauditione persuasionem: Debemus enim certa exauditionis spe Dominum invocare, prout clara est Jesus Christi promissio, March. 21. 2. Marc. 11. 24. Quaecumque precando petieritis, si credideritis accipietis. Itaque si quid interdum dubitationis obrepatur exaudiendum est, & subinde petendum à Domino, ut adaugeat nobis fidem, majoremque in dies exauditionis fiduciam cordibus ingeneret:

Quidquid enim fit sine fide, & fluctuantes animo futurique incerto, illud peccatum esse. Paulus pronuntiat, Rom. 14.23. & Rom. 10.14. *Quomodo, inquit, invocabunt in quem non crediderunt:* neque verò aliud est quod sæpius Scriptura inculcat quam hanc invocandi fiduciam, ut videre est, Hebr. 4.26. & 10.22. Jac. 1.6. Johan. 5.14. sic passim in libro Psalmorum Prophetam suam inter orandum fiduciam testatissimam facit: eamque suis orationibus & præviām esse vult & comitem assiduam: turbare nituntur hostes Davidem obiectis frequentibus periculis, ipse verò unam fiduciam tanquam turfissimum præsidium his omnibus turbis opponit: *Ego lehovam in clamabo, & ipse servabit me,* Psalm. 55. 17. *Quā die clamabo, hoc scio Deum adfere mihi & ipse servabit me,* Psalm. 56.9. videatur & Psalm. 6.8. 9.10. & 11.1. & 4.4. &c. imò & hoc in plerisque Psalmis observari potest, Prophetam initio querentem, ejulantem, & sub malorum pondere tantum non defenscentem, tum ad preces ardentiſſimas confugientem, tandem in gratiarum actionem definere; *Quare verò illud?* nam gratiarum actio beneficium sequitur jam collatum. Est enim gratitudo pro recepta jam gratia, quomodo ergo jam gratias agit, qui immediatè anteā præ malorum multitudine penè conficiebatur, nec dum poterat liberationem obtinuisse? Nempe hoc est opus veræ fidei, hinc fiduciae genius orat, & statim gratias agit qui certus est accessuram mox redemptionem à malis: fides enim non minùs certas futuras gratias expectat, quam præsentibus fruitur.

Nec verò mirum est ita certam & stabilem esse Christianorum in præcibus fiduciam, quippe quæ tot fulcris undique statuminetur adversus impetum & vim carnis, mundi, Satanae: Primum fulcrum petitur à natura Dei, qui immutabilis est & sui semper similis; itaque inter orandum id nequaquam obliviscitur David, *Tu, Domine, idem es & anni tui non deficiunt,* Psalm. 102. 27. Secundum, ex æterno Dei fœdere, secundum quod Deus est & Pater & Redemptor noster, neque id tacet Prophetam, Psalm. 5.3. *Attende voci clamoris mei, Rex mi & Deus mi;* Vide & Psalm. 19.4. & 27.9. & 81.1. Tertium, ex divinarum promissionum certitudine, Psalm. 69.14. & 143.1. *Exaudi me, Domine, propter multitudinem misericordia tua, & propter veritatem salutis tuae.* Sic 1. Reg. 8.25. *Custodi servo tuo qua eloquimus ei.* Quartum, exauditione aliorum fidelium ut Ps. 22.8.5.6. *In te speraverunt patres nostri & eruisti illos.* Quintum, ex consideratione præteriorum quæ recepimus beneficiorum: præteriorum enim experientia est futurorum certitudo, ita Ps. 4.1. *In angustia dilatationem fecisti mihi, misericordia mei, & audi orationem meam.* Sextum, ex eo quod Deus ita erga fideles se gerere solitus sit, ut eorum orationem nunquam repudiet, Ps. 119. 132. *Gratiam fac mihi secundum consuetudinem tuam erga amantes nomen tuum;* Denique, inter orandum identidem in animum revocare debemus, esse nos filios Dei, quidni ergo à tam benigno patre & hinc necessariam speremus gratiam & de futura gloria simus spiritualiter securi: *accepimus enim Spiritum Adoptionis, per quem possumus clamare Abba Pater, quique testimonium perhibet spiritui nostro, nos ut sumus filii Dei,* ita esse Christi coheredes, Rom. 8.15.16.17.

Sed

Sed quod primarium est, erigit sese fidelis in certissimam fiduciam contemplatione intercessionis & patrocinii Christi, quem novimus constitutum à Deo Patre Mediatorem nostrum, in cuius nomine quidquid petierimus, certi sumus nos à Deo impetratus, Johan.16.23. de quo ut dicitur amplius, ante omnia id constituendum est quod docet Apostoles, 1.Timoth.2.5. *Vnum esse Deum & unum Mediatorem Dei & hominum Iesum Christum*, audimus unum mediatorem, sicut unum Deum; Atque unus Deus dicitur exclusivè ad plures. Ergo & unus Mediator dicitur ut ab hoc officio quilibet alius excludi intelligatur, nam & vocabulum est exclusionis significativum, ut Matth.5.18. *una uocis, unus apex, & 23. v. 8. 9. nō regnare, ēs natus, unus docto*, Pater unicus, & Jac.4.11. *ēs regnans, unicus legislator, & verò Bellarmi-* nus ipse libr.5.de Christo cap.2. agnoscit, veteres Patres quām plurimos unum Mediatorem intelligere hic unicum: quanquam autem Christus Mediator sit etiam Angelorum, ratione conservationis, quia scilicet eos conservavit & confirmavit in ea perfectione quām primitus adepti sunt à Deo, prout Colos.2.16. agnoscit Apostolus, Angelos esse à Filio Dei creatos, & in eo subsistere: Mediatoris tamen nomen in Scriptura nominatim dicitur respectu hominum, non omnium quidem sed electorum tantum, prout dicit Christus, Johan.17.9. se pro mundo non orare, sed pro eis tantum quos Pater ei dedit, est autem Mediator fidelium tum ratione redemptionis, tum ratione intercessionis, ac primò quidem unicum esse redemptionis Mediatorem non diffidentur Adversarii, & Scriptura satis ostendit, quum docet, *nō esse aliud nomen in quo nos salvari oporteat*, est enim ille unus qui purgationem peccatorum fecit per seipsum, Hebr.1.3. & vocatus est Iesus à Deo ipso nomen imponente, *quia servabit populum suum à peccatis suis*, Matth.1.

Sed est etiam unicus intercessionis Mediator, qui pro iis quos redemit continuò intercedit in cælis, ibique pro ipsis appareat, Hebr.7.25. & 9.24. intercessionem verò quum hic dicimus, non simpliciter intelligimus quascumque preces pro nobis ad Deum effusas, quippe certum est, fideles in terris agentes alios pro aliis orare ex Dei præcepto, Jac.1.16. imò neque negant nostri, Sanctos in gloriam celestem receptos pro Ecclesia militante orare, non quidem ex particulari rerum nostrarum sensu, sed ex communis consensu, quatenus sunt illius corporis membra, cuius æternum in cœlis complementum desiderant. Verum intercessionis vocabulo intelligenda venit vis & efficacia spiritualis, quæ precibus nostris superaddita faciat eas Deo gratias & acceptabiles: Hoc igitur sensu dicimus Christum esse nostrum unicum intercessorem sive intercessionis Mediato rem, quod variis rationibus, adstrui potest: Nam 1. qui distinctè & particulatim intercedere debet pro omnibus omnium fidelium, ubique que habitent, necessitatibus interioribus & exterioribus, publicis, & domesticis, occultis, & manifestis, ille debet necessitates omnes omnium fidelium, clare, distinctè & evidenter cognoscere: Atqui nemo sanctorum eam necessitatum nostrarum notitiam habet, sed hoc in unum

Christum æternum Dei filium competit, quum Scriptura doceat, neminem esse præter eum qui verè Deus est, qui sit omniscius, omnipræsens & scrutator rerum sive cordium: vide 1. Reg. 8.29. 1. Chron. 38.9. Psalm. 139. v. 1.2.3.7.8.9.10. Jerem. 17. v. 7.9. & 23. v. 23.24. Apoc. 2.27. unde necessariò concluditur, non aliquem sanctorum, sed unicum Christum eum esse qui profidelibus apud Deum particulariter intercedat. 2. Hanc veritatem Deus eximio olim typo demonstrare voluit, solus enim Sacerdos Deo incensum adolere poterat, Exod. 30.7. Unde quum Ozias officium illud aliquando usurpare tentavisset, ejus eius est & à Deo lepræ percussus, 2. Chr. 26. v. 18.19. Atque Sacerdos Christum typicè representabat, & incensum sive tymlama fidelium orationes significabat, Ps. 14.1.2. & ille Angelus, de quo Apo. 8.3. non aliud quam Christus est, quippe qui ibidem describatur ut Sacerdos, qualis nullus Angelorum creatorum nobis in Scriptura proponitur. Ergo significatur solus Christus esse verus ille Sacerdos qui suffitum indit precibus Sanctorum, id est, qui eas Deo facit acceptabiles. Unde & Petrus 1. Epistol. 2.15. docet, per Christum gratias esse Deo hostias nostræ spirituales: Et Paulus Ephes. 2. 13. per Christum patere nobis accessum ad Patrem: *semper Christus via est & veritas, & vita,* Johan. 14.6. Ut solus est vita nostra, & extra eum nihil nisi exitium & pernicies, ut solus est omnis veritatis salvularis docto: ita solus via nostra per quem perveniamus ad Patrem: sicut statim subjugitur à Christo, *neminem ad Patrem venire nisi per ipsum:* Ergo solus ipse intercessor est noster apud Deum, 3. Consideratu dignissimum est, Scripturam de intercessione Christi loquentem, eam ut plurimum cum ipsius redemptione vel partibus redempcionis conjungere, ut videre est, Roman. 8.34. 1. Timoth. 2.5. Hebr. 7.24. ubi mors, excitatio à mortuis, fessio ad dextram Dei, & potentia nos saluandi, pretiumque redempcionis cum intercessione jungitur, ut norimus non alium esse qui intercessoris partibus fungatur apud Deum, quam eum qui omnes nostræ redempcionis partes plenissimè præstitit. Sed imprimis considerandus mihi videtur locus ille 1. Johan. 2. 1.2. *Si peccaverimus, advocationem habemus apud Deum, &c.* ibi enim consolationem certissimam adversus peccati sensum & conscientiæ mortsum proponit nobis Spiritus Dei, quod Christi patrocinio & intercessione tuti esse debamus. Jam autem si præter Christum alii suppeterent intercessores apud Deum, quid causæ dici potest quare non eorum patrocinium eo loco, ubi maximè necessarium erat, proposuerit Apostolus? Etenim abundantior futura erat consolatio, si dixisset nos & Christum & Angelos & Sanctos habere intercessores apud Deum: Quum ergo ab unius Christi patrocinio consolationem Johannes instituerit, eo ipso satis fecit manifestum, non alium nos intercessorem præter Christum vel habere vel etiam expetere debere.

Ita videmus quam inutiliter hoc loco Adversarii distinctionem urgant inter mediatorem redempcionis & intercessionis, quasi, redempcionis officium uni Christo esset eximium; intercessio autem in Angelos &

San-

Sanctos competet, præsertim quum Redemptor Christus dicitur tum meritò, tum efficaciā: intercessio autem Christi ad efficaciam ipsius pertinet, unde consequitur si sit unus Redemptor, etiam unum esse intercessorem. Est & aliud in hac causa effugium quo frequenter utuntur Adversarii, distingunt enim de intercessoribus, ut alium dicant esse immediatum, alium mediatum; & immediatum quidam esse solum Christum, quippe qui unus per se & propria sua virtute dona quæcumque salutaria nobis à Patre obtineat, & ad eum immediate adducat. Verum tamen intercessores mediatos complures esse, nimis quot sunt Angeli & Sancti in celo, quippe qui sint mediatores ad Mediatorem Christum & per Christum nobis omnia necessaria impetrant: tantam enim esse Christi majestatem, ut per nos ad eum accedere non audeamus, sed intercessores quærendi sint Sancti, qui propitium nobis efficiant Jesum Christum. Sed ista distinctio si recipiatur priorem expungi necesse est de Mediatore redēptionis & intercessionis, illa siquidem distinctio supponit omnes Sanctos intercessores apud Deum Patrem; hæc autem posterior docet unum Christum esse intercessorem apud Patrem, Sanctos autem intercessores apud Filium, præterea ipsa Pontificiorum praxis distinctionem istam labefactat quum videamus eos orationibus suis à Deo Patre postulare id, ut Sanctorum intercessione propitius & favens esse dignetur. Adde quod hæc doctrina de Mediatore ad mediatore falsissimo fundamento superstruitur, quasi scilicet fideles ad Christum directè accedere, vel non audeant, vel non debeant; quum tamen ipse Christus nos peccati & misericordiarum nostrarum sensu confusos ad se indulgentissimè vocet, Matth.11. v.28.29. Denique, hæc distinctio supponit Sanctos habere specialem rerum nostrarum curam & cognitionem: Scriptura verò Sanctis, in cœlestem patriam sublatis, omnem detrahit rerum humanarum specialem notitiam; nam cum spiritus hominis exit, percunt omnes ipsius de rebus secularibus cogitationes, Psalm.146. v. 3.4. & mortui nihil neverunt amplius eorum quæ sub cælo sunt, Eccles.9. v.5.6. & testantur Israelitæ Abramum nescire nos, & Israelem ignorare nos, Esa.63.16. Denique, de mortuis generatim dicitur, Job.14.21. nequaquam intelligere ipsos qua conditione agant, quos hic derelinquarunt filios. Concludamus ergo cum Ignatio epist. 6. Nos solum Christum & Patrem illius in precib⁹ nostris ante oculos habere debere: & cum Arnobio libr.2. Per eum solum patere ingressum ad lucem, neque alias datum esse, vel irrumpere, vel invadere cæteris omnibus clausis, atque inexpugnabili arce munitis, vel cum Origene contra Celsum, lib. 8. Ejus solius ductu pervenire ad Patrem. Denique, August. verba sunt tract. 22. in Joh. Hoc tibi dicit Salvator tuus, non est quod eas, nisi ad me, non est quæ eas nisi per me.

IN SECTIONEM XXXVII.

De Oratione Dominica in genere.

HAud inscitè observatum est à Chrysostomo, quod nobis est manus in corporalibus, idem nobis esse orationem in spiritualibus; sicut enim homo nudus nascitur & omnium egenus, verum tamen à natura manibus donatus est, quæ verò nomine organum organorum dici possunt, quandoquidem per eas reliqua instrumenta nobis conficimus, & cibos, vestes, habitationem, arma & quicquid humanæ vitæ est necessarium, facile comparamus. Sic etiam res habet in vita spirituali, sumus enim verè nudi, nihil boni spiritualis naturaliter in hunc mundum inferentes qui sine divina gratia operatione non modò nihil boni efficere possumus, sed ne dicere quidem aut cogitare, 2. Corinth. 3.5. Verum Deus qui dives est in miserationibus illud organum organorum & omnium instrumentorum spiritualium efficacissimum, gratiōe nobis impertitur nimirum orationem, quā legitimè utentes omnia illa nobis comparamus, quæ sunt ad salutem necessaria: *hac enim est fiducia quam habemus apud Deum, nos ab eo exaudiri, si quid petierimus secundum voluntatem ejus, 1. Johan. 5.14.* Quum ergo tantum sit in oratione momentum non potest non esse utile si quicquid ad ejus rationem pertinet distinctè dilucideque explicetur: sunt autem tria quæ hoc spectare possunt capita, ut *objectum orationis agnoscamus & modum intelligamus & substantiam comprehendamus:* postquam igitur de duobus prioribus dictum est, superest ut ultimum jam exponamus *substantiam* nimirum orationum nostrarum sive quænam sint illa quæ legitimè & cum certo fructu à Deo Christianus postulare potest, de quo sunt sectiones sequentes usque ad quadragesimam quartam.

Quamvis autem nullus sit hominum, qui non sibi bonum velit & querat, in agnoscendis tamen & discernendis veris bonis naturali quadam & miseranda cœcitate unusquisq; laborat, tanta enim est affectuum ardor & perveritas ut si frænum iis laxetur ferventissimo fæpius ardore illa prosequantur & appetant, quæ sunt maximè vel injusta, vel damnosa, dum hic in divitiis cumulandis totus est; ille ad honores terrenos & mundanarum dignitatum culmina totis conatibus anhelat: hic nihil nisi vindictam adversus inimicos animo coquit; ille totus in voluptates illicitas ruit: Si ergo liberum esset unicuique illud à Deo postulare in quod affectu suo præsertim inclinat, fæpius esset sanè ut Dei majestas non tam precibus coleretur quam criminibus fatigaretur, quare ut huic malo medela posset afferri, necessarium fuit, ut Deus ipse, qui precum sacrificia à nobis postulat, & corporalibus quibuscumque victimis longè anteponit, Psal. 69. v. 31. 32. rationem bene precandi nos edoceret & nobis in hac re *Spiritu verboque*, suo præiret: *Spiritu*, qui ideo *Spiritus precum dictus*

dicitus est Zichar. 12. 10. Neque enim novimus quid oremus ut oportet, sed Spiritus ipse intercedit pro nobis suspiris inenarrabilibus, Rom. 8. 26. Neque potest aliquis Iesum Domini dicere: nisi per Spiritum Sanctum, 1. Corinth. 12. 3. Verbo, instituit enim nos in ratione orandi per verbum illud quod libris Veteris & Novi Testamenti consignatum est in usum Ecclesiæ, ubi non tantum extant frequentissima orandi præcepta, nec tantum dulcissimæ proponuntur de exauditione precum nostrarum promissiones, verum etiam exemplis quamplurimis Sanctorum eruditur quidnam à Deo querere orationibus nostris debeamus, & insignis est in hanc rem nominatim Psalmorum liber, qui nihil eorum fermè præterit quæ fidelem à Deo postulare consentaneum est, sive ad hanc vitam, sive ad spiritualem necessaria. Enim verò quia non est omnibus omnino Christianis datum, ut ea possint ipsi legere quæ vel Psalmis, vel aliis Scripturæ libris, de hac re continentur, Dei bonitate dignum erat ut in brevem summam ea omnia colligerentur, quæ omnibus erant petitu necessaria. Itaque voluit hic etiam quibuscumque infirmis subvenire qui est omnium fidelium Salvator Iesus Christus. Etenim antequam ex hoc mundo in cœlestem gloriam transferretur, cum de aliis doctrinæ Christianæ capitibus Apostolos suos edocuit fidelissimè, Johan. 15. 15. tum legitimam quoque orandi formulam eis communicavit benignissimè, quam & Evangelistæ scriptis suis, consignatam voluerunt, Matth. 6. & Luc. 11. Hanc igitur formulam qui rectè tenuerit, & legitimè intellexerit, & diligenter atque fiducialiter coram Deo proposuerit, nullum dubium esse potest quin omnibus legitimæ orationis partibus probè defunctus fuisse dicendus est. Verum antequam ad ejus explanationem accedamus, tria breviter explicanda sunt de Nominis conditione & partibus orationis hujus.

Nomen quod attinet id obtinuit ab antiquissimis temporibus, adeoque ab ipsis fermè nascentis Christianismi incunabulis, ut *δικαιονεία*, sive *Oratio Dominica* vocaretur, cuius appellationis duplex videtur esse ratio. Sicut enim prima hebdomadis dies vocatur *dies Dominica*, Apo. 1. tum quia Dominus noster Iesus Christus eam instituit, atque in locum Sabbathi subrogaram voluit; tum quia illam in suum Patrisque sui cœlestis honorem celebrandam decrevit: ita & orationem hanc Dominicam vocavit Ecclesia, 1. Quia Dominus ore proprio eam dictavit Discipulis suis, quorum postea ministerio fidelibus omnibus traderetur: nam quod de Sacramentis dicit Paulus, 1. Corinth. 11. 23. *Ego accepi à Domino, quod & traddidi nobis*, id sanè de hac oratione dici potest, accepisse illam Apostolos quam omnibus Christianis traderent, 2. Quia hac appellatione ostendit ad quem dirigi debeat oratio religiosa, nimisrum ad Deum unum qui verus est & corporum & animarum Dominus, ut de oratione dicendum sit, quod de Sacrificio dicebat olim Angelus, Judic. 13. 16. *si vis parare holocaustum, Domino offeres illud.*

Conditionem hujus orationis voco excellentiam illam, qua sine dubio reliquis orationibus omnibus præstat, sive originem, sive perfectionem.

illius species: originem, nam quum reliquæ orationes, quæ per totum librum Bibliorum sparguntur, dictatæ & pronuntiatæ fuerint ab iis qui nihil aliud quam homines fuerint, hæc una illum habet authorem qui, ita est verus nobiscum homo, ut etiam sit verus cum Patre & Spiritu Sancto Deus, quique æterna est Dei sapientia, magnus & ~~aut~~^{autem}, Ecclesiæ doctor, de quo dictum est à Patre, *ipsum audite*, Matth. 17.5. Quis autem non dicam hominum, verùm etiam Angelorum potuit nos aut le-
tius aut pleniū instituere in orandi Dei ratione quam qui est in sinu Patris, Dei Verbum, Patris Sapientia, Verus ipse Deus, 2. Perfectionem, quod attinet ea sanè summa est, tum respectu partium, comprehendit enim ea omnia quæ à Deo petere aut expectare possumus, atque adeo, quæcumque vel ad Dei gloriam, vel ad salutem nostram sunt necessaria, ita ut omnia fidelium vota & desideria, quæ coram Deo effundere pos-
funt & debent, intra orationis istius aubitum contineantur; Qualibet enim alia verba dicamus, tamen reapse nihil aliud dicimus quam quod in ista oratione Dominica positum est, si rectè & congruenter oramus, inquit Augustin. epistol. 121. cap. 12. & Tertullianus libro de Oratione, Non tantum, inquit, hac eratio precipua orationis officia complexa est, venerationem Dei, aut hominū petitionem; sed omnem penè sermonem Domini, omnem commemorationem disciplina, ut revera in hac oratione breviarium totius Evangelii comprehendatur; Respectu effectuum, quid enim potest esse nobis ad salutem efficacius quam ipsius Christi verbis concepta oratio, quod si à Deo impetramus quidquid petimus in Christi nomine, Johann. 16.23, annon ea obtinebimus, quæ non Christi tantum nomine, sed Christi etiam verbis, petimus? Quid verò Patrem efficacius permovere potest quam illius oratio, qui est à Patre nobis advocatus & intercessor constitutus? 1. Joh. 2.1. Atque eo factum est ut hanc orationem in ore fidelium quotidie varsari & Patres voluerint & Consilia mandave int, ut videtur est in Consilio Toletano 4. Conon. 9. & Remensi c. 2. in hunc quoque finem commentaria & explicationes suas in hanc orationem ediderunt, veterum Doctorum plurimi Tertullianus, Cyprianus, Ambrosius, Augustinus, &c.

Vtq[ue]nd, partes hujus Orationis tres vulgo proponuntur, *prefatio*, *petitio-*
nes & *conclusio*, sive clausula: *prefationem* prima verba continent, *Pater noster*,
qui es in celis, sequuntur *petitiones*, de quibus levicula est diffensio, eas
enim Pontificii septem enumerant, quia verba illa, *Ne nos inducas in tentatio-*
nem, sed libera nos à malo, dividunt in duas petitiones: Catechismus verò no-
ster cùm ex iis verbis unicam tantum petitionem faciat, sex tantum pe-
tiones agnoscimus, in quo non videtur magnum operæ pretium, sicut &
Maldonatus confitetur: Rectior tamen est divisio in sex petitiones, ut &
Jansenius docet concordiæ Evang. cap. 41. addita etiam suæ sententiæ
ratione, Simplicius, inquit, & rectius dicitur duas has ultimas partes
unam constituere petitionem, ut sex tantum sint hujus orationis petitio-
nes. Hæc enim petitio, sed libera nos à malo, quum per adversativam con-
junctionem sed, cum superiori connectatur, non rectè potest intelligi nova
esse

elle petitio à superiori diversa; sed dicendum est, idem per eam rogari affirmativè, quod priùs rogabatur negativè. Tertia pars conclusam continet δέξασθεντα istam, Tuum enim est regnum, potestia, &c. quæ verba Matthæus habet, Lucas non habet: imò neque apud Matthæum ea verba comparent in Vulgata Versione, neque solent Pontificii in recitanda oratione Dominica ea pronuntiare: nos verò putamus non dubitandum quin ea verba simul cum aliis fuerint à Christo recitata, quum in Græcis omnibus codicibus constanter legantur; sicut & in Versione Matthæi Hebraica, Syriaca, & Arabica, nec non & in Constantinopolitana Versione, qua utuntur Ecclesiæ Græcæ. Itaque explicata etiam videre est ea verba à veteribus Græcis Chrysostomo, Theophylacto, Euthymio, neq; verò abs re est quòd eam clausulam voluit Christus adjunctam, quippe quæ certum fiducia nostræ in orando fulcrum contineat, ut suoloco dicetur.

In Petitionibus autem istius orationis considerare oportet & brevitatem & ordinem: Brevitas admiranda est, quæ verbis paucissimis tantam rerum & magnitudinem, & multitudinem continet. Hac brevitate uti voluit Christus duabus de causis, 1. Ut memoriam juvaret etiam infirmissimorum, qui quum facile possint hanc orationem animo retinere certi sunt se in ea recitanda nihil quod necessarium sit oblivisci. 2. Ut intelligeretur quando Deum oramus, non tam verborum multitudinem à Deo requiri, sicut & dicitur Matt.6.78. quām desideriorum & effectuum spiritualium abundantiam. Ordo verò excellentissimus est, nam quum sint duo fines quæ in omnibus actionibus respicere debemus, Dei gloria & salus nostra, docuit Christus nos ad orationem ita comparatos esse debere, ut imprimis de Dei gloria solliciti sumus, tum salutinostre consulamus. Ad gloriam Dei pertinent tres primæ petitiones: Prima ostendit finem & scopum ultimum motuum, consiliorum & actionum nostrorum, ut nempe Dei nomen sanctificetur & glorificetur; Secunda rationem docet quā scopum illum obtinere possimus; si nimis ad nos veniat regnum Dei: Tertia ostendit quānam sit præcipua ratio stabilendi inter nos regni Dei, putà si ejus voluntati promptum & fidele exhibeamus obsequium; Reliquæ tres petitiones de iis agunt quæ ad nos & bonum nostrum pertinent: ubi petimus 1. quæ ad corpus & vitam hanc terrenam sustentandam necessaria sunt, petitione quarta: 2. Postulamus ut amoveantur obstacula quæ vitæ nostræ spirituali incommodant; Impedimenta autem vitæ spiritualis spectantur vel præterita, vel futura, vel præsentia: Præterita sunt peccata quæ patravimus, quorum remissionem flagitamus petitione quinta: præsentia verò & futura sunt variæ tentationes quæ nobis imminent, à quibus præservari postulamus petitione sexta nec non & mala quibus quotidie ad singula momenta sumus obnoxii à quibus liberari petimus eadem petitione.

IN SECTIONEM XXXVIII.

Ad tam brevem tam ordinatam, tam efficacem orationē Dominicā manū nunc admoliamur, quia verò nos oratiōs ante omnia decet animū ad orandum componere, propterea voluit Christus petitōnibus p̄r̄eire p̄fatiunculam, quae nobis & amorem ingignat & timorem, ut & humiliter & confidenter accedamus ad Deum: nam quia Pater meus est, ideo fidenter precor; quia in cœlis est, ideo humiliter eum inter orandum observo. Et verò duæ sunt precum nostrarum columnæ, benevolentia & potentia Dei, utriusque ex æquo fides nostra innititur: Utramque ponit Christus hīc nobis ab oculis: 1. quidem benevolentiam, quum Deum jubet appellare ut Patrem nostrum; ac ne jam de patribus illis loquamur, quorum operā Deus utitur in nobis generandis, quos Scriptura vocat *patres carnis* sicut & Deum *Patrem spirituum*, Hebr. 12. 9. quia illi tantum corpusculum istud mortale procreant, spiritus autem & potior nostri pars à Deo immediatè creatur in visceribus nostris. Deus certè Pater dicitur, habitu tum ad Filium suum unigenitū, tum ad homines respectu: Ac filii quidem sui pater est natura, unde & *proprius Dei Filius*, dicitur Rom. 8. 32, quippe quem ab æterno genuit, Psalm. 2. 7. & æternā generatione totam ipsi Deitatis communicavit effientiam. Verū hīc pater dicitur habitu ad nos respectu quemadmodum verba per se satis ostendunt, quum non simpliciter patrem sed *Patrem nostrum* nominemus. Est autem Pater hominum *Creatione, affl̄tu, adoptione*: *Creatione*, quia nos fecit, Deut. 32. 6. Et *nos ejus progenies sumus*, Act. 18. 28. sicut autem creationis beneficium ad omnes homines sine distinctione protenditur; sic & filii appellatio hoc sensu ad omnes homines ex æquo pertinet. *Affl̄tu*, quia animū erga nos paternum gerit, Ps. 103. alens, foyens & consiliis nostegens, quam patris appellationem ad omnes etiam eatenus pertinere certum est, quatenus est illi cura de omnibus, & quatenus omnium conservator est, Matth. 5. 4. & 6. 26. Actor. 14. 17. *Enim* verò quia Deus est propriè fidelium servator, 1. Timoth. 4. 10. & *affl̄tu* suo singulari, ac salutari benevolentia non alios dignatur quām electos suos, propterea hīc præcipue nobis ad eam significationem respiciendum est, quā Deus Pater dicitur ex *adoptionis* beneficio, atque ita idem titulus qui dilectionem Dei nobis patescit etiam miseriæ nostræ nos admonet. Sanè verò non alios adoptione filios jus humanum vocare solet quām eos, qui quum priùs à familia essent extranti & in hæreditate jus nullum haberent, in filiorum numerum gratis asciscuntur à patrefamilias. Ita nos natura, non gratiæ, sed iræ filii sumus, extranei à Deo & à Dei fœdere, quod ergo cooptamur in Dei filiorum numerum, donum est, non meritum, gratia, non natura, non privilegium ex Adamo, sed beneficium in Christo, in quo Deus nos adoptavit, cuius Spiritum nobis dedit, & eis qui credunt in nomen ipsius, jus illud

illud fecit ut vocentur filii Dei, Johann.1.12. Jam autem quantum illud est & quanti faciendum quod Deus nobis Pater esse dignatur, quanta sit vitamque sincera Patris erga Filium quem progenuit dilectio, nemo ignorat. Itaque in hoc dulcissimum nomen perpetim conjiciendi fidei oculi & illud identidem in memoriam revocandum quod dicitur, Psalm. 27.10. & 103.13. Esa.49.15. Matth.7. 11. de amore Dei erga nos plus quam paterno: Si jam quereras quomodo patrem tuum compellare aedes Deum coeli, quem peccatis tuis toties offendisti, aut unde certus es cum patrem tuum haberi velle? Respondebis, id beneficium non hominem, non Angelum, non creaturam quamcumque illud tibi meruisse, sed eum unum, qui dilectionis Dei filius est, in quo Patric complacitum est, cuique adeo Pater nihil est unquam denegarurus, Psalm.2. 8. Johan.11. 42. Ille est qui Deum nobis conciliavit, qui Patrem effecit ex iudice, qui ad Dei thronum ianuam aperuit, cuius haec sunt verba, Joh.20.17. Ascendo ad Patrem meum & ad Patrem vestrum, notabilis ordo, prius Deum Patrem suum dicit & deinde Patrem nostrum, ut uoverimus non aliter quam per Christum & propter Christum Deum esse Patrem nostrum.

Quanquam enim unusquisque fidelium Deum tanquam Patrem suum singulariter clamare potest, haud tamen abs te est quod in hac Oratione Christus, nostrum potius quam meum dici voluit: Etenim charitatis erga proximum quantum sit momentum nemo nescit, quum ad charitatem, tanquam ad summam suam universalex reducatur, Roman.13. 9. 1. Timoth.5.1. Itaque Christus ejus charitatis officii nos voluit in hac orationis formulâ admonere, ut quod quotidie pronuntiamus, etiam quotidie revocemus in praxin: id enim docet hoc nomen, non ita nos in terram nostrarum curam intentos esse debere, ut non etiam de rebus proximorum nostrorum solliciti simus, neque de nobis cogitare debemus aut preces ad Deum pro nobis fundere, quin etiam aliorum nobis subeat in mentem, & verò si aliis aliorum onera portare debemus, Galat.6.2. Et aliorum vincula sentire, quasi nos ipsi illorum malis premeremur, Hebr.13.3. & alii aliorum necessitatibus communicare, Rom.12.13. quippe qui simus aliis aliorum membra sub uno Christo capite, 1. Corinth. 12. Denique, si proximos actionibus juvare debemus quomodo iis orationis nostræ solatium denegabimus? Itaque alii pro abiis orare meminerimus, Jac.2. 16.17. Præterea indidem discimus quanquam varia conditione agunt homines in hoc terrarum Orbe, ut sint alii pauperes, alii divites, alii Reges, alii subditi, tamen id esse omnium officii ut ne se ditiores & nobiliores suprà pauperes & egenos extollant, tum quia in hac oratione quum omnes unum Patrem invocamus, reliquos ut fratres agnoscere jubemur, tum quia nemō tam vilis est à quo non possumus orationis saltem solatium accipere: Orationem autem pauperum Deus exaudit, Psalm.10.17. Unde jubemur, è manu iniquitatis facere nobis amicos, ut quum defecerimus, in aeterna tabernacula nos recipiant Luc.16.9.

Altera fiduciae nostræ inter orandum destina hæc est, quod Deum,

quem solum invocamus, novimus esse in cœlis, quanquam ille quidem ubique est, nec cœlis cœlorum eum capiunt, 1. Reg. 8. 27. nec ab ejus conspectu nos possumus subducere, Psalm. 139. v. 7. 8. 9. 10. in cœlis tamen simpliciter esse dicitur variis de causis. 1. Ut suprema ejus majestas significetur; nam qui in nobilissimo loco sedem habet positam, eum omnium primum & summum agnoscit par est. 2. Ut ejus sapientia & potentia extra omne dubium ponatur, quandoquidem enim inter corporeas creaturas & substantias cœlum præstantissimum est, & maximè stupendum Dei opus, ita consentaneum est ut Deum illius architectum & dominum & potentissimum & sapientissimum fateamur. 3. Ut norimus eō totis viribus aspirandum esse, ubi sedem ille sibi delegit, in cuius unius communione nostra felicitas constituta est. 4. Ut omnibus certum fiat, et si gloriæ divinæ testimonia varia in omnibus suis operibus Deus exhibeat, illam tamen gloriam in cœlis longè magnificenter patere, ubi se Angelis & Sanctis suis plenissimè conspicendum præbet in seculo. 5. Sed & aliud hic occurrit observandum: Propterea enim inter orandum id vult Christus nos meminisse, Deum esse in cœlis, ut de eo nihil sordidum aut terrenum cogitare discamus. Certè cœlo nihil inest harum nostrarum sordium & hujusceterrenæ fœcis, quantò minus vitiosum aut infirmum aliquid de Deo cogitare convenit. Sedeat igitur illud nobis in oratione quacumque nostra nos eum invocare qui purissimus est, & sanctissimus, ut nihil ab eo petere audeamus quod sit ullâ vel obscenitate, vel impuritate mixtum. 6. Illud etiam adde, quum nos simus in terris, id est, in infimo mundi loco, Deum esse dici in cœlis in altissima sede, ut norimus in oratione magno esse clamore opus, quod ad Deum oratio nostra perveniat: Quem autem clamorem putas? Non oris sed cordis, non vocis sed voti, non labiorum sed desideriorum.

Ita hæc præfatio nos docet simul & laudare bonitatem Dei, qui à vi-
lissimis naturâ mancipiis Pater appellari dignatur, & potentiam ejus re-
vereri, qui in cœlis altissimo mundi loco sedere dicitur. 2. Excitat in
nobis & amorem dum cogitamus nos Patrem adire, & timorem Dei,
dum eum in cœlis ut Rēgem totius mundi præsidere docemur. 3. ra-
tionem insinuat cur Deus nos velit & possit audire, nam quia Pater est,
bene vult proculdubio nobis: quia in cœlis est, quacumque vult, sine dubio
potest effecta dare: 4. Admonet nos & cœlestis adoptionis nostræ, qua-
tenus illius ut Patris filii sumus: & peregrinationis nostræ, quatenus ab
eo absumus, qui suprà omnes cœlos elevatus est. 5. Hortatur denique,
ut meminerimus nos patribus terrenis in causa Salutis renuntiassæ, qui
Patrem in cœlo quærere jubemur.

IN SECTIONEM XXXIX.

De prima parte, quæ est, Sanctificatio nominis Dei.

Omnia Christianorum officia tribus partibus continentur: versantur enim in credendo, faciendo, petendo, & breviter explicitantur tribus illis Scripturarum Epitomis, *Symbolo*, *Decalogo* & *oratione Dominica*: Oratio iterum Dominica sex petitionibus omnia breviter proponit quæ licet possumus à Deo petere, ac primò quidem quæ directè ad Dei gloriam pertinent, & unde sine dubio sumendum est orationum nostrarum exordium. Est enim Dei gloria finis primus & praecipuus, quem sicut Deus in omnibus suis operibus spectat, Proverb. 16. 4. ita nos ad eum collineare jubemur, 1. Corinth. 10. 31. ed respicit prima petitio, *Sanctificetur Nomen tuum*: summa petitionis hæc est, ut & omnia in genere quæ in mundo sunt, & illa in specie quæ in Ecclesia administrantur, & quæ alios homines generaliter spectant, & quæ nos singulariter respiciunt, Deus prudentia, sapientia, gratiâ suâ ita moderetur, ut inde gloria nominis ejus elucescat. Duo sunt autem quæ hic explicanda veniunt, quod sit illud *Dei nomen*, de quo hic agitur, tum quid *sanctificationis* voce designatur.

Nomen Dei non una notione in Scripturis sumitur. 1. *Dei nomen* dicitur Deus ipse benedictus in æternum, ut quum toties jubemur invocare Dei nomen, id est, Deum ipsum orare, ut nostris necessitatibus omnibus gratiōsè providere dignetur. 2. *Attributa Dei* ac nominativus ejus omnipotentia, ut Ps. 124. 8. *Auxilium nostrum fuit in nomine Domini*. i.e. Deus nobis potentissima sua manu favorabiliter auxiliatus est. 3. Mandatum & autoritatem Dei, ut 1. Sam. 17. 45. *Ego venio contra te in nomine Domini*, id est, instructus Dei mandato & ejus autoritate fatus. 4. Cultum, reverentiam, & fiduciam quæ in Deo ponenda est, ut quum Baptizari jubemur *in nomine Patris, Filii & Spiritus Sancti*, id est, eo fine ut à nobis sacra sancta Trinitas colatur, honoretur, & reverentissimè habeatur, & ut tota fides & spes nostra in ejus unius gratiâ & protectione per Christum in solidum recumbat.

Verbum autem *sanctificandi*, vel ad rem ipsam vel ad rei declarationem spectat: quod ad rem, duo sunt quæ designari possunt hoc vocabulo: Primum enim ea *sanctificari* dicuntur quæ ex usu communi ad usum particularem & sacrum transferuntur, quomodo quæcumque olim erant in tabernaculo & templo, dicebantur *sanctificata* Domino, id est, usibus sacris destinata: Sic & *Sabbatum sanctificare* dicebantur Israelitæ; quando diem illum non in ministeria hujus vitæ corporalis impendebant, sicut fieri potest reliquis hebdomados diebus, sed in rebus sacris divinoque cultu & seria operum, gratiæque divinæ meditatione occupabant. Deinde ea etiam *sanctificari* dicuntur quæ verè sancta sunt, quum antea talia

non essent, quomodo Spiritus Dei nos sanctificare dicitur, quum abstensis quibus naturaliter scate mus maculis, corda nostra purificat animæque veram sanctitatem & justitiam ingenerat, atque ita in novos homines nos renovat. Sed saepius est etiam quum *sanctificandi* verbum ad Dei declarationem spectet, quo sensu *sanctificari* dicitur, quod Sanctum esse declaratur, sive cui Sanctitatis laus tribuitur, quodque a deo Sanctitatis nomine celebratur, quomodo Levit. 10. 3. & Esa. 8. 13. jubemus *sanctificare* *Iehoram Deum nostrum*, h.e. fideliter annuntiare & humiliter agnoscere Dei sanctitatem, potentiam, sapientiam, bonitatem, misericordiam, justitiam in operibus suis, haec enim omnia Sanctitatis nomine comprehenduntur, atque hoc sensu petimus sanctificationem Divini nominis.

Unde jam patere potest, multa esse quæ hac petitione continentur: sed nos possumus omnia ad tria capita revocare: 1. Dei nomen sanctificatur per veram ipsius & salutarem cognitionem, veram, inquam, & salutarem: quanquam enim potest aliqua Dei cognitione hauriri ex creaturarum contemplatione, prout docemur, Psalm. 9. & Rom. 1. eam tamen certum est minimè ad salutem sufficere, ac propterea qui nihil de Deo norunt, nisi ex illo naturæ libro, dicuntur in Scripturis Deum ignorare, & non cognoscere, & Psalm. 76. testatur, Deum solum esse notum in Sione, i. in Ecclesia; petimus ergo sanctificari Dei nomen, quum petimus apetiri oculos nostros ut videant mirabilia legis Dei, Psalm. 119. & illuminari mentes nostras in cognitionem Christi, Ephes. 1. ac proinde Deus petitionem exaudit, quam nos & exterius docet per verbi ministerium & intenus luce gratiae suæ collustrat, ac per Spiritum suum in omnem salutarem veritatem deducit. 2. Sanctificamus nomen Dei, quum illius judicia & administrationem non tantum agnoscimus, verum etiam ipsis qualiacumque sint acquiescimus plane, ut confitemur cum Apostolis, Marc. 7. *Ipsum omnia benefecisse*, &c., sive minetur, sive promittat, sive severitatem exerceat, sive bonitatis thesauros explicet, sive fertilitatem, sive sterilitatem terris immittat, ipsis voluntati nos, nostraque omnia subjicimus, cum Heli dicentes, *Deus est, faciat quod voluerit*, & quamvis multa sint in administratione providentiae Dei, que captum nostrum superant; judicemus tamen & confitemur in eo nihil esse quod non ejus sapientiam deceat, atque ita nihil attribuimus Deo quod ipso sit indignum, ut de Jobo dicitur capit. 1. 3. Dei nomen item sanctificamus, quum quæ de Deo agnoscimus & sentimus, non coarctamus intra peccatoris nostri angustias. *Veritatem in injustitia detinentes*; sed exterius privatim, ac publicè prædicamus ac celebremus & nominatim ingens illud beneficium annuntiamus, quod est operum omnium divinorum caput ac veluti summa, redemptionem, inquam, per Filium, quæ dignatus est nos miseros peccatores in altissimum calamitatum omne genus barathrum demersos extensa manu miseriis illis & peccatis eruere, & ad Filii sui communionem admirandâ bonitate perducere. Qui his tribus legitime defunctus est; ille potest dici Dei nomen sanctificasse.

Ad alteram partem, De adventu Regni Dei.

Modum rectè sanctificandi divini nominis, in eo positum esse diximus ut Dei regnum stabiatur. Itaque meritò primæ petitioni hanc secundam subjungere Christus nos edocuit, *Veniat regnum tuum.* Regnum autem Dei hic nominatum dicitur ut ab omnibus aliis regnis distinguatur: Novimus enim multimoda esse in mundo regna. Sunt 1. regna legitima & terrena, quorum Deus se authorem & institutorem dicit, Proverb.8. Talia sunt regna principum & regum in humana sociate, quæ legibus bonis constant & conservantur, ubi Reges & Principes ad bonorum tuitionem & malorum punitionem gladii potestate armantur, Rom.13. 2. Sunt regna illegitima, quale illud est, quod Diabolus, caro, peccatum, in homine exercent ante regenerationem, unde Diabolus Princeps hujus mundi dicitur, Johan.16. & de peccato monemur, Rom.6. Ne regnet in mortali nostro corpore; sed missis ejusmodi regnis, regnum Dei consideremus, quo nomine multa veniunt in Scripturis. 1. Novi Testamenti primordia sive tempora illa quibus mundo exhibitus est Messias, juxta veterum Prophetarum vaticinia, regnum Dei dicuntur. Ita enim Simeon Justus, Luc.2. dicitur *Expectasse regnum Dei*, id est, beatum illud tempus quo Christus sese mundo manifestavit. 2. Initia illa gloriosæ manifestationis Christi post ipsius resurrectionem, regnum Dei dicuntur, quo sensu, Matth.16. multos suorum discipulorum dicit Christus, *Non gustaturos montem priusquam viderint regnum Dei venire cum potentia*, id est, Christi doctrinam & Evangelium adeoque gloriam Dei late dispergi Apostoli p̄ædicatione per orbem terrarum: hujus regni veluti introitus fuisse videtur augusta illa visibilium donorum in Apostolos effusio quæ in die Pentecostes facta est; 3. Status etiam Ecclesiæ visibilis regnum Dei dicitur, & quia non in eodem semper loco, aut tempore status ille floret aut perseverat, sed multis mutationibus obnoxius est, propterea dicit Christus in Evangelio *regnum Dei à nonnullis ablatum iri.* 4. Denique, hoc nomine significantur dona Spiritualia quæ Deus fidelibus suis communicaat, juxta illud Matth.6. *Querite in primis regnum Dei.* Ne jam dicam Ecclesiæ triumphantis sincerum statum regnum Dei frequenter vocari, 1. Corinth.6. *Injusti non posse debunt regnum Dei:* Quum igitur hoc loco neque primordia Evangelii, neque prima gloriæ Christi patefactio per Evangelii p̄æconium, nomine regni Dei venire possint, ad cætera significata respiciendum est; venit autem regnum Dei quum potenter stabilitur & stabilitum conservatur, augetur atque accrescit.

Itaque quum optamus regnum Dei venire, quinque sunt p̄æcipue quæ petimus. 1. Ut Christus Ecclesiam, quam sanguine suo acquisivit, & quæ in his terris militat, defendere velit, & stabilire adversus omnes inimicos suos, & Satanam concutet sub pedibus nostris, & carnis nostræ ferociam dominet, & concupiscentiarum impetum frenet; neq;

permittat, ut sub tantorum adversariorum potentia fideles unquam deficiant. 2. Ut verbo suo det efficaciam, & ut iis tanquam armis, everti possit quidquid est veritati Dei contrarium, errores inquam, superstitiones, idolomaniae, fraudes, & mendacia quæcumque Satanae. Nimurum est Dei verbum malleus conterens, Jerem. 25.29. & gladius anceps reprimendis hostium viribus aptissimus, Hebr. 4.12. & Scipio robustus ex Sion emissus, Psalm. 110.2. & arma militie nostra non sunt carnalia, sed divinitus potentia, 2. Corinth. 10. 3. 4. Ut eidem divino suo verbo eam erga nos efficaciam largiatur, ut eo mentes nostræ illuminentur, & corda flestantur in obsequium Dei, & affectus ejus voluntati obtemperare discant, ut unum illud verbum à nobis attendatur; e jesus unius habeatur ratio, neque traditionibus aut humanis placitis fidem nostram subjiciamus, sed unum illud agnoscamus profundamento, canone, regula fidei & morum, sicut dicitur, Esa. 8. Ad legem & ad testimonium, nisi fecerint secundum hoc verbum, non lucebit illis matutinalux. 4. Ut fidelium suorum numerum in dies augere velit, beneficiorum suorum spiritualium augmentum nobis concedat. Itaque quæ sunt à tergo oblivia camur, Philip. 3. & ad ulteriora semper feramur, ad vocationem, scilicet spiritualem in Christo. 5. Deniq; ubi tempus nostræ abitionis advarnerit; dignetur Deus nos exemptos rebus humanis in cœlestium bonorum gaudia perducere, quanquam enim hîc nascitur, hîc crescit & stabilitur regnum Dei, est tamen adhuc aliquid melius quod speremus: nos enim Deus non terræ, sed cœlo sanctificavit, neque huic seculo, sed venturæ beatitudini destinati sumus; hîc fides occupanda est, hîc spes alenda, hîc fovenda charitas, hîc militandum adversus hostes animæ, & Dei verbo armanda corda, & confessio fraudis nostræ quotidie iteranda, ut ingemiscamus peccatis nostris, sed & confessio divinæ laudis facienda, ut Dei gloria in ore nostro personet; hîc denique petenda omnia gratiæ divinæ subsidia, ut iis adjuti constanter in cœpta sanctitatis via pergamus: quibus omnibus ubi sincerè ac studiosè defuncti fuerimus, perveniemus tandem ad regni Dei perfectionem illam, quæ non alibi quam in cœlis reperitur, accedit tandem & appetet beatum illud tempus, quem à peccatis, peccatorumque maculis penitus liberi & sæculo sæculique miseriâ erexit succedemus in æterna illa tabernacula, ubi Ecclesiæ triumphantis & cum Christo regnantis gaudiis æternum coronabimur.

IN SECTIONEM XL.

De tertia petitione Orationis Dominicae.

Dei regnum esse justitiam, pacem, & gaudium, testatur Apostolus Roman. 14. Nimurum quia hi tres sunt gradus, quibus ad regni cœlestis fructuonem via paratur. Si 1. studeamus justitiae, in lege divina mandatae.

2. Si

2. Si pacem & concordiam ac charitatem colamus cum proximo.
 3. Si vero gaudio & consolatione interna in conscientiis nostris fruamur : Sed haec tria uno iustitiae nomine aliquando comprehenduntur, Matth.6.33, aliquando voluntatis Dei voce significantur, Matth.7.21. Est enim Dei voluntas, quum fideleri executioni mandatur medium quo perveniat ad regnum Dei. Itaque in admiranda hujus orationis methodo, ubi Christus regni Dei adventum petere nos docuit petitione secunda, voluntatis Dei observationē hac tertia nos postulare docet, & simul exemplar nobis proponit ob oculos perfectissimum, Sanctos scilicet in cœlis agentes, *Fiat voluntas tua in terra sicut & in celo.* Summa petitionis eodē recidit, ut quidquid evenire decrevit divina providentia, finem suum consequatur, ad Dei laudem & salutem Ecclesiæ : verū etiam ut hominum, atque imprimis electorum, naturalis quæcumque contumacia, frangatur & subigatur, ut eorum voluntates omnium, uni Dei voluntati se se ultro subjiciant, & in illius obsequium flestantur & componantur, ut post hanc vitam demum Angelis cœlestibus planè conformati evadant, ita primò petitur ut faciat Deus quod vult : deinde, ut & nos facere possimus quod Deus iubet.

Prima vero fronte summa petitionis istius tum æquitas, tum necessitas oculis se nostris oggerit : nam primò æquissimum est, ut sicuti à Deo habemus quæcumque habemus, vitam, motum, sensum, rationem, gratiam, salutem : ita desiderio hæc nostro gratitudinem testificemur, & profiteamur ipsis nos servos, discipulos, filios esse, qui voluntati ipsius patefactæ per omnia parere velimus, ac proinde probare quenam sit illa *Dei voluntas bona, placens, ac perfecta,* Rom.12.2. Necessest etiam petitionis manifesta est : nam ut & salus nostra Dei gloriæ induvise conjuncta, ita quot habet salus nostra adversarios, eos hostes etiam Dei voluntas experitur, Diabolum putat mundum, carnem, &c. quid autem plures habet illa Dei voluntas adversarios, eò ardentius nobis optandum est, ut amotis & dissipatis obstaculis, quibus in summo velut autoritatis tribunalí collocetur, unde reliquis omnibus jus dicat, & hostes repulset, atque conterrat, & servos suos adjuvet atque conservet.

Dum Dei voluntatem fieri à Deo humiliter petimus, eadem ratione agnoscimus non esse nostrarum virium, ut à nobis illa fiat, solus Deus est qui facit ut ipsis voluntatem exequamur, & vero quid stultius quam alium orare ut faciat quod in potestate habeas, inquit August. libro de Natura & Gratiæ cap.18. & Sapientia cap.3.21. testatur autor quum agnoscet se non esse posse sapientiæ compotem nisi Deus dederit, testatur se accessisse ad Dominum, eumque oravisse. Itaque voluit Christus hanc petendi rationem præscribens nos omni virium nostrarum fiduciâ spoliare, ut bona omnia quæcumque nobis obtingunt & à Deo petere & accepta uni Dei gratiæ transcribere doceamur, juxta illa, *Quid habes quod non accepisti,* 1. Cor.4.7. *Non ego, sed gratia Dei qua mihi adest,* 1. Cor.15.10. Sed videamus quid voluntatis Dei nomine hic intelligendum venit,

voluntatem Dei Theologia docent s̄liam esse arcanam sive *videlicet*, aut beneplaciti; aliam revelatam sive *esperia*, aut signi; illa in decretis Dei posita est, unde & voluntas decreti nominatur: hæc in Dei mandatis consistit, unde & voluntas precepti nuncupatur: illa non nisi per eventus patefit, hæc per legem declaratur, illa in libro divinæ providentiae descripta est, hæc in codice sacro Scripturæ consignata est, per voluntatem igitur illam Deus quæcumque sunt in mundo moderatur & per media infallibilia quæcumq; decrevit certissimè perducit ad exitum, quò referuntur illa Scripturæ dicta, Deus quæcumque voluit fecit, Psalm.115.3, Consilium Dei stabit & voluntas ejus fiet, Isa.46.10. Voluntati ejus nemo resistit, Rom.9.19. Per hanc verò Deus ostendit non quod ipse facere velit, sed quid creatura facere debet, & quod si faciat justum erit & Deo probatum. De hac voluntate, Rom.12.2. Matth.12.7. 2.Thessal.4.3. Hebr.10.36. Hæc Dei voluntas sæpius est quum executioni non mandatur ab hominibus, sed sæpius irridetur & conculcatut pedibus à profanis & impiis, quales illi erant, qui dicuntur *Spiritu Sancto restituisse*, Actor.7.51. Atque hoc mirum nequaquam videri debet, quum, ut dixi, per hanc voluntatem non ostendat Deus, quid ipse decreverit efficere, sed quid justum sit ut homo faciat: adeoque sicut prior voluntas dicitur *effectionis*, ita hæc voluntas *approbationis*.

Utramque hanc voluntatem precatio comprehendit, 1. Dei consilium & qui ex eo consequuntur eventus; petimus itaque ut voluntas Dei fiat, id est, ut Deus nos & nostra ita dirigere dignetur, prout nouit & sibi gloriolum & nobis utile fore, & animum nostrum sic efficiat atque præparet, ut ne unquam murmura nostra in eum obstrepat aut impatientia effervescat, sed potius illud meminerimus, quod est ad Heli Sacerdote dictum, Jehova est, faciat quod ipsi videbitur. Itaque si omnia succedant ex voto, ne propterea in solestemus, si res adversæ urgent ne propterea animum despondeamus, verum à Deo petamus, ut ad veram firmamque pœnitentiam nos componat, ut in omnibus ejus judiciis placide acquiescere discamus.

At verò, si voluntatis Dei nomine mandata ejus intelligamus, sit hæc voluntas, primò generaliter à Christianis omnibus, quando corde contriti, & peccata seu agnoscentes, se ipsos abnegant, propriisque desideriis renuntiant, & vera fiducia Dei misericordiam in Christo amplectentes, se totos ipsi tradunt, & lege Dei delectantur, & Deum frequenter invocant, & ab eo fideenter omnia expectant, sive ad corpus, sive ad animæ salutem necessaria. 2. Specialiter ab unoquoque Christiano in peculiari sua vocatione, cum in ea fidelitatem præstant atque prudentiam & omnia quæ ad vocationem legitimam legitimè requiruntur pro ratione locorum, temporum, personarum, id semper animo reputantes, se olim de omnibus esse rationem Deo reddituros: Postquam autem felicem successum obtinuerunt, non eum industriae suæ, sed divinæ benedictioni adscribunt, juxta illa quæ habentur, Psalm.127.1. 2.Cor.3.7.

Quamquam præcepta Dei sufficere debeant ad nos, vel in officio continen-

tinendos, vel ad officium compellendos, Deus tamen ita bonus est, ut variis rationibus, in suas veluti partes longè à Diaboli mundique commercio pertrahere nos velit, atque eo fine multa pafsim in Scripturis exempla producit, in quæ respicientes, voluntatem ipsius & mandata facilius ac promptius executioni mandemus: *Hinc est quod Deus, Christus, Apostoli, se ipsos sœpius in exemplum proponunt, juxta illa, Estote perfecti sicut Pater vester, &c. discite à me quia humilis sum, & estote imitatores mei sicut ego Christi.* Quum itaque in observatione voluntatis Dei tota salutis nostræ ratio consistat, huic petitioni tertiae voluit Christus exemplum subjcere, quo facilius permovere amur ad id quod à Dei gratia petimus & expectamus, quando rogamus *ut voluntas Dei fiat in terra sicut in cælo*, ubi nihil est, quod non in Dei consilio penitus acquiescat, & ubi mandata Dei fidelissimo & integerrimo obsequio præstantur.

Quinam autem sunt illi, qui degentes in cœlis, Dei voluntatem faciunt: Sanè verò hīc non cœlum illud intelligendum venit ubi volitant aves, ubi lucent stellæ, unde Sol radiis suis hæc inferiora vegetat, quamquam non dubium est in eo cœlo ab omnibus illis creaturis haftenus voluntatem Dei fieri, quatenus omnibus Divinis providentiæ decretis perfectè obsequuntur; sed supremum cœlum intelligere est, ubi est beatorum sedes, & ubi Deus gloriæ suæ solium in æternum constituit, hoc autem cœlo quinam contineantur, Scriptura sacra nos satis docet. Primo in cœlum illud subiecta est Christi humanitas post peractum redemptionis opus, neque inde ventura, nisi ad judicium vivorum & mortuorum. Jam autem qui omnem Dei voluntatem dum in terris ageret, observavit diligenter, ille etiam in cœlis illam continuò perficit, scilicet ibi pro nobis intercedit & inde suum Spiritum in corda nostra mittit, & necessitatibus nostris providet, & nos viventes protegit, & morte obita nos ad gloriæ suæ participationem sublevat. Secundo, in illo cœlo sunt fidelium beati Spiritus, qui postquam Dei consilio in hisce terris inservierunt, in eas sedes translati sunt, ubi requiescant à laboribus suis, & sicut beatam, corporum resurrectionem expectant, ita sunt in Dei voluntatem intensissimi, ejusque laudes continua celebratione concinunt. Tertio, in cœlo sunt Angeli electi qui & Dei voluntatem in cœlo perficiunt & hoc in terras eidem præstandæ transvolant, Psalm. 34. 8. & 91. v. 11. 12. & 103. v. 20. 21. & Hebr. 1. 14. Ea sunt igitur exempla quæ ob oculos inter agendum semper habere debemus, & sunt quidam in terra quorum pietatem imitari debeamus. Heb. 13. 7. Sed enim in longè perfectius exemplar nos intendere Christus voluit; vocat enim ad eos imitandos in quibus nulla potest esse iniquitatis suspicio, mortales enim in his terris ad quemque sanctitatis gradum provesti fuerint, frequenter tamen delictis Dei maiestatem lœdunt prout dictum est, *In multis offendimus omnes*: Ne quis igitur eo obtentu vitia tueatur, aut sufficere sibi putet, si eos imitetur quos peccatores esse novit, id estne credit imperfectam justitiam apud Dei tribunal posse consistere, voluit Christus nobis suum ipsius & Angelorum, &

beatarum animarum exemplum ob oculos ponere, ut norimus qualem quantamque Deo obedientiam debeamus: Certè Angeli, ne de aliis loquamur, Deo lubentissimè, citissimè, fidelissimè obsequuntur: ita igitur jubemur & nos peragendis Dei mandatis instare lubenter, constanter, perseveranter, non eò quasi flagris adigi, quod mancipiis contingit, non in eo negligenter pergere, quemadmodum solent illi quos Scriptura *tepidos* vocat, non mandata quædam feligere, quibus faciendis incumbamus, reliquis insuper habitis, sed in omnibus peragendis sedulò laborare: & quoniam nihil eorum in nostra potestate situm est, Deum orate, ut creer in nobis cor novum, & sincerum affectum ingeneret, & nos in vias mandatorum suorum dirigat, & imperfectionem quamcunque nostram Filii sui justitia cooperiat, dum tandem eò nos perducat, ubi firma ta in æternum voluntate, plenum & continuum ejus voluntati divinæ obsequium praestabimus.

IN SECTIONEM XL.

De Pane quotidiano.

Quemadmodum Dei gloria supremus est rerum omnium finis, Prou. 16.4. ita eò nobis, in omnibus actionibus & cogitationibus nostris, primum ac præcipue respiciendum est, 1. Corinth. 10. 31. id Christus nos edoctos voluit quum in præscribenda rectæ invocationis formula eas petitiones præire voluit, quæ ad Dei gloriam directè & immediate referuntur, & quas hæc tenus breviter expositas audivimus, mox illas subiungit, quæ nos salutemque nostram respiciunt, quæque sunt ordine dispositæ, ut corporalia bona primum petantur, deinde ad interna & spiritualia accedatur; ubi sunt duo nobis in antecessum expedienda, 1. Quænam sit istius ordinis ratio. 2. Quænam causa petendorum corporalium.

Prius quod attinet, non est quodd arbitretur quispiam hac methodi ratione significari à Christo majorum esse corporalium rerum quam spiritualium habendam rationem, quum è contrà ea passim in Scriptura sacra ingeratur doctrina, nihil esse terrena ista omnia præ salutaribus & cœlestibus illis beneficiis quibus Dominus suos dignatur: itaque querendum primum regnum Dei & justitia ipsius, ut omnia suo postea ordine adjiciantur, Matth. 6.33. unde laudantur Discipuli, qui omnia terrestria Christi amori, veræque religionis studio postposuissent, Matth. 19.29. laudatur Moses qui Christi opprobria divitiis Aegyptiorum præposuerat, Hebr. 11. 4.23.26. laudatur Maria, quæ dum Martham terrenorum cura occupabat, ipsa melior partem & nunquam sibi eripendam elegerat, Luc. 20. 42. prout certum est cœlum esse præstantius terra, & Deum mundo, & animam corpore, & salutem.

salutem æternam commodis ipso usu pereuntibus, quòd pertinet illad Davidis, Psalm. 73.25. *Quis esset mihi in cœlo præter te: ego præter te nullo delector in terra: aliae sunt igitur hujus ordinis causæ; nam primò ut ostenderet Christus, sicut à spiritualibus beneficiis oratio nostra suum accipit exordium; ita in iisdem terminum finemque querere debere, utile putavit, si sanæ orationis formulam & à spiritualium petitione inchoaret, & in spiritualium petitione terminaret.* 2. Significavit uti nos debere terrenis istis, non ut in eis affectum & cogitationem nostram figamus, sed ut ad altiora elevatis animis, hoc veluti medio tendamus in cœlum, & ita colligamus apud nos, eum qui minora ista largitur, multo magis majora denegaturum minime, & qui hanc vitam & corpus tam benignè curat, multo magis de salute nobis prospecturum, Matt. 6.25. Ergo sicut Christus à pane corporeo ad panem cœlestē, occasione magni miraculi orationem suam convertit, Ioh. 6.27. & sicut Deus à creature corporeæ contemplatione nos vult ad ipsius cœlestem potentiam & divinitatem animum attollere, Rom. 1.20. ita hoc petitionum ordine docere nos voluit à consideratione terrenorum ad cœlestium meditatione n protinus mentem nostram esse fideliter subvchendam; 3. Etiam infirmitati nostræ non nihil hac ratione concessit, quia enim naturaliter sumus in hæc inferiora terrena propensi, ne forte terrestrium cura inter orandum, à superioribus & præstantioribus nos abduceret, imbecillitati nostræ provisum voluit Christus hoc ordine, significans nimurum, fore ut necessaria nobis in hoc mundo non desint, neque passuram ejus bonitatem ut iis deficiamur, quæ sunt ad hanc vitam necessaria.

Posteriorius quod spectat, variae ejus petitionis causæ. 1. Ita significavit Christus nobis cum illo Deo rem esse, qui non mundum tantummodo universali quapiam cura regit, verum & nos singulos prudentia sua speciali gubernat, atque conservat, & illum esse qui pluvias, serenitatem, fertilitatem, victum, vestitum, pacem, sanitatem, pro liberalitate sua concedit, Act. 14.17. 2. Eum nominatim Ecclesiæ conservatorem esse, quam inter tot hostium impetus, & mundi atque Diaboli insidias protegere novit, est enim Deus in cœlo, qui Ecclesiam ab inimicis suis pessimè habitam etiam quando subsidiis quibuscumque spoliata videretur conseruat, sustentat omnibus necessariis instruit, iuxta illud Christiad suos Apostolos, Luc. 22.35. *Quando miseri es absque orum numero. &c.* 3. Vult Deus fidelibus suis hæc externa dare, non ut eis animum affigant, opulentia enim si abundet non est ei tamen apponendus animus, Psal. 62.11. Sed ut ex facultatibus suis prompte ea largiantur quæ ad conservationem Ministerii sacri sunt necessaria, est enim honorandus Deus de substantia nostra, Proverb. 3.9. Quod qui non faciunt eos queritur Deus dominum Domini vacuam relinquere, Agg. 2.9. Deinde, ut Republica hoc modo conservetur quæ sine tributis, & veßigalibus, vix est ut consistere possit: unde illud Christi, *Date Casari que sunt Casari: præterea ut sustentetur ab unoquoque familia, cui Deus ipsum quasi caput præfecit, 1. Timoth. 5.8. unde & Patres jubentur Thesaurizare:*

pro liberis, 2.Corinth.12. 4. Denique, in eum finem Deus res hujus vitæ liberaliter largitur, ut habeamus quo benefacere possimus & cœlesti pauperum subvenire. Esa.57.8. Matth.25.¶.35.36.

Ad explicationem porrò istius petitionis quatuor sunt, quæ hac definitione distinctè explicantur. 1. Quid nomine *panis* intelligatur. 2. Quando petatur à Deo tanquam ejus donum. 3. Quare panem illum quicquid ex dono Dei est, nostrum esse dicamus. 4. Quare quotidianum appellemus. 1. Quid ad primum, *panis* nomine tria veniunt in Scripturis.

1. *Panis* dicitur species illa à vino & aliis cibis distincta ex aqua & farina constans, quam omnes panem vocant, quo sensu dicitur, Christus multiplicavisse *panis*, & *panem ac vinum in Eucharistia distribuisse*, quo significatur non potest hoc loco sumi: Quum enim hac petitione Christus omnia comprehensa voluerit quæcumque ad hanc vitam sunt nobis necessaria, ad vivendum autem plura alia requiruntur quam panis hujusmodi, satis patet non esse restringendum illud vocabulum ad specialem illam significationem. 2. *Panis* nomine designatur aliquando Christus cum gratia & merito suo, ut Johan.6. compluries, quo sensu notum est veteres Patres plerosque nomen panis hic accepisse; adeoque petitionem istam ad perceptionem retulisse corporis Christi in legitimo Sacramenti Cœnæ usu: Verum non videtur ita intelligi posse, nisi forte per quandam adaptationem, tum quia vix est ut unquam Christus *panis* dicatur simpliciter, sed semper cum additione aliqua, puta, *panis de cœlo*, *panis vita*, *panis qui dat vitam mundo*; tum præsertim quia si petitio haec ad Christi perceptionem in Eucharistia adeoque ad gratiam ipsius spiritualem & salutarem referenda sit, imperfectione magna laborabit haec orationis formula, quippe quæ de benedictionibus corporalibus nihil dicat, quas tamen certum est à Deo petendas & expetendas esse. Supereft ergo tercia panis acceptio, prout nimirum ea voce significantur omnia ad hanc vitam necessaria, quæ vocabuli significatio, quamquam Græcis & Latinis minus usitata est, apud Hebræos tamen in usu frequentissimo esse patet, Genes.3.19. & 28.26. Esa.58.7. Adeo ut cùm Abraham hospitibus suis butyrum & lac apponere, *panem* protulisse dicatur, Genes.18.¶.5. & 8. Itaque quum panem à Deo petimus, sine dubio & victum, & vestitum & ea omnia bona terrena petimus, sine quibus foret, ut panis non tam panis dicendus esset, quam lapis, immo non vistus & vestitus tantum, sed pax etiam hic petitur quæ bonorum communium maximum est, petitur cum longa tranquillaque vita, sanitas quæ bonorum propriorum præstantissimum est. Ratio vero cur potius panis nominatur quam quidvis aliud, haec est, quod panis alimentorum omnium sicut maximè necessarium, ita communissimum est, quo divites & pauperes, Reges & subditi vescuntur: nam & hoc modo docere nos voluit Christus, sobrietatem & frugalitatem, nimirum ut luxum & profusionem vitemus, siisque contenti esse discamus quæ ad sustentandam & pacificè degendam vitam necessaria sunt, & siquid ultra necessaria suppetat ex eo, liberaliter

&

& libenter erogemus in alios, illius memores quod à Basilio dictum est, antiquitus, Esurientium esse panem quem detinemus, nudorum esse indumentum quod recondimus, miserorum esse pecuniam quam defadimus,

Quod ad secundum, à Deo panem illum petere docemur, non quasi otiosi & nihil agentes à Deo expectare debeamus, ut omnia sufficiat, & in os velut ingerat: Sed ut noverimus, 1. eam esse rationen pietatis, ut promissionibus à Deo donetur, non modo æternam animæ salutem spectantibus, verum & ad vitæ hujus necessitatem pertinentibus, Deut. 28. v. 3. 4. 5. Psalm. 37. v. 9. 11. 12. 25. Matth. 5. 5. 1. Timot. 4. 8. 2. Quidquid felicitatis terrenæ hic possidemus, illud omne Dei bonitati & indulgentiæ attribuendum esse, & postquam magno labore & continua vigilancia, & industria nobis sæculi bona comparavimus, non esse tamen vel labori vel industriæ prudentiæque nostræ adscribendum, quidquid illud est; sed potius pro divinæ magnificentiæ dono habendum, sane verò nisi Iehova adficeret domum, frustra laborant adficatores ejus, Psalm. 127. 1. Itaque quum loquitur Deus de benedictionibus terrenis, meritò à se ipso incipit, Hoz. 2. v. 21. 22. Ego exaudiam cœlos & cœli exaudient terram, & terra exaudiet mystum, triticum & oleum. 3. Quamquam à Deo sunt tum media illa externa, quæ ad conservationem vitæ hujus ordinata sunt, tum mediorum illorum felix usus atque concessus, si tamen aliquando deficiant, habere Deum unde nobis consulat sive per naturæ ministerium, sive admirabili alio modo, quum non ex solo pane vivat homo, sed ex eo omni quod precedit ex ore Iehova, Deut. 8. 4. Matth. 4. 4. Quare & si non semper votis nostris respondere sentiamus laborem industriamque nostram, non est tamen quod de Dei providentia erga nos dubitemus, vel animum despondeamus, vel etiam ad illicita media configiamus, ut suppetere nobis possint necessaria, verum potius voluntati Dei nos patienter submittamus, certa spe ut Deus iis rationibus & modis quos novit, ipsius sapientia nobis, rebusque nostris provideat. 4. Denique, sine terrenorum vel acquisitionem, vel conservationem & fœlicem usum, nobis aut industriæ nostræ transcribere debemus, quanto minus cœlestia bona, quæ omnibus terrenis incomparabiliter præstantiora sunt, viribus nostris attribuenda esse putabimus, imò agnoscamus potius, nos nequaquam idoneos esse per nos ipsos ad cogitatandum quicquam ex nobis ipsis, sed quod idem i sumus illud ex uno Deo esse, 2. Corinth. 3. 5. Quippe sine quo nihil facere possumus, Johan. 25. 5.

Tertiò, quum panem quem à Deo petimus, dicimus tamen nostrum: nostrum autem aliquid dicitur duobus præsertim modis. 1. Quod ab alio obtinuimus sive dono sive hæreditate. 2. Quod ipsi nobis labore & industria vel pecunia nostra comparavimus; Panem ergo nostrum dicimus non quod in eum juris aliquid naturaliter habeamus, hoc enim sensu nihil quicquam boni nostrum est, sive cuius proprietatem nobis merito nostro vindicare possumus, nudi enim venimus in nunc mundum, Job. 1. 21. Nec quicquam est quod in eum intulerimus, 2. Timoth. 6. 7. Noster igitur

igitur panis dicitur quia Deus illum in nostri gratiam creavit & paravit, ut eo secundum paternam ejus indulgentiam fruamur; quidni verò nostrum dicamus panem, cibum, potum, vestitum, qui omnia possumus, quae in Christo & propter Christum nobis donantur, verè nostra dicere: Nam inquit Paulus, 1. Corinth. 3. v. 21. 22. *Omnia vestra sunt & presentia & futura, immo ipse Christus & ipse Deus noster est: Vnde ad Deum meum & ad Deum vestrum, inquit Christus, Johan. 20. 17.* quia scilicet Deus omnium bonorum necessariorum laetitione sese gratiosè nobis indulget: Ita Christus Redemptor & Servator noster est, Job. 19. 25. & 48. 17. quia à Deo nobis paratus est in redemptionem & salutem æternam, 2. Corinth. 1. 30. Hebr. 9. 12. 2. Petri 1. v. 18. 19. 20. Illud etiam addendum est, *panem nostrum duci*, ut inde doceamur legitimis modis esse comparanda quæcumque sunt ad hanc vitam nobis necessaria: enim verò quidquid in justis rationibus acquiritur nulla legitima ratione nostrum potest dici: Usurati, avari, latrones, predones, peculatores multa undique congerunt per fraudes & delos & rapinas, atque ita panis & terrenorum abundantia fruuntur; sed nihil eorum verè suum possunt dicere, quia malis artibus illud sibi comparaverunt: nobis igitur illud est assidue recolendum quod dicit Dominus, *In sudore vultus tui vesceris pane tuo*, id est legitimis & à Deo institutis mediis comparabis, quae sunt tibi necessaria, qui verò rationes suas aliter instituant, non suo sed alieno pane vescuntur & maledictionem illam subiuri sunt, quae est à Deo pronuntiata, Habac. 2. 6. *Vnde multiplicanti non sua.*

Quarto panem vocamus quotidianum, eumque nobis hodie dari petimus, hodie (*καὶ τούτῳ*) quidem singulis diebus, nimis rursum sicuti Deus in singulos dies manna sufficiebat Israhelitis in deserto, ita etiam nobis petimus illa dietim subministrari, quae sunt ad vitæ sustentationem necessaria. *Quotidianum* verò dicimus *σταθμον*, quia quotidie necessarius est, vel quia *επί την διάνη*, hoc est, crastina die non minus eo opus habituri sumus quam hodie, quum ea sit vitæ hujus mortalis ratio, ut per continuas vires edendi, bibendi, vestiendi necessitas recurrat: Itaque hac oratione id est petimus quod à Deo, Prov. 30. 8. postulabat Sapiens, *Ale me, inquit, cibo demensi mei.*

Sed hic occurrit quæstio duplex. 1. Quum hæc oratio ab omnibus sine exceptione frequentanda, pauperibus puta & divitibus, quid est quod omnes singulis diebus panem suum petere à Deo jubentur, nam qui divites sunt, & affluentissima rerum omnium copia abundant, nihil opus habere videntur ejusmodi prece? Respond. Hic revocandum in memoriam illud ex Deut. 8. 4. *Hominem ex solo pane non vivere, sed ex omni verbo egrediente ex ore Dei.* Certè enim, *nemo vitam habet ex iis que possidet, quantumvis illa abundet*; L. c. 12. 15. Itaque ad panis abundantiam accedit necessum est, benedictio Dei, qua deficiente afferatur illud, quod Scriptura vocat *robur & scipionem panis*, id est, vim & efficaciam ad nutriendum, Esa. 3. 2. Ita ut qui ex eo comedunt, non tamen saturentur, Levit. 26. 16. unde jam

Jam satis patet, quum panis sine illa Dei benedictione virtutem nutriendi nullam habeat, eam benedictionem hac ratione præsertim peti, adeoque non minus dirissimis quam pauperimis esse illam orationem necessariam, nam ut pauperes & pane opus habent, & illa benedictione ; ita divites quibus panis suppetit, benedictione super panem opus habent.

2. Quæritur, quum jubeamur panem in singulos dies petere, an significatur eadem ratione omnem de crastino & de futuro curam esse depoñendam. Respond. Hanc esse Christi præceptionem, Matth.6.19.ultimo, *Ne esote solliciti de crastino : nam crastinus dies sollicitus erit, &c.* his autem verbis sicut & hac petitione non est putandus Christus omnino omnem de futuro sollicitudinem damnare ; est enim quædam justa in futurum providentia : Certè si patres pro filiis recondere Thesauros non est inustum, 2.Corinth. 12.10.14. Si qui liberorum curam non habent, sunt pejores infidelibus, 1.Timot.5.8. Si unusquisque in vocatione quam à Deo nascitur est, manere debet & diligenter eam excolere, 1.Corinth.7.24. Si piger ad formicam alegatur, quæ æstate colligit unde vescatur per hyemem, Proverb.6.6.7.8. Dubium esse non potest quin sit legitima quædam de futuro sollicitudo : Quid est igitur quod hic damnatur à Christo. Sollicitudo rodens, mordens, torquens animum, ex diffidentia manans, qua homo semper anxius est, & in perpetuo metu versatur ne ad inopiam redigi debeat : Itaque ut pateat nos nulla ejusmodi anxietate & diffidentia torqueri, in precibus nostris desiderium nostrum non portendimus ultra hodiernam diem, ut significemus etiam si Deus non nisi ad singulos dies necessaria nobis suppeditare velit, nos tamen eo contentos fore & in spe certa divinæ bonitatis placidè requieturos

IN SECTIONEM XLII.

De peccatorum remissione.

Sicut animam corpori præstare certum est, ita bonis corporalibus lo-
gè digniora esse spiritualia & salutaria, nemini dubium esse debet : Itaque hæc tanquam *Gen. 1.20.*, sunt imprimis à Deo petenda, illa non nisi *προτότοκον* vice postulanda, quemadmodum Christus significavit, Matth. 6.23. Quod ergo petitiones hujus orationis Christus ita disposuit, ut primum de corporalibus loquatur, non alia ratione factum est quam ut ad nostras fæse infirmitates accommodaret, qui per corporalia facilius ad spiritualia concendimus & gradatim subvehimur à minoribus ad majora & à terrestribus ad cælestia : tum illud etiam denotatum voluit, nihil esse terrena commoda, nisi Deo fruamur propitio & favente, & veræ famelicam esse rerum externarum omnium satietatem, nisi eam sequatur spiritualis clusuri, atque sitis extinctio, quam qui obtinent, ii demum

verè fœlices dici possunt, Matth. 5. 6. Hæc autem extinſio in vera præfertim peccatorum remiſſione conſiftit; de qua, ut Catechismi vestigia sequamur, quatuor hæc ordine nobis explicanda ſunt, *Necessitas, ratio, utilitas, & argumentum remiſſionis illius.*

Necessitatem quod attinet ea ita generalis est, ut neminem proſus excludat, atque etiam hæc cauſa est ut non singuli tantum pro ſe iſpis, ſed singuli pro omnibus precari jubeantur, *Remitte nobis debita noſtra:* Nam & ea eſt Christianæ charitatis ratio, ut non ſe tantum rēſpiciat ſed proximum vel maximè quum ſcilicet infirmi ſumus & ægri quoquā ſumus, nihil ergo mirum ſi omnes ſimul in pifcinam immergi quærerimus, quæ animas mundat à peccato. Itaque nemo eſt aut fuit, aut erit in posterum, cui non ſumma neceſſitas incumbat petendæ à Deo remiſſionis peccatorum: nemo certè eſt qui peccatorum multitudine non obruatur, peccatorum, inquam præter & originale & extēnorū & internorū, peccatorum cordis & oris, & operis, nemo qui non ſit & propter commiſſa & propter amissa apud cœleſtem Judicem verè reuſ, & quanquam ut à non nemine veterum diſtum eſt, *poſſint eſſe nonnulli ſine criminē, tamen ſine peccato nemo vivit,* quod & ſacra ſatiſ docet Scriptura & perhibet: nam ea quidem testimonium nonnullis reddit quod fuerint *sancți in generationibus fuſi,* ut Noe, Genes. 6. 9. Quod Deum quæſierint toto corde, ut Iofias, 2. Reg. 23. 25. Quod in Dei mandatis inculpatè ambulaverint, ut Zacharias & Elizabeth, Luc. 1. 6. Sed an hoc ita ſcriptum eſt ut ſignificaretur illos ſuiſſe ab omni planè peccato immunes, abſit ne putemus: nam & Noe ebrietate ſeſe contaminavit, Genes. 9. 21. Et Iofias non audivit verbum procedens ab ore Dei, ut neprælio experiretur contra Regem Ægypti, 2. Chronic. 34. 22. Et Zacharias propter incredulitatem mutus aliquandiu fuit Luc. 2. 20. Ergo quod ita laudabiliter de iſpis Scriptura loquitur, ideo ſit quia erant ſine criminē, quanquam non erant ſine peccato: atque adeo non modiſtæ modo, verūm etiam veritati deputanda vox illa Sanctorem, *Nen eſt iustus in terra, ne unuſ quidem:* Omnes peccarunt & deſtituuntur gloria Dei, Rom. 3. v. 10. & 23. Omnes iuſtitia noſtra, &c. Eſa. 64. 6. Si iniquitates obſervaveris, Domine, qui ſubſiſſeris Psal. 130. 3. Nemo vivens iuſtificabitur coram te, Psal. 143. 2. Concluſamus ergo quum Christus non inſirmioribus tantum verūm & ſanctissimis quibusque etiam Martyribus & Apoſtolis hanc orandi formulam præſcriberet, id voluſſe ab omnibus agnoscī, miferos ſe peccatores eſſe, qui ſola Dei indulgentia ſervari poſſint & peccatorum remiſſionem, dum in hac mortalitate vivitur, apud Deum jugiter quærere debeant: Humiliſ ergo ſed vera vox Sanctorum omnium, *Remitte nobis debita noſtra,* qui etiam non unum aut alterum duntaxat debitum nominat, ſed plurali numero, *debita & peccata,* quia ubi ſerio ſeſe excuſerunt, agnoscunt eſſe illa, & numero infinita & pondere gravifſima.

Jam quod ſecundūm eſt, ut probè norimus in quonam vera ratio peccatorum remiſſionis conſiftat; conſiderandum eſt, 1. *Quis remittat.* 2. *Quomodo remittat.* Qui peccata remittit, iſi unus Deus eſt, nam homines:

nes quidem proximis suis peccata remittere possunt ratione vindictæ. quatenus de illis ultiōem sumere recusant, aut par pari referre, & prædicatores verbi pœnitentibus peccata remittunt, quatenus sc. eis veram in Christi sanguine peccatorum remissionem annuntiant, quem in finem sunt à Deo ad Evangelii ministerium vocati, Joh. 20.25. Sed quum culpam & reatum respicimus, certum est in nullam creaturam hoc juris competere, ut peccata remittat, verūm hoc unius Dei beneficium esse, Marc. 10.7. Deus solus iudex est omnium hominum & totius mundi, Genes. 18.15. Psalm. 9. v. 8.9. Atqui in unius judicis potestate est ut reum absolvat; Solus ille Deus est in quem propriæ & immediatæ peccamus, quatenus ejus legem transgredimur, Psalm. 51.6. atqui in solius creditoris manu sūrum est ut creditoribus gratificetur & nomina expungat. Quo sit etiam ut quum de remittendis peccatis agitur, Sancti non alium quam Deum adeant, Psal. 33. 11. & 51.34.

Deinde, ut norimus quo modo quaque ratione fiat hæc remissio, notandum est, peccata variis in Scriptura appellationibus indigitari, vacatur enim *offensa*, *iniquitas*, *peccatum*, *debitum*: *Offensa* quia in legem impingit & quia vita hæc nostra viæ instar se habet, qua dum incedimus in quod peccata incurrimus, in totidem quasi procommata offendimus. *Iniquitas*, quia nos quasi judices inter Dei jus & actiones nostras statuendo haud æquè judicamus, sed injuriā Deo facimus, ut quantum est in nobis causa sua excidat: *Peccatum*, quia est aberratio quædam à recta via: sed Christus *debiti* nomine hic uicitur, quia peccata nos Deo tanquam creditori nostro debitores faciunt, tum neglectæ obedientiæ, tum etiam pœnæ commeritæ, prout novimus in peccato duo esse, *culpam* quâ legem violamus, & *reatum*, quo pœnæ meritum incurrimus. Qui ergo peccat, quum legem à Deo positam infringat, ejusque limites transfiliat, & se omni genis animi corporisque pœnis adstringat, haud abs re est quod *debitum* vocatur & per verba ipsius actio debiti nomine venit: atque hinc est quod Paulus, ubi nostram redemptionem in Christo explicat, dicit Christum delevisse chirographum quod erat adversus nos, id est, legem ceremoniarum antiquam quæ velut apographa quædam nostra erat, qua nos agnoscebamus esse Dei debitores, Coloss. 2.14. Hæc porro debita nostra vocantur, quia nos ea contraximus, nos ea nomina fecimus, nostrum est planè quod peccamus, Deus peccatorum nostrorum planè ~~disponit~~ est, nullam habens cum peccato societatem, aut commercium, ab eo est quidquid est Sancti, Justi, boni in nobis; sed à nobis est quidquid est corruptelæ, immunditie, vitii, Ose. 13.9.

His ita expositis, facile jam videre est in quo consistat remissionis peccatorum ratio, nimis in eo quod Deus Chirographum illud deleat, debitum expungit, à nobis nullam solutionem petit, aut exigit, atque ita peccatorum venia, gratis, inquam respectu nostri, etenim si ad Christum sponsorem nostrum respiciamus, non est hæc peccatorum remissio gratuita quandoquidem solvit Christus, & satisfecit abundantissime pro

nobis, & per crucis mortem, nos Deo Patri suo reconciliavit, atque ita est quod hic justitiae, misericordiaeque divinæ temperamentum ad-
mitemur ; certè absque sanguinis effusione non sit peccati remissio,
Hebr. 9. 2. Et est Dei jus quod nunquam abdicat , quia nunquam justus esse desinit, ut qui peccata faciunt mortis meritum incurant,
Rom. 1.32. ita ut ante omnia, ut reconciliaremur Deo , hostiam pro pec-
catis expiatoriam offerri necesse fuit, fecit hoc mediator noster Christus, in quem conjectit Deus iniquitatem omnium nostrum , **Esa. 53.3.** Cujus sanguis purgat nos ab omni peccato, **I. Johan. 2.7.** Ut in eo redemptionem nostram habeamus, **Coloss. 1.14.** Hactenus igitur justitiae opus fuit quidquid pœnarum spon-
sori nostro Deus intulit, sed consecuta est hanc justitiam admiranda di-
vinæ misericordiae operatio, quod nos ipsi peccavimus, & alius prono-
bis plectitur, quod nos vuas acerbias comedimus, & alterius dentes ob-
flupuerunt, quod Deus in Christo satisfactionem quæsivit & invenit, à
nobis nullam amplius satisfactionem postulat, neque pro culpa, neque
pro pœna vel pro æterna, vel pro temporali; nos enim ab omni pœna
Christus liberavit, quia ejus mors omnis pœna in se rationem habuit,
fuit temporalis duratione, quidni ergo potuit satisfacete pro pœnis tem-
poralibus, fuit æterna quoad æquivalentiam, (quia tantundem fuit veri
Sæc[u]l[u]m ad aliquod tempus totam vim iræ divinæ perferre ac si creatu-
ræ in æternum ira illa incubuisse,) quidni etiam pro æternis pœnis sa-
tisfactum fuerit: quamobrem quum Scriptura de remissione peccatorum
loquitur, illam ita plenam perfectamque esse testatur ut nihil omnino
solvendum supersit: dicit enim debitum nostrum nobis omnino remitti, **Math. 18.32.** nulla itaque debiti pars exsolvenda restat; dicit, **Deum peccata nostri**
nequaquam recordaturum, **Ezech. 18.22.** ergo neque omnino puniturum, quia
quum significat Deus, se peccatum punire velle, minatur se peccati recorda-
turum esse, **Ezech. 18.24.** Denique, qui **delet peccata tanquam nubem**, quæ quum
priùs radiorum Solis aspectum nobis eriperet, protinus evanescit in aq-
ras, **Esa. 44.22.** Qui **abjicit peccata post tergum**, adeoq[ue] ne contéplatur quidem,
nendum ut in illa animadvertis, **Esa. 38.17.** Qui **peccata demergit in profundum**
maris, adeoq[ue] nullam eorum memoriam retinet, **Mich. 6. 19.** ille proculdubio &
peccatorum & pœnarum omnium remissione nos impetratur. At, in-
quies, post remissa tamen peccata varia, & variè affliguntur & moriun-
turi fideles. Resp. Ita esse, sed hæc nequaquam esse pro peccatis satisfa-
ctiones adeoque nec pœnas propriæ dictas: sed 1. Castigationes pater-
nas, exempli, vel disciplinæ causa propositas, ut & alii nostro exemplo
sapient, & nos ipsi erudiamur, neque pereamus cum mundo, **I. Cor. 11.32.**
Deinde, probationes fidei & patientiæ nostræ, **Job. 1. 9.2.3.4.** Denique,
aliquando etiam Martyrii testimonijque vicem obtinere, quo Dei
veritas obsignetur, **Philip. 1.19.** Concludamus igitur unius Christi esse
quod satisfactum fuit Deo, nostrum non esse de satisfactionibus propriis
præsumere, sed in una Christi satisfactione, piè fideliterque acquies-
cere.

Sequitur 3. fructus & utilitas remissionis peccatorum, hoc sanè de-
mum est verè fœlicem esse, cum Deo sancta societate conjungi , Psalm.23.
18. penes quem est origo omnium bonorum , & fons vitæ , Psalm.36.10.
Jacob.1.17. Atque non aliter obtinari potest quām per remissionem pec-
catorum : nam ut peccata sola nos à Deo disjungunt , Esa.59.2. ita est sola
peccatorum condonatio in Christo quæ Dei communionem sarcire po-
test, ut scilicet sit ille Deus noster, & nos ejus populus : Quantum verò est
beneficiorum quod ex ea remissione promanat, sive Deum, sive nos ipsos
respiciamus : Si Deum respicimus tum demum ei grati esse incipimus,
quum peccatorum culpa , reatusque sublatus est, quia jam non in no-
bis ipsis nos respicit, sed in Filio dilectionis suæ, nec jam maculis nostris
sordidos , sed Christi justitiae participatione nitidos , & amabiles , ejus-
que sanctitatis veste ita undique obtectos, ut nihil Deus videat, quod non
proberet : Si nos ipsos consideremus quām sumus ab illo veteri homine
mutati , qui priùs internis peccatorum furiis agitatus nusquam con-
quiescebat etiam in mediis deliciis anxius, & ut inquit ille in medio Tibu-
re Sardiniam circumferens : At ubi remissa sunt semel peccata , & impetrata
justificatio, cessant tumultus illi, ponunt illæ procellæ, quia Deū pacatum
& amicum sentimus, etiam noxia quæcumque statim evanescere, re ipsa
comperimus ; ita diffunditur in conscientiam spiritualis tranquillitatis
sensus, quam magis mente concipere, quām verbis exprimere valeremus,
pax illa certe superat omnem intellectum: quia justificati fide pacem habemus apud Deum,
Rom.5.1. Denique, si adversarios ipsos respiciamus , ubi semel in gra-
tiam cum Deo redimus , etiam nobiscum in gratiam redeunt , quæcum-
que antea contraria fuerant , & si quæ sunt quæ prius odium retineant
nos frustrà tamen sollicitant & impetunt, ita enim tuti sumus Dei mun-
mine u. *um Propheta verè dicere possumus , Psalm.125. Qui fidunt in Do-*
nino sunt veluti mons Sionis qui non mouetur in eternum , & Psalm.3. ¶ 3.4.6.7. &
si decem millia hominum, &c. & Psalm.118.6. Dominus à meis partibus stat, quid ab
homine timerem.

Sequitur ultimo loco argumentum remissionis peccati, id est , testi-
monium ex quo remissionis certitudinem colligamus quod ponitur his
verbis, *sicut & nos remittimus debitoribus nostris.* Sanè sic ut nemo verè fœlix
est qui non habeat fœlicitatis suæ sensum; ita non satis est ut remissionis
peccatorum participes simus , sed & illud etiam curandum , ut & tanti
beneficii possessione certi simus , & securi ; in eum finem Deus nobis si-
dem ingenerat & Spiritum suum indit in corda nostra , 1. Corinth.2.12.
Rom.8.16.71. Verūm præterea Deus nobis exteriora subsidia & admicu-
la suppeditat unde possimus ad illam certitudinem assurgere , & remis-
sionem peccatorum nostrorum tanquam in speculo videre , eo fine insti-
tuta prædicatio, eo fine administrantur Sacra menta; nec dum satis subsi-
diorum, en tibi aliud quod Christianus sibi secum circumfert , quodque
illum semper comitatur, nempe quo nos affectu erga proximum nostrum
serimus, eodem certi esse debemus Deum erga nos permoveri , si afficit.

nos probbris, injuriis, aut dampnis proximus, etiam nos Deum irritabimus & peccatis ipsius iram concitabimus, si non religiosi præceptorum divinorum observatores proximo parcimus & vindictæ sensum abjecimus, & offensas liberaliter remittimus, & parati sumus quoties voluerit in gratiam cum ipso redire, optimè sanè id habet; nam quomodo erga fratrems nos gerimus, eodem modo se geret Deus erga nos: ignoscet Deus, neque nos puniet, & gratia sua nos haud dubie dignabitur; nam, inquit redemptor noster, Matth. 5. 6. *Si condonaverimus proximi nostris offensas & Deus nobis peccata nostra remittet, aliquin non est quod à Deo remissionem expectemus: Hoc sibi voluit Christus, quoniam jubet nos à Deo remissionem debitorum petere, sicut nos remittimus debitoribus nostris.* Porro non est quod hinc aliquis colligat remissionem offensarum, qua proximo nostro parcimus, causam esse propter quam Deus remittat nobis offensas nostras: illud enim ἡμῖν οὐφέλει repugnat iis, quæ de gratuita remissione docuimus. Hæc igitur verba eò tantum spectant. 1. Ut certi esse possimus de remissione peccatorum nostrorum. 2. Ut omnem vindictæ appetitum deponamus & norimus præclusam esse iis viam ad thronum gratiæ qui volunt sibi quidem remitti, sed aliis ipsis remittere obstinate negant, nimicum ut dicitur, Matth. 7. *Quo iudicio judicabimus, etiam ipsi judicabimur, & qua mensura mensurabimus, mensurabitur & nobis.*

IN SECTIONEM XLIII.

De sexta petitione Orationis Deminicae.

Miseram hanc vitam nostram, malis undique obvallari & peccatum sorribus inquinari, certius est quam ut probatione indigeat. Sunt 1. peccata, quæ quamvis actu transiverint reatus tamen eorum in nos incumbit. 2. Sunt & quæ præsenti sensu nos vexant & agitant. 3. Denique, sunt omnium quæ futura merito extimescimus, omnium remedium in sola potenti Dei manu situm est. Itaque ad eum unum confundendum est pura prece, & oratione constanti, atque seria; illud nos Christus fideliter prestare vult, posteriori orationis Dominicæ parte, quæ postquam panem quotidianum, i. quidquid bonorum temporalium necessariuni est à Deo postulavit, etiam malorum deprecationem statim subjungit. 1. Eorum quæ præterierunt, ne scilicet illorum reatu obstringamus, *Remitte nobis debita nostra.* 2. Eorum quæ impendent & quæ superventura metuimus, *ne nos inducas in temptationem.* 3. Eorum quæ præsentia & sunt & quibus actu subjacemus, *libera nos à malo.* Postquam igitur de primis actum est petitione quinta: Consequens, ut ordinem à Christo institutum sequamur & ad sextæ petitionis explicationem de reliquis agamus.

Pri-

Primum ergo contra futura mala remedium quærentes, à Deo petimus ne nos inducas in temptationem, ubi duo breviter examinanda. 1. Quæ sit illa tentatio quam amoliri conamur. 2. Quo sensu à Deo petimus ne in eam nos inducat. Quod ad prius, tentare notissima significatio idem est quod experiri, periculum facere, inquire, explorare quod ante non erat satis cognitum, ut apud Ciceronem saepius, tentare quo animo sit aliquid, tentare aliquis scientiam vel patientiam, &c. Vocem illam Deo attributam in Scripturis sape legere est: dicitur enim tentasse Abrahamum, Genes. 22. 1. Davidem, Psalm. 17. 3. Psalm 26. 2. Israelitas, Exod. 16. 5. Deut. 8. 2. & 13. 3. 2. Chron. 22. 21. Dicitur & Christus tentasse Pharisæos, Johan. 6. 6. quibus contraria docere videri possit. Jacob. 2. 13. Nemo quum tentatur, dicat à Deo tentari; nam Deus tentari malis non potest, nec quemquam tentat: Verum facilis est conciliatio: Iacobus enim nihil aliud significat quam Deo non esse ascribendam temptationem illam quæ ad malum est, quâ scilicet aliquis alium ita aggreditur ut conetur eum dolis, vel malis consiliois ad peccandum pellicere; nam certè sicut Deum malis non tentatur, id est, nihil habet in se quod ad peccatum vel tantillum vergere possit, immo quod non à peccato sit omnino alienissimum; ita non est dicendus alios ad peccatum aut mandatis, aut consiliois aut interiori aliqua persuasione solicitare: Quod verò alibi dicitur Deus homines tentare, ita intelligendum, ut in ea locutione *distinxit* agnoscatur: Nam quum propriè ille aliquid tentare dicatur, qui in eo laborat ut exploratum habere posset quod ante non erat ipsi satis cognitum, Deo autem sint omnia sine dubio cognitissima, non potest dici propriè tentare. 2. Tentare ergo aliquem dicitur quando quod illius intrus latebat ita producit in aperatum, ut aliis notum fiat; ita tentavit Abrahamum cum mandato in speciem inhumano, certè quod Abrahão non poterat non esse ingratissimum, ejus fidem & pietatem voluit publicè omnibus innotescere; de ea temptatione non est intelligenda propriè hæc petitio, nam quum sic aliquid mali deprecemur; ejusmodi vero tentatio non mala sed bona sit, quippe & Deo tentanti gloriosa, & homini tentato salutaris; non est quod putemus eam hac oratione directè comprehendendi: & verò David ejusmodi temptationem non modo non refugit, verum à Deo postulat, ut eum probare & tentare velit, Psal. 26. 2.

Itaque hic de mala temptatione agitur: Malam dico, quæ à malo principio est, & in malum finem tendit. Talis est. 1. Ea tentatio, qua homines Deum tentant, de qua dicitur, Deut. 6. 16. Ne tentatote Iehovam Deum vestrum. Tentatur autem Deus, quando hominibus de Dei voluntate, aut potentia experimentum querunt in iis rebus, quas Deus non ordinavit, aut quando volunt Deum ita sibi obnoxium reddere, ut agat quod ipsis lubet, eo modo, eo loco, & tempore, quo ipsis videtur, & nisi faciat exardescunt & murmurant in Deum, quasi perperam ageret: quomodo dicuntur Israelitæ, Psalm. 78. 18. Tentasse Deum cum animo suo, petentes cibum pro desiderio animi sui; nimis quum Deus illos quotidiana manu se dif-

pensatione cibaret , illi volebant , ut eo loco & tempore Deus illos aliis modis mediisque conservaret , & alio cibi genere , ex ipsorum præscriptis , ipsos pasceret . Ita olim tentabant illi Deum qui reorum innocentiam candenti ferrò probare solebant , quum certum sit hoc non fuisse medium à Deo ordinatum . 2. Mala est ea tentatio quā homines tentantur à carne & propria suā concupiscentiā , sicut ait Jacob . 1.14. *Vnusquisque tentatur dum à propria concupiscentia abstrahitur* , 3. Mala est tentatio qua tentantur à Diabolo , utpote qui in Domini contumeliam & hominum perniciem ipsos ad peccatum sollicitat : unde Ἰάκως , Tentator dicitur Matth . 4.6. 1. Thess . 3.5.

Deinde , videndum quid sit *inducere in temptationem* ; est enim *inductionis in temptationem* vox media , ut nihil mirum sit , & de Deo dici & de Diabolo : ac Diabolus quidem homines inducit in temptationem malis & abominandis artibus , sive exterius varia objecta sensibus nostris proponat , quibus in peccatum facilius sollicitemur , sive aliorum opera utatur , qui nos aut exemplis , aut consiliis , in sclera præcipitent : sive interius impios motus perversaque cogitationes afflet pectoribus nostris , sive carnem & cupiditates carnis facile irritabiles excitet & commoveat , ut ad divinæ legis violationem nos pertrahat : absit autem ut ea ratione dicamus homines à Deo in temptationem induci , qui optimus est & sanctissimus & cum peccato nihil habet commercii : Quando igitur petimus à Deo , ut eas ita moderetur neve in temptationem nos inducat , nimirum , 1. Quia nomine *temptationis* , veniunt etiam afflictiones , ac præsertim illæ graviores , quæ sæpe fidem periculosè concutiunt , petimus à Deo , ut ita eas compescat prudentia sua , ne finiat nos tentari supra id quod possumus : sed cum temptatione præstet fœlicem exitum , 2. Corinth . 13.6. 2. Quia Diabolus malas tentaciones subinde immittit in animi corporisque nostri perniciem , petimus ne patiatur Deus nos ejusmodi temptationibus , qualescumque sint , everti ; sed fidem & spem nostram roboret ; quibus temptationi valeamus obsistere & brevi Satananam conculcare sub pedibus nostris , Rom . 16.20. Quod pertinet illud Christi , Luc . 22. v. 31.32. *Satanas appetiuit vos , quos ventilaret sicut triticum , sed ego deprecatus sum pro te ne deficiat fides tua* . 3. Quia mali causam in nobis circumferimus , & caro concupiscit adversus spiritum & fervent in animis nostris concupiscentiæ carnales , petimus ne Deus nos in carnis potestatem tradat , quomodo factum illis quos Paulus ait traditos fuisse cupiditatibus cordium suorum ad impunitatem , Rom . 1.34. Sed malis affectibus nostris frenum injiciat & in infirmitate nostra virtutem suam potenter perficiat , 2. Corinth . 12. Nos ergo Deus inducit in temptationem , non quasi male tentaciones sint à Deo , tanquam approbante vel suadente , vel moraliter efficiente ; sed quod in eas nos incedere aliquando patiatur , idque optimis de causis quæ spectant , 1. Ejus gloriam , quum ita potentiam bonitatemque suam patefaciat , dum & vim necessariam in mediis temptationibus nobis sufficit & ex earum manu nos tandem fœliciter eruit . 2. Salutem nostram , quatenus hac ratione ostendit quantumvis infirmus

sumus in nobis, posse nos tamen omnia in eo qui nos corroborat, Philip. 4.13.

Porro, Christus qui nos futuris seria precatione providere docuit, etiam præsentia curare jubet, præsentibus enim à Deo gratiōsē prospici perimus, quum oramus, petimus, ut nos à malo liberet, Hujus petitionis necessitatem nemo est, qui non facile agnoscat, qui serio considerare voluerit tum quanta sit multitudo, quamque formidabilis hostium nostrorum potentia, tum quanta nos undique mala circumfedeant: tum denique quantis nos ipsi net laboremus infirmitatibus. Videamus ergo & quid malo nomine hic designetur, & quam à malo liberationem petamus. Sunt autem tria quæ malo nomine omnino venire possunt, *Diabolus*, peccatum, & vita calamitates. At *Diabolus* quidem cum variis in Scriptura appellationibus designetur, tum nominatim & *avarus* x̄. dicitur *Malus* i. *minipis*, Matth. 5.37. *Johan.* 17. 2. *Theff.* 3.3. 1. *Johann.* 2.13. & 5.18. Non tantum quia in se pessimus est, verū etiam proinemendabili pravitate sua, & obfirmatissima nocendi voluntate homines pervertere, corrumpere, & in eundem perditionis gurgitem secum trahere molitur. Dum itaque homines ejusmodi pravitatem imitantur, *mali* dicuntur, Matth. 12.35. & 16.4. *Actor.* 17. 5. 2. *Theff.* 3.2. 2. Peccatum nomine *peccatum* intelligi potest, ut Matth. 9.4. *Quid cogitatis* *in meo* in cordibus vestris, & Rom. 12.9. *Abhorrentes à malo*, id est peccato. 3. *Calamitatis* & quæcunque animo, vel corpori noxia sunt, aliquando *malum* nomine veniunt, ut Eph. 5.16. & 6.13. *dies mali*, hoc est, tempus adversum & calamitosum, & Apoc. 16.2. *Iunguntur* *tormenta* & *torquuntur* *inclusa*, *venit ulcus malum* & *noxiū aduersus homines*.

Liberationis autem nomine non intelligenda venit hic propriè remissio peccatorum; ea enim à Deo postulata est petitione quintâ, sed *liberationis* significatur, tum ab oppugnatione quotidiana Satanae, tum ab infestatione proprii peccati & carnis, tum ab incursione calamitatum & afflictionum, quibus vita hæc misera assidue vexatur & impeditur: propterea *liberationis* nomine non tam significatur omnimoda erexitio ab illis documentis & vexationibus, quippe quas Deus aliquando immittit in bonum nostrum, juxta illud, Psalm. 119. 71. *Bonum est mihi quod afflictus fuerim*; quoniam inter medias afflictiones illas, consolatione Divina donamur & gratia præsenti Spiritus Sancti, qua possumus obsistere tempore adverso, & omnibus confectu, stare, & omnia jacula ignita illius mali extinguere, Ephes. 6. 9. 13. 16. ita ut nihil omnino sit tam nocuum ut nos à Dei charitate separare possit, Rom. 8. 38. 39. Dum tandem superatis omnibus adversariis, ab omnibus laboribus nostris in cœlo requiescamus, Apoc. 14.13.

His ergo verbis agnoscimus, 1. Esse nobis perpetuam in hoc mundo luctam adversus Diabolum, carnem & mundum; adeoque *nobis* perpetuas agendas excubias, & serio vigilandum, ne incauti opprimamur, 1. Petr. 5.8.

2. Perditionem nostram quidem ex nobis esse, sed auxilium nostrum & rationem ex omnibus malis eluctandi in uno Deo situm esse, Ozeæ 13. 9. 3. Quidquid mali & nocui nobis, vel aliunde, vel ex nobis ipsis impendeat, non esse tamen

despondendum animum sed Votis ardentibus ad Deicratiam assurgendum, qui potentibus nobis dabit proculdubio necessaria, Luc.ii. v.11.12.13. Neque patietur ut perseveret in perpetuum Virga improbitatis super fortē justorum, ne extenuant manus suas ad ullam iniquitatem, Psal.125.3. 4. Ad reprimendos internos impetus carnis & peccati, Deum esse nobis Spiritus sui vim eam induitum, qua pravitas illa & perversa ad malum inclinatio, sensim corrigatur & minuatur; atque ita tum Dei, tum rerum cœlestium, & ad salutem nostram spectantium amor in cordibus nostris ingeneretur, foreatur, augescat, dum tandem beatum tempus perfectæ nostræ liberationis adveniat.

Sequitur jam ultima pars orationis Dominicæ, clausulam omnium petitionum continens, in hæc verba, *Tuum enim est Regnum, &c.* Nam quum in precibus duo sint in primis necessaria. 1. Ut ex certa fiducia Divinæ erga nos benignitatis concipientur. 2. Ut in laudibus Dei, & Sancta gratiarum actione desinant, cuius rei frequentissima sunt in Psalmis Davidis exempla: haud abs te sanè est, & quod orationem Christus exordiri docuit à testimonio fiduciae nostræ, quæ significatur quum eum compellare docemur, qui & in cælis est & Paternoster est, & quod conclusionem hanc addi voluit, quâ Dei laudem ita celebramus ut & id ipsum etiam confirmationi fidei nostræ non parum inserviat, & nostram exauditionis fiduciam mirum in modum stabilitat. Laus Dei in eo est quod eum tanquam Regem omnium, ac propriè fidelium, agnoscimus, quod Deum infinita potentia pollere declaramus, qua quidquid vult effectum continuò dare possit, & quod gloriofissimum esse fatemur, qui splendorem majestatis & magnificentiæ suæ sursum deorsumque latissimè diffundat, neque tantum aut Regem, aut potentem, aut gloriofissimum agnoscimus; sed ita agnoscimus, ut eum supra præstantissimas creaturas infinitis modis eminere significemus. Etenim quum sint in mundo varii Reges iisque valde potentes & gloriæ magnificientiæ illustres, tamen quantum humana sublimitas omnis à Divina differt. 1. Quidquid habent homines imperii potentia, dignitatis, & gloriae, illud omne precari obtinent, Deique beneficentiae in solidum debent, quippe *sub quo Reges regnant, & dominatores discernunt justitiam*, Prov.8.15. Deus autem Regnum, potentiam, gloriam ex se ipso habet, tanquam proprium peculium, neque quicquam est, quod aliunde obtinuerit aut mutuatus fuerit, hoc significamus quum verba hæc proferimus, *Tuum est Regnum, tua potentia, tua gloria.* 2. Regnum, potentia & gloria hominum temporaria est, & cito deficit, & variis casibus exposita est, ita ut qui hodie floret colloque tenus supereminet omnes, crastino forte die, sit in miseriarum abyssum detrudendus, quomodo Nebucadnesari contigisse legimus, Dan.4. At vero Regnum, potentia, & gloria Dei longè aliter se habet, est enim in sæcula, sæculorum, hoc est, in æternum permanet & in perpetuitatem nunquam defecitura quandoquidem Regnum Dei nunquam mutatur aut minuitur, neque de potentia ejus unquam aliquid decedit, aut deperit, neque ipsius

ipius gloria ullis unquam tenebris obscurari aut ullis adversis vicibus aboleri potest.

Sed & in illis titulis magna inest fiduciæ nostræ confirmatio : Nam

1. quum Deum Regem agnoscimus , eadem ratione nos ejus populum & subditos , & beati illius quod possidet Regni Cives esse significamus , quidni ergo sub Regia ejus majestate securi vivamus ? id est , adversus omnes hostium impetus tuti & imperterriti ; itaque hoc vocabulo insinuatur prona & favorabilis in nos Dei voluntas quo sit ut Josaphat , 2.Reg.19.y.15.16. Deum rogaturus , ut inclinet aurem suam , argumentum fiduciæ in orando inde desumat quod Deus unus omnibus Regni terra imperet .
2. Alterum fiduciæ subsidium est , Dei persona , quâ scilicet quidquid libuerit efficere potest , neque ullis obstaculis aut impedimentis exterius accedentibus , potest ab agendo , adeoque ad testandam nobis suam benevolentiam inhiberi .
3. Deinde , ad precandi quoque ardorem , consideratione Dei gloriæ nos animamus : nam quum finis invocationis nostræ supremus sit Dei gloria , ut scilicet laudetur & agnoscatur quam omnis gratia denique salutaris fons & origo inexhausta , sicut Deus est gloriæ sue amantissimus propter quam etiam omnia fecit , Proverb. 16.4. Ita colligimus non posse non esse nobis orantibus , & in orando gloriam ejus quærentibus propitium & faventem .

Hæc omnia terminare Christus docuit voce Amen , quæ meritò vocatur ab Hieronymo *Orationis Dominica signaculum* quanquam ut est origine Hebræa , ita in usu est apud omnes Christianos communissimo . Est autem vox asseverantis , optantis , consentientis , approbantis , confidentis , adeoque idem est ac si diceretur , ita erit , vel ita fiat , vel consentio & confido ita fore . Dum ergo eo vocabulo precationem claudimus , significamus .

1. Nos optare ut quæcumque à Deo petimus , ad ipsius gloriam , & nostram fratrumque nostrorum salutem ea omnia eveniant .
2. Si eveniant , nos id maximè approbare , neque aliquid nobis gratius contingere posse .
3. Nos non dubitare , sed confidere , adeoque certos esse , Deum preces nostras exauditurum pro benignitate sua & pro ratione promissionum , quibus se erga nos gratiōē obstrinxit , quæque sunt etiam & Amen , 2.Corint.2.20. id est , veritatem & certitudinem habent immotam in Christo & propter Christum . Atque hactenus de oratione Dominica , quæ omnia à Deo petenda , ita comprehendit , ut quisquis alia petiverit , non nisi illicitè orare valeat , quanquam enim alia verborum comprehensione uti possimus in orando , prout est certum etiam à Christo , Prophetis , & Apostolis sœpe factum esse , tamen , quod ad rei substantiam attinet , ab hac orationis formula nemo debet unquam vel latum unguem discedere .

IN SECTIONEM XLIV.

Ad petitionem primam.

Auditum haec tenus, quæ sit necessitas, excellentia, & perfectio orationis Dominicæ, & quām multa paucissimis petitionibus complectatur; unum supereft, ad integrum explicationem quod ab initio hujus sectionis Catechista exponit, an scilicet aliâ forma inter orandum uti liceat, quām quæ hīc à Christo nobis præscripta est, &c. Videri possit cuiquam astrictos esse ad hæc verba, fideles, ut alia usurpare non liceat: verū nodus est expeditu facilis: Nam si rem ipsam respicimus, præcipit generaliter Deus nomen suum invocari, neque ullam in Veteri Testamento specialem precum formulam præscriptis, ubi tamen dubium non est quin Deo gratæ fuerint fidelium suorum orationes, si rationem consulimus, docet ea quum summum rerum imperium sit penes Deum, & omnia in ipsis manu sita pro ratione necessitatum & conditionis qua agimus nobis esse precibus appellandum Deum: aliter enim orat qui à malis liberari, aliter qui in bonis confirmari petit, aliter qui in morbum incidit, aliter qui à morbo convaluit. Si exempla expectamus, docent nos Prophetarum, Apostolorum, Ecclesiæ Judaicæ, atque Christianæ, adeoque Servatoris ipsius exempla; non ita nos esse debere ad hæc verba affixos atque alligatos, ut non aliis uti possimus, prout vel in mentem venerit, vel ut res ipsa efflagitaverit. Itaque oratio Dominicana non verba sed mentem cohibet: *Efunde verba supplicationum tuarum prout res aut zeli tui fervor exiget, sed ad illam tamen regulam respice; neque à lege discedito, quam tibi Christus prescrispsit: Ergo si quod ad verba, aliud petis, id est, si aliis verbis uteris, quod ad rem aliud petere ne præsumito, illud antiqui Doctori subinde animo reviuens. Quicunque aliter orat, cum illicitè orare; nam veluti minores icones & imaguncula omnia referunt vultus & corporis linea menta, sic & parvula ista oratio cuncta illa complebitur quacunque Deus à sepeti vult.*

Ad petitiones reliquias de gratitudine.

Sicut variæ necessitates quibus undique premimur; continuum orationis opus à nobis exigunt; ita exaudito qua nos dignatur Deus actionem gratiarum de se quasi fundere videtur naturali quadam sequela, est enim beneficii & gratitudinis amica inter se consociatio; quem ergo bonis omnibus à beneficio Deo cumulenerit, haud immerito à nobis aliquid depositit quod locum quasi retributionis cujusdam obtineat. Porro digna beneficiis compensatio non est in manu nostra; ergo ea debemus saltem religiosa gratitudine prosequi quod non tantum in Scripturis mandatur: verū etiam institutis antiquitus in eam rem sacrificiis Eucharisticis repræsentabatur: neque vero illud omnino tacitum voluit

voluit Christus in ipsa oratione Dominica : Nam quum prima petitione e nomen ejus in omnibus sanctificari poscimus, omnem eadem ratione pro operibus suis laudem ei deberi confitemur, ut scilicet sanctum & gloriosum Dei nomen prædicetur in administratione justitiae suæ, in dispensatione sapientiæ, in abundantia misericordiæ, in promissionum executione.

Sed de gratitudine plura sunt hic dicenda : nam qui de fide, de lege, de precibus piura explicuimus, de gratitudine tacere non debemus, in genere gratitudinem definire possumus, *Virtutem specialem qua debitam gratiam benefactori reddit.* Eam virtutem Marcus Tullius, oratione pro Flaccio, non tantum maximam esse agnovit, verum etiam reliquarum virtutum matrem vocare non dubitavit. Est maximum & latissimum gratitudinis objectum, quum Deo, parentibus, præceptoribus, gubernatoribus Reip. ministris Ecclesiæ, Patriæ, amicis ; & generatim benefactoribus omnibus debeatur pro ratione beneficii accepti. Sed nos hic propriè gratitudinem spectamus, quatenus ad Deum refertur : nam & quidquid beneficii accepimus ab omnibus, laudari quidem & agnoscere debet à nobis; verum ita ut laus & celebratio non terminetur in hominibus, sed ulterius assurgat usque ad Deum, qui hominibus utitur tanquam instrumentis suorum beneficiorum, sed ita ut solus agnoscere velit donator cuiuscumque bona donationis, Jacob.1.17. De ea ergo gratitudine hoc in primis tenendum est, eam in partibus cultus nostræ religiosi connumerandam esse : Itaque quum religiosum cultum & adorationem uni Deo deberi certum est, Matth.4.10. Haud abs re est, quod gratitudinem soli Deo deberi contendimus : deberi autem duplici nomine quia scilicet & Deus unus est qui gratitudinem operatur in cordibus nostris & Deus unus qui gratitudinis nostræ objectum. Primum enim sicut Deus cui fidem nostram transcribere debemus, Johan.6.ø.29. Philipp.1.ø.29. Deus est quo donante præstamus obedientiam mandatis ejus, *Faciam inquit, ut ambulet in statutu meo,* Ezech.11.20. Deus est qui precandi affectum in animis nostris operatur, *interpellat enim eum Spiritus pro nobis,* Rom.8.26. unde *Spiritus precum vocatur,* Zach.12.10. Ita Deus est qui ad gratiarum actionem nos animat & gratitudinis affectum cordibus ingenerat, *labia enim nostra aprit ut annuntiemus eum laudem,* Psalm.51.17. Et induit eum nostro canticum novum, nempe laudationem Deo nostro, Psalm.40.ø.4. 2. Deus est unicum objectum gratitudinis nostræ : neque enim aliud Scriptura quam Deum proponit, cui officium illud præstandum sit: *Sacrifica Deo laudem, & redde excelsa vota tua,* Psal.50.14. Vide similia Psalm.69.51. Coloss.1.3. & passim alibi : Et vero est ratio quare gratiarum actio sacrificii holocausti nomine veniat in Scripturis Psal.16.ø.14.23. Hebr.13.ø.15. &c. Quia quemadmodum sacrificium uni Deo debetur, ita ut anathema denuntietur ei qui alteri sacrificat quam Jehovæ, Exod.22.20. sic & gratiarum actio non alteri quam munifico Deo debetur.

Quomodo sit præstanta gratitudo paucis verbis docuit Augustinus.

Epist. ad Marcellam, *Quid metus, inquit, & animo geramus, & ore promamnis,
& calamo explanemus quam Deo gratias*: Nam sicut in beneficiis à Deo datis
consideramus tum benevolum cœlestis patris affectum erga nos, tum do-
num ipsum ex illo affectu ad nos pertingens quæ duo connectuntur Psal.
44. 4. *Dextra tua, brachiumque tuum, & Lux faciei tua dedit eis salutem; quia eras
benevolus eis*: Ita in agendis gratiis spectari deberet. 1. Gratus animi af-
fectus erga Deum; Deus enim amat hilarem datorem, 2. Corinth. 9. 7. &
vult ut es serviamus cum animi submissione, Act. 10. 19. Deinde accedere deberet
quæ lingua fit, & ore celebratio, unde & gloria vocatur lingua fidelium,
Psalm. 30. 13. & 57. 9. & 108. 2. Quia scilicet in celebrandis Dei laudibus,
propriè occupari debet. 3. Factis etiam & operibus ipsis gratificandus
est Deus. Debent enim omnia opera nostra consecrari Regi cœlesti, id est, ad ejus
glorificationem dirigi, Psalm. 45. 2. Hæc verò gratiarum actio testimo-
nium est nostri erga Deum affectus, & amoris. Atqui non lingua tantum
verbō, verū etiam facto & opere juvare debemus, 1. Johan. 3. 18. Itaque Deum is
optimè laudare putandus est, non qui optimè loquitur sed qui optimè
vivit. Atqui hinc est quodd Scriptura docet quanquam omnes Deum
celebrare tenentur, Deum tamen nequaquam accipere, neque gratas
habere impiorum laudes, & gratiarum actiones; nam sicut rectos corde decet
laudatio Dei, Psal. 33. 1. Ita impiorum sacrificium est abominationi Iehova, Prov. 15. 18.
Et dicit Dominus improbo, *Quare enarras decreta mea, & assumis fœdus meum in
ore tuo?* Psalm. 50. 16. Restè igitur Syracides Ecclesiastici 15. 9. *Non est spe-
ciosa laus in ore peccatoris quoniam à Deo non est immissa ei.*

Jam, si quæritur, quare & quo nomine gratiarum actiones Deo
debeantur: Quot sunt erga nos Dei beneficia, siue temporalia, siue spiri-
tualia, tot comperiemus suppeditari gratificandi nominis divini argu-
menta. Neque verò est aliquid in tota ratione vitæ fidelium, quod grati-
tudo sinu suo non complectatur, præterita, presentia, futura beneficia ad maxi-
mam ejus pertinent: Præterita, celebrandus enim Deus, quod nos ad ima-
ginem suam refinxit, quod Christum nobis donavit, quod inter tot vitæ
difficultates nos conservavit, quod ad se vocat, quod in filios adop-
tarit, quod nos idoneos fecit ad participandam sortem Sanctorum in
lumine, &c. Presentia; quod enim vivimus, movemur, sumus, quod verbo
Dei fruimur & instituimur in recta salutis via, quod peccata remittun-
tur, quod in infirmitate nostra Dei virtus perficitur, quod necessariis ad vitam
hanc instruimur, &c. ea omnia sunt argumenta celebrationis Divinæ.
Neque tantum beneficia, sed & mala quoque, & afflictiones quæ à Deo
nobis subinde immittuntur ad glorificandum Deum nos vocant, quip-
pe quæ à Deo in bonum nobis convertuntur, Rom. 8. 28. Unde illud Davidis Psal.
119. 71. *Bonum mihi me affligi, ut facerem statuta tua.* Et Job. 1. *Deus dedit, Deus ab-
stulit, sit nomen Dei benedictum.* Denique ad futura etiam gratitudo se pro-
tendit, quemadmodum exemplo Davidis discere possumus qui eodem
Psalmo, saepius de miseria sua primò queritur, deinde Divinum auxi-
lium implorat, & postea desinit in celebratione & laudibus Divini no-
minis

mittit, pro futura scilicet liberatione, quam animo præsenti sit, gratias agit. Denique, id quoque silentio præteriri non debet; gratitudinem ex illis virtutibus esse quibus non tantum in hoc sæculo studendum est, sed etiam quarum actus exercendi sunt in futura vita. Certè pœnitentia, fides, spes, virtutes sunt eæque præstantissimæ, sed quæ ultra hanc vitam non porrigitur, & quibus futuro sæculo locus futurus non est: at verò gratitudinis partes tum proprie futuræ sunt quum in æternam gloriam translati fuerimus, ubi scilicet pares Angelis futuri sumus. *Luc. 20. 26.* Adeoque perpetuis Dei benedictionibus occupati, quemadmodum in hoc seculo exempla passim nobis proponuntur, & in Scriptura utriusque Testamenti frequentia sunt Prophetarum, Apostolorum, Sanctorum omnium, adeoque Christi ipsius Servatoris nostri, quos videmus hoc gratiarum actionis exercitium nobis præmonstrasse: ut sicut illi fecerunt ita & nos faciamus.

IN SECTIONEM XLV.

De Verbo Dei. Ad petitionem Primam.

Quartuor illas partes, in quas distribuitur tota ratio cultus Divini, haec tenus expeditivimus: sed quoniam in resta cultus illius usurpatione sita est vera hominis beatitudo, quemadmodum dictum est a Catechista sub finem præcedentis sectionis, ideo unum id super est, ut media perquiramus quæ nos possint ad finem illum deducere, nempe adminicula, subsidia, seu instrumenta *τρόπων* seu illa externa, quæ sunt veluti totidem statuæ mercuriales viam ad præstationem cultus illius, velut digito ostendentes; atqui in hoc frequentibus usque ad finem Sectionibus Catechistæ desudat industria, duo ejusmodi instrumenta explicantis, *Verbum nimirum Dei, & Sacraenta Christianæ*, tum etiam non nihil de disciplina Ecclesiastica, ultima Sectione docentis.

De Verbo Dei agitur hac sectione, quod immetit vocatur à Catechista ingressus quidam aut vestibulum in Regnum Dei cælestis. Sanè verò Regnum Dei est iustitia, pax & gaudium, *Rom. 15.* & tum demum regnat verè Deus inter homines quum legitimum debitumque cultum ab hominibus accipit, quod & Christus significavit, quum in oratione Dominica docet nos, 1. Petere ut Regnum Dei fiat, tum & ejus voluntas, id est, verus Dei cultus inter homines exerceatur. Atqui veræ pietatis ratio à verbo Dei petenda est, si alibi quereras, nusquam invenies; nimirum Dei sapientiam non aliud per se aut nosse aut docere potest, præter Deum: *non igitur animalis homo, 2. Cor. 2. 14.* Atque ut pecudes à pecudibus gubernari nequeunt, nisi præsit homo: sic nec homines ab hominibus restè institui, nisi Deus omnium moderator adsit. Itaque cultum legitimum præstituris prælucere debet

BB 4.



verbum Dei quo Deus ab initio mundi Ecclesiam suam, sed πλημερός & πληρός instituit, & antiquitus quidem voluntatem suam edocebat, modo per Angelos, modò per somnia Divinitus immissa dormientibus, modo per visiones vigilantibus oblatas, modò per Prophetas Divinitus edoctos, aliquando etiam per Vrim & Tummim in summi Sacerdotis rationali splendentia, de quibus non hic locus latius disputandi: sed tandem voluit Deus per Mosem, & sequentes Prophetas, sub Veteri Testamento, atque Apostolos & Evangelistas sub Novo Fœdere voluntatem suam integrum literis consignare, quæ eam habent cum præcedentibus omnibus illis mediis convenientiam, ut in diverso dispensationis modo tamen substantia & veritatis doctrina eadem sit, verum eo clarius promulgata quo ad Christi tempora proprius accessum est, dum tandem in Scripturis Novi Testamenti omnia sunt à Deo perfectè clareque reuelata.

Ad petitionem secundam.

AD specialia nunc accedamus, de Verbo Dei, quod, ex quo fuit scriptis consignatum, vulgo dictum est in usu Ecclesiæ Scriptura, vel cum additione Scriptura sacra, ut à libris quibuscumque aliis discriminetur. *Scriptura dicitur* *scriptor quacumque* & per quandam significationem, quod nimur aliis omnibus scriptis in immensum superemineat; *sacra*, vel *Divina* dicitur, 1. Quia à Deo est, eam Prophetis & Apostolis inspirante, 2. Timoth. 5.16. Deinde, quia de rebus est cœlestibus & divinis, & nihil continet non ad salutem positum, quanquam enim in ea multæ sunt narrationes de rebus etiam pessimis puta prævaricatione hominis, Caini homicidio, incestu Thamaris, proditione Judæ, tamen omnia vel ad instructionem, vel ad correctionem nostram esse scripta, testatur Apostolus Rom. 15.4. 2. Tim. 3.16.

Si quæreris ubi hæc Scriptura comprehendatur? Responsum patrissimum, prostat illam in libris Veteris & Novi Testamenti, quos propterea canonicos semper dixit Ecclesia, quod canonem præscribant, id est, regulam perfectissimam ac sufficientissimam fidei & morum prout jubet nos Apostolus Galat. 6.16. Secundum illum Canonem incedere, ut super nos sit pax & misericordia. Jam autem libri Canonici Veteris Testamenti ab ipso Christo, cap. Lucæ 24.42.44. Distribuuntur in tres partes, *Mosem*, *Prophetas* & *Psalmos*: quo sensu dividuntur etiam à Judæis in legem, *Prophetas* & *Hagiographa*, libri Mosis, sive Legis, quinario numero comprehenduntur, & ab Hebræis nomen desumunt à prima libri voce, à Græcis vocantur libri *Genesios*, *Exodi*, *Levitici*, &c. Prophetas distingunt in priores & posteriores. Priores sunt libri *Iosua*, *Iudicium*, *Rutha*, *Samuelis*, *Regum* & *Chronicorum*, nec non & *Esthera*, *Ezdra*, *Nehemia*. Postiores Prophetas iterum distingunt in majores & minores. Majores sunt *Esaias*, *Ieremias*, *Ezechiel*, *Daniel*. Minores sunt reliqui duodecim, qui solebant olim in unum librum compingi. Sequuntur postea illi, quos Christus *Psalmos* vocat latiori significatu, quia Poë-

Poëtici sunt seu versibus Hebraicè conscripti, Judæi vocant **תְּرִבִּים**, Græci **αγρότες**, nimirum liber *Tobi*, *Psalmorum*, *Proverbiorum*, *Ecclesiastæ* & *Canticum Cantorum*. Novi verò Testamenti scripta Canonica dividuntur in *Historica*, *Dogmatica*, & *Prophetica*. Ad historiam pertinent quatuor *Evangelia* & liber *Actuum apostolorum*. Ad Dogmatica Epistola omnes Pauli, Iacobi, Petri, Iohannis & Iuda. Propheticus est liber *Apocalypses*, quanquam autem antiquitus de nonnullis libris Novo Fœdere contentis dubitatum fuerit, nulla tamen hodie de iis controversia movetur; quanquam sub initio Reformationis nonnulli circa quosdam ex libris illis dubium movebant.

Supersunt ea scripta quæ subjungi solent libris Canonice Veteris Testamenti, *Tobias*, *Iudith*, *Baruc*, *Machabaici*, tertius & quartus *Ezdra*, *supplementa Elætheræ & Danielis*, *Oratio Manæsu*, liber *Sapientæ*, & *Ecclesiastici*, eos enim vel omnes, vel plerosque solent Pontificii Canonice annumerare: nos ex eo numero excludendos pertendimus, non tantum propter frequentissima in eam rem veterum testimonia, verum etiam propter certas rationes: Nam primo omnes libri Canonici, id est, omnia Dei eloquia sunt Judæis credita, ut ait Apostolus Rom. 3.2. Atqui Judæi libros istos Apocryphos nunquam agnoverunt aut reposuerunt inter sacra Scripta 2. libri Canonici scripti sunt lingua Judæis, quibus scribebantur, cognita, nimirum Hebraico idiomate. Atqui libri isti non Hebraicè primitus sed Græcè conscripti sunt. 3. Libri Canonici extra omnem erroris aleam sunt positi; sed in ipsis deprehenduntur non leves errores, quemadmodum à nostris fusè confirmatum.

Ad petitionem tertiam & quartam.

Vbi de libris Canonice breviter dictum est, de eorum *authoritate* dicendum. Scriptuæ *authoritatem* vocamus Divinam illam qualitatem, qua à nobis & fidem meretur propter veritatem infallibilem quam docet; & obedientiam, propter potestatem irrefragabilem qua pollet, *veritas*. Scripturæ spectatur in iis quæ narrat, minatur, promittit: *obedientia* verò nostra exercetur & occupatur circa ea quæ jubet, hortatur, aut prohibet. Itaque, quatenus veritatem celestem continet nulla prorsus erroris aut mendacii labe affesta est; nam *Sermo tuus est veritas*, inquit Christus, Joh. 17. 17. Respectu minarum & promissionum cum plena certitudine fidei atque conscientiae amplestenda est, ut ab ipso Deo profecta, 2. Thess. 2. 13. At verò quatenus ea, quæ facienda sunt, mandat, & ea, quæ fugienda sunt, prohibet; tantam à nobis obedientiam meretur, ut neque ad dextram, neque ad sinistram ab ea deflectamus; sed eam amemus, audiamus, sequamur, geramus in ore & in corde, sit ea *Confiliarius noster unicus*, & *vita dulcior & auro pretiosior* de quo videndus, Psal. 1. & 19. & 119.

Sed quis est, qui Scripturam veram, Divinam, omnibus modis amans?

C.C.

plexandam docet; quippe quæ ex infinitis scriptis una sit quæ Deum habeat verè autorem? *R  spondemus*: Illud hominum sagacitate naturali nequaquam cognoscere posse, alioqui nihil obstaret quo minus *Philosophi*, acuminis & sapientiæ laude celebres, eam primitus in ore Apostolorum sonantem amplexi fuissent; qui tamen ab ea miris modis abhoruerunt, *A  tor. 17.  y. 18.19. & 1. Corinth. 1.21.* Ergo ad alia hujus cognitionis media deveniendum est, quæ tria sunt, *Ecclesia*, *Scriptura*, *Spiritus Sanctus*, de quibus dici potest *primum incipere*, *alterum promovere*, *tertium perficere*. Nam 1. Quia vera Ecclesia custos est & interpres, & judex, & vindicta Scripturæ sacræ: Præterea de ejus Divinitate, tum suis testimonium perhibet, tum præficit ad illud idonea est ut extraneos commoveat & commoveat, Samaritanorum ad instar, qui ad cognoscendum Christum fuerunt à muliere compulsi, *Johan. 4.* & verò absque Ecclesiæ commendatione foret, vel testimonio tanquam præparatione quadam, &c, ut ita loquar, vestibulo quo extranei ad Scripturæ opes & tuendas, & fovendas intrömittantur. Sanè multi nunquam ad veram Scripturarum fidem perducerentur, quomodo de se, cùm adhuc Manichæus esset, testatur Augustinus *Se Evangelio non fuisse crediturum, nisi eum commovisset Ecclesiæ autoritas*: At verò quum Dei testimonium majus sit hominum testimonio, *1. Johan. 5.9.* Post Ecclesiæ vocem accedit aliud medium syllogisticum, longè efficaciùs; Argumenta scilicet illa Divinitatis, quæ per totam Scripturam sparsa sunt. Puta 1. *efficacia doctrina* Scripturarum in convertendis animis nostris, qualem alibi frustra quæras, *Psal. 19.8. Luc. 24.32. Hebr. 4.12.* 2. *Doctrina genus* ita sublime ut nullus vel hominum vel Angelorum illud ex se se vel excogitare, vel docere potuerit. Unde *ipsi Angeli*, *1. Petr. 1. 12.* Dicuntur in hac mysteria semper oculos intentos habere. 3. *Doctrina genius*, quæ ita in se comparata est, ut magis animum ab assensu abstrahere quam ad sui fidei pellere debere videatur, quam enim illud est rationi absonum perisse nobis animam & salutem nisi in Christum humilem, condemnatum, mortuum credamus, querendam in ignominia gloriam, in doloribus levamen, in vulneribus medicinam, in morte vitam, in inferis cœlum. Ergo quum per hæc senticeta velut abdita ratione, tantam hominum multitudinem videmus, simul atque prædicatum est *Evangelium*, Christo nomina dedisse; in illa doctrina ita firmiter acquievisse, ut non minus libenter quam fortiter pro ea quodlibet supplicium subiverint & durissimam mortem oppetierint. Quum legimus ad ejus doctrinæ auditum oracula conticentia, idola concidentia, mundum obstupecentem, nonne par est ut tam admirandæ doctrinæ divinitatem reverenter agnoscamus, ne jam stili majestatem, prædictionum veritatem, totius Scripturæ tam diversis autoribus, tam diverso tempore elaboratae admirabilem in omnibus harmoniam in medium producamus, quæ omnia qui expenderit, mirum est in testimonium aliquid Ecclesiæ autoritate, majus agnoscat, ut cum Samaritanis dicat, *Johan. 4.42. Iam non propter testimonium tuum credimus, sed quia vidimus, &c.* Enimvero ut hæc omnia rectè capiantur, & pervideantur

videantur oculos mentis nobis illuminari necesse est, adeoque accedere medium illud tertium quod facultatis sive potentiae dicere possumus, Spiritum, in quam Sanctum cuius irradiatione, veritatem, bonitatem, Divinitatem Scripturæ firmissima certitudine agnoscimus, nempe fideles acceperunt Spiritum qui à Deo est ut norint quocunque Deus ipsis gratificatus est, 1. Corinth. 2. 12. Quum non possit aliquis Iesum dicere Dominum absque Spiritu Sancto; 1. Corint. 12. 3. Et cum Spiritus sit qui testatur Spiritum, id est, Evangelij Doctrinam esse veritatem, 1. Johan. 5. 6. nempe sicut ad naturalium rerum cognitionem Deus animam nostram generalibus quibusdam notitiis informavit, quæ sunt rerum cognoscendarum principia quædam, quibus quidquid est in rerum natura affine aut simile, facile percipere possimus: Sic etiam in gratiæ negotio internam aliquam & supernaturalem lucem Deus Fidelium animis indit, quibus possint ad rerum Scripturis contentarum cognitionem & assensum assurgere. Et sicut ad videnda corporalia Deus lumen internum in oculo nostro voluit existere ad externi objecti perceptionem: ita & ad videnda spiritualia, fidei lumen accedit in animo, virtute Spiritus sui, quo dijudicari possit Scripturæ veritas, 1. Corinth. 2. 15. Atque ille est Spiritus, qui respectu evidentiæ quam largitur animis nostris, lucem Divinam intus accendendo, & faciendo ut Dei veritatem percipiamus, dicitur *Spiritus revelationis, illuminationis & sapientia*, Ephes. 1. v. 17. 18. Respectu verò experientiæ, & quatenus ex illa mentis illuminatione consequi facit in voluntate nostra affectum veri amoris erga Scripturam & res Scriptura traditas vocatur *Spiritus regenerationis sanctificationis, timoris*.

Ad petitionem quistam.

Quanquam interna Spiritus Sancti in animis nostris illuminatio, primum est ac præcipuum agnoscendæ veritatis Scripturarum medium: tamen quia subordinata non pugnant, vult Deus, in hunc finem, ex parte nostra accedere, diligentiam in meditandis legendisque Scripturis. Quum ergo Ecclesia ex tribus hominum generibus communiter constituantur, nimirum præfestis Ecclesiasticis, præsidibus politicis, & vulgo Christianorum, nemo eorum est qui ad Scripturæ lectionem non debeat incitari. 1. De ministris Ecclesiæ dubium non est, quum enim mandata Christi perferre dibeant ad populum, Matth. 28. 20. Et esse mysteriorum pie-tatis fideles eveniunt, 1. Corinth. 4. 2. hæc autem præstare non possint nisi sint prius in lectione & meditatione Scripturarum exercitati; satis patet, eos in lectione Scripturarum assiduos esse debere; unde Apostolus Timo-theum jubet attendere lectioni, exhortationi, doctrina, 1. Timoth. 4. 13. & scitum est illud Hieronymi quod proponitur, & in jure Canonico distinet 36. Canone, *Si quis: Duo perpetua esse Pastoris opera, nimirum ut legat Scripturas Divinas, & eas sapienter meditetur; deinde & oret pro populo.* Hinc verò facile colligitur, illis etiam in sacra Scripturæ lectione diligenter incumbendum esse, qui

ad Ecclesiasticum ministerium aspirant : qui enim alias scientiam pietatis edocendi sunt , ipsi metu discant necesse est : Unde & *Timotheus* dicitur ab *infantia* *sacras literas didicisse*. *Eusebius* histor. Ecclesiæ lib.6. cap.2. Testatur *Origenem* à patre *Leonida* iussum quotidie nonnihil de Scriptura memoriter ediscere atque recitare ; adeoque olim in contuberniis eorum qui ad ministeria sacra præparabantur , primarium exercitium erat lectio Scripturarum : & *Hieronymus* Epistol. ad *Nepotianum*, jubet eum *divinas Scripturas sapienter legere*, neque unquam de manibus *sacram lectio* deponere.

Prefectus politicus debet quoque commendatissima esse sacrorum codicum lectio ; Primi^d, quia id Deus mandat , jubetur enim Princeps describere sibi exemplar legis , & in eo legere omnibus diebus vita sua, Deut.17. v.18. 19. Secundi^d, Quia Magistratus non tantum humana & politica curare debent , sed pietatis etiam veraeque religionis inter subditos suos conservandæ, studiosissimi esse quippe qui sunt Ecclesie nutriti, Esa. cap.49. v.43. Terti^d, Quia ita observarunt optimi Principes , David enim incredibile suum erga Divinas literas studium testatur toto Psalm. 119. Et ex historia Regum & Chronicorum patet *Iosaphatum*, *Ezechiam*, *Iosiam*, Reges pientissimos, librum legis serio evoluisse, ut, ad ejus præscripta , Regnum legitimè administrarent. Sic *Constantinus Magnus*, in meditatione rerum & Scripturarum divinarum, legitur aliquando *totas noctes insomnes duxisse*. Et *Theodosius II.* sua manu Novi Testamenti libros descriptissime & domi quotidie aliquam Scripturæ partem legisse. Idem dicendum de *valgo Christianorum*, seu de fidelibus singulis : Nam 1. propterea mos est antiquissimus in Ecclesia ut Scriptura sacra publicè in sacris conventibus perlegatur : Unde inter Ecclesiasticos ministros fuerunt olim *diaconi* seu *lectores*. Itaque Moses fœderis librum legebat in auribus populi, Exod.24. 7. Et per singula Sabbathia legebatur Lex in singulis Synagogis, Actor.13. 15. & Paulus, Coloss.4. 16. Vult Epistolam suam publicè perlegi & Iustinus, Apologia secunda, testatur in fideliūm conuentu scripta Prophetarum & Apostolorum die Solis legi solita. 2. Jubet Esaias unumquemque fidelem ex libro Domini querere & legere, Esa.34. 16. & Apostolus, verbum Dei in singulis abundantanter habitare, Coloss.3.16. & beati dicuntur qui meditantur in lege Dei die ac nocte, Psalm.1.2. Et qui legunt & audiunt verba Prophetie, Apoc.1.3. Et laudatur Eunuchus legens in libro *Ezrae*, Actor.8. 28. Et Beroenses scrutantes Scripturas, Actor.7. idque juxta Christi mandatum, Johan.5.39. Denique, mirè commendata est ab Antiquis lectio Scripturarum. Unum tantum hic laudo Chrysostomum cuius verba sunt, hom.9. in Epistolam ad Coloss. Audite obsecro, seculares omnes , comparete vobis Biblia anima pharmaca ; Si nihil aliud vultis , Novum Testamentum acquirite, Apostolorum acta, & Evangelia, & postea, audite, quicunque estis mundani, & uxor preeftu & liberis, quando vobis quoque mandat Apostolus legere Scripturas , & non leviter ac temere, sed magno studio & diligenter.

Ad petitionem sextam, octavam & nonam.

AD cognitionem salutarium rerum , Scripturis comprehensarum, Deus illa omnia instituit quæ essent vel singulis proficia, vel omnibus utilia : Ac singulos quidem seorsim voluit Scripturarum lectioni incumbere, sed in omnium fidelium usum , publicam verbi prædicacionem instituit, & de ea præcepta dedit Apostolis suis , Matth.28. v.19.20. & ne post Apostolorum mortem putaretur defectura prædicatio, in eorum locum Pastores, & Doctores instituit, ut hæc administrandæ Doctrinæ ratio, usque ad seculi finem perseveraret, ut patet ex Ephes.4. v.11.12. 13. nempe Dei Ecclesia continuè ædificatur, in hoc mundo, neque perficietur antequam , ad cœlestem gloriam subvesta fuerit. Itaque quum verbi ministri architecti sint & adificatores, 1.Corinth.3. 10. Eos in id operis semper incumbere consentaneum est. Item, quum Ecclesiæ Dei campus sit assiduè colendus, & coloni sint Pastores, in eo collaborare debent jugiter, dum integra messis collecta fuerit in horreum cœleste; præterea corporis instar sc habet Ecclesia , quod postquam natum est ali oportet, atque nutriti, dum in hominem perfectum evaserit, alimentum autem ei corpori nutriendo, non aliud est quam verbum Dei, illud igitur prædicatione Verbi , assiduè subministrandum est. Denique , verbo nascitur, verbo pascitur, verbo perficitur; fides Ecclesiæ : Itaque tam diu durare debet prædicatio , quam diu duratura est fides ; quæ non priùs deficiet quam in æternam visionem mutata fuerit, 1.Cor.13.12. Quod autem Deus verbi ministerium institui voluit in Ecclesia, factum est pluribus de causis. 1. Ob Dei gloriam; sicut enim laus est principis quodd multos habet ministros , etiam in iis quæ per se ipse facere potest : Sic gloriosum est Deo quodd in Ecclesia Deus pastoribus tanquam instrumentis utitur ad ea præstanta quæ ipsum per se efficacissime præstare posse nemo dubitat. 2. Ad hominum gloriam ; quantum enim illud est tantillas creaturas Deo suo inservire, & ejus esse σωτήρις in opere tam excellenti. 3. Ia hoc ad captum nostrum sese accommodare voluit Deus: quum enim corpore & anima constemus, & ex sensibus originem cognitionis nostræ hauriamus, commodissimum nobis erat ut Spiritualia sua mysteria, per instrumenta corporalia nobis patefaceret. 4. Sed & infirmitati nostræ hoc modo consuluit: Quoniam enim in hac mortalitate, quam circumferimus, impares sumus colloquium sustinere cum Deo , propterea hominibus uti voluit , qui nos Dei nomine convenirent & instituerent: Nam & sic olim Israelitæ Mosem audire expetunt , ne si eos Deus alloquatur ipsi certò moriantur. 5. Hoc quoque modo Deus habere voluit, ne sub obtentu interioris inspirationis, irreperet Anabaptismus , vel furor Enthusiasticus, quare necessarium existimavit, ut exteriū auribus nostris insonaret verbum suum, ad quod se tanquam ad regulam doctrinæ, omnes inspirationes examinari possint. 6. Denique, hoc fieri

voluit ad continendam Ecclesiæ societatem , ne congregatio mutua defseratur, quod facilius fieret si unusquisque interius tantum doceretur.

IN SECTIONEM XLVI.

DE SACRAMENTIS.

*Ad petitionem primam & secundam. De Sacramenti voce
& definitione.*

Totum Christi beneficium duabus constat partibus ; quatenus Christus est Servator merito, & Servator efficacia ; Merito, quia redemptionem nobis impetravit. Efficacia, quia impetratam nobis applicat ; Illud fecit sanguine suo, hoc præstat Spiritu suo ; illo fœdus ratum fecit apud Deum : Isto fœdus obsignat apud nos. ***** Nam non tantum interius in cordibus nostris agit operatione Spiritus Sancti per fidem ; sed & exteriorius auribus nostris insonat per verbi ministerium & gratiam suam oculis nostris , quasi exponit per sacramentorum subsidium. Ac de ratione verbi Dei prioribus sectionibus dictum fuit. Hæc & sequentes de Sacramentis sunt, primùm in genere tum in specie consideratis.

Sacramenti voci factum est quod & aliis pluribus ut ab usu communni traheretur ad usum sacrum & significationem specialem in Ecclesia, ut scilicet hoc nomine designetur signum illud sacrum Divinitus institutum, quo Deus sua in Christo beneficia nobis significat, obsignat, & exhibet. Itaque illud ante omnia constare debet *Sacramentum esse speciem signi, & signum*, Definiente Augustino, *esse rem sensibilem qua propter speciem quam sensibus ingerit, facit aliquid aliud in cognitionem venire*. Jam autem quum signorum alia sint à natura sicuti fumus est signum ignis ; & collectio nubium, signum pluviae, alia verò ad institutum, ut iris signum est nunquam diluvii futuri, ex instituentis Dei voluntate, Genes. 9. 8. 12. 13. non autem ex natura sua, quum potius hac ratione pluviam denuntiet : dicimus sacramenta esse, in hoc posteriori signorum sensu, & quia signorum institutorum alia sunt humana, alia Divina, addimus sacramenta esse divinitus instituta, ut sciamus non alterius esse, quam unius Dei sacramenta in Ecclesia instituere, quemadmodum unius Dei est gratiam sacramentis significatam efficere. Et verò institutum est à Deo sacramentum circumcisio, Genes. 17. Paschatis, Exod. 12. Baptismi, Matth. 28. sacra Cœna, 1. Corinth. 11. Ne quis unquam hominum, quacumque sit eminentia & virtute prædictus, instituendi in Ecclesia sacramenti autoritatem sibi assumere audeat.

Ut verò pateat quām sint excellentia signa quæ sacramenta vocamus, signorum distributionem reducamus in memoriam. Illa enim 1. Rei significatae respectu considerari possunt. 2. Respectu finis seu usus quem

quem præstant; priori sensu, signa alia sunt quæ rem *preteritam* significant, & vocantur *rememorativa* seu *unporatoria*, alia rem *præsentem* demonstrant quæ *igitur* nuncupantur, alia futurum præmonstrant, & prognostica, seu *prænuntiativa* nuncupantur. Posteriori sensu signorum alia intellectui serviant, quæ sunt *notificantia*, alia *memoria* quæ sunt *commonesacientia*, alia fidei quæ sunt *obligantia*. Non est autem dubium, quin præstantissimum sit illud signum, quod has omnes proprietates in se continet: Atqui sacramentum de quo agimus tale est: Nam *Baptismus* & *Eucharistia*, si *preteritum* respicis, testificantur de Christi morte & pretio redemptionis in ejus sanguine: si *præsens* consideras, testantur Dei, erga te dulcissimam & præsentissimam misericordiad, qui vult redemptionis per Christum partæ esse te participem: Si ad *futura* spætas, certum te faciunt nunquam futurum, ut Deus ab infundendis in te salutaribus suis charismatis delinat. Itaque si persuaderi queris mentem tuam, Deus h̄c plenām facit tibi fidem de fœdere gratiæ: Si memoriam cōfirmari cupis, commone facit te de beneficiis, in Christo exhibitis, de quibus toties in Dei verbo institutus es: Si fidem tuam fulciri desideres, non repræsentat tibi tantum, verum etiam ob-signat, & ob-signando exhibet justitiam fidei & remissionem peccatorum. Atque hinc est quod sacramenta non tantum signa dicantur, verum etiam *sigilla*, Rom. 4.11. Unde etiam facile colligere est, quid sit sacramentum, nimurum *Divina institutio*, qua Deus per *vulsum signa*, *gratiam justificationis* & *regenerationis* repræsentat, exhibet & applicat: seu, ut habent verba Catechismi, *Testimonium exterius divina gratia*, quod *visibilibus signis spirituales* repræsentat, quo potentius cordibus nostris insculpantur *promissiones* Dei ac de illis fiamus certiores.

Qua in definitione omnia clara sunt. 1. *Sacramentum esse testimonium*; nam quum omnia signa referantur ad aliiquid testandum, tum hoc vel maximè. Itaque sicut primarium divinæ gratiæ testimonium extat in ipso fœdere, in quo testatur & affirmat, velle se Deum esse & Patrem nostrum: ita secundam testimonii vicem sustinet sacramentum quo primarium illud etiam si sit in se & causa sua notissimum, tamen nostris respectu, qui multis infirmitatibus laboramus, specialiter confirmatur. Porro quum certitudo testimonii ex autoritate testantis pendeat, non potest non esse certissimum hoc testimonium, quippe quod est ab ipsius Dei autoritate & institutione. Nam quum Deus, prima sit veritas, ipsi testanti sine dubio fides absoluta adh. benda est. 2. *Vocatur hoc testimonium Exterius*, ut ab illo distinguatur interno Spiritus Sancti testimonio, quo Deus cordibus nostris suam contestatur gratiam: Sed habet hoc sacramentum commune cum Dei verbo, quod etiam testimonium est, sive signum exterius sensibile *Divinæ gratiæ*: Itaque accedit alia definitionis particula *Sacramentum*, à verbo distinguens, quod nimurum sit *signum visibile*, & non sensibile tantum, quemadmodum Pontificii vellent, qui non possunt alia ratione *pænitentiam* & *matrimonium* in sacramentorum numero includere, nisi id primò constet, sufficere ad signi sacramentalis

rationem, ut aliquo sensu sit perceptibile, quamquam non sit in specie visibile: Sed hæc Adversariorum sententia, 1. Refutatur exemplis omnium sacramentorum, sive ordinariorum sive extraordinariorum, sive sub Veteri, sive sub Novo Fœdere institutorum. Certè arbor *vita*, & arbor *scientia* quæ duo sacraenta primo homini Deus instituit, signa erant aspectabilia, sic & *manna de cœlo*, & *aqua de rupe*: sic *circumcisio* & *Pascha*: sic *Baptismus* & *Cœna*, in signis visibilibus consecrata sunt. Concludamus ergo, in omnibus sacramentis adesse debere signa, quæ non auditu modo, sed & visu percipientur. 2. Si ad rationem sacramenti sufficeret percipi posse auribus, quid esset discriminis inter sacramentum & permissionem Evangelii alicui personaliter applicatam. Quum verbi gratia, *Zachæo* dictum est, *Hodie salus evenit huic domui, & paralyticō, Confide, fili, remissa sunt tibi peccata tua*. Quid impediet quo minus dicamus fuisse illis administratum sacramentum, si ad sacramentum sufficit habere signum aliquo sensu perceptibile. 3. Ad rationem sacramenti, necessarium est ut verbum accedit ad elementum, sicut omnes Theologi docent ex Augustin. tractatu 80. In Johannem, ubi nomine elementi intelligi signum nemo dubitat. Itaque signum à verbo distingui debet; adeoque verbum & per consequens signum audibile non potest esse signum sacramentale.

Denique, in sacramentis signum est materia quæ opus habet aliqua consecratione, qua transeat ab usu communi in usum sacrum; atque verba consecrari posse inauditum est: Ergo signa in sacramentis non possunt esse verba, sed necessarium est, ut sint res visibles subsistentes & corporales.

Porro in unoquoque sacramento duo signa reperire est; materia, quæ est res ipsa, sicut elementum quod assumitur & quod dicebamus debere esse visibile & subsistens, qualis est *aqua* in Baptismo & *panu* in *Cœna*. Alterum est *actio* circa illud elementum, putâ *afferatio aquæ* in Baptismo & *fractio panis* in *Cœna*, cui duplice signo responder duplex significatū, ut in Baptismo aqua significat *sanguinem Christi* & in *Cœna pane & vino* designantur *corpus & sanguis Christi*: sed aspersio aquæ in Baptismo, significat aspersionem sanguinis Christi in conscientia, ad peccatorum nostrorum absolutionem, & fractio panis atque effusio vini in *Cœna*, designat fractiōnem corporis Christi, & sanguinis effusionem in cruce; quotum signorum prius dicitur, signum representans, posterius signum applicans.

Postea, additur sacramenta esse *signa divina gratia*, quod non est intelligendum de quavis gratia, & quomodounque dicta: Nam *massa*, *ficuum* fuit signum Ezechiae revelationis à morbo, & *sputum ac saliva* Christi cœci oculis applicata, signa erant recipiendi statim visus; neque tamen ideo putanda sunt fuisse sacramenta propriè dicta, gratiam igitur intelligimus non externam & corporalem, sed *spiritualem* & *internam*. Præterea, gratiæ spirituales sunt variorum generum, aliæ quæ vocantur *gratiæ data*, quæ scilicet nonnullis conceduntur, non tam ad ipsorum salutem quam ad usum Ecclesiæ, ut quum nonnullis datur donum sanationis,

tionis, aliis donum miraculorum, aliis donum loquendi variis linguis, &c. Sed haec non sunt gratiae quae sacramentis representantur, nam verbi gratia, linguae ignae in Apostolos dispersae, erant illae quidem signa sive testimonia gratiae spiritualis, nimis doni linguarum in Apostolos effusi, propter prædicationem Evangelii, in omnes nationes spargendam; sed tamen non erant Sacra menta proprie diæta. Verum sunt aliae gratiae communes omnibus fidelibus, quæ non tantum sunt spirituales, verum & salutares, quales sunt justificatio, sive remissio peccatorum, & regeneratione, sive sanctificatio. Haec sunt igitur demum illæ gratiae, quæ sacramentis significantur, & exhibentur. Ita enim in circumcisione significat Deus, se circumcisurum cor Israelitarum, id est, eos sanctificaturum suo Spiritu. Ita Paschâ representabatur liberatio à destructione & morte, per beneficium Christi, nec non & spiritualis communio cum Christo, quod idem in Baptismo & Cœnâ Domini videre est, quemadmodum postea latius explicabitur.

Ad questiones reliquias.

Sacra menta signa esse visibilia probatum est, signa, inquam, salutaris gratiae, sive remissionis peccatorum in sanguine Christi. Sed quia signorum visibilium alia sunt aerè ~~in~~ ^{quæ} sanguine nudam habentia rei significantem, alia vero ~~in~~ ^{quæ} sanguine, quæ præterquam quod significant, etiam ob-signationis usum habent, rem scilicet quam significant testantia & confirmantia. Ideo haec etiam ad superiora addendum est, sacramenta in signorum ~~in~~ ⁱⁿ sensu esse habenda: hac enim de re clarissimum est Apostoli testimonium, Rom. 4. 11. Ubi Circumcisio vocatur ~~in~~ ⁱⁿ: id est, sigillum sive ob-signaculum iustitiae fidei: ita enim proponitur circumcisionis proprietas, quæ ad eam pertinuit, quatenus erat sacramentum à Deo institutum: unde consequitur, eandem proprietatem in omnia sacramenta competere, ac nominatim in sacramenta Novi Testamenti, quæ sine dubio nulla sacramenti perfectione destituuntur, quæque veteribus sacramentis inferiora non sunt, sed varias potius præ veteribus sacramentis prærogativas obtinent: Nemo autem dubitat, quin sigillum esse gratiae fidei vera fuerit, eaque magna circumcisionis perfectio. Itaque veteres unanimi ferè consensu sacramenta sigillorum naturam verè obtinere consentientur: ita enim August. de Catechisandis rudibus cap. 26. *Sacra menta dicit esse signacula rerum Divinarum visibilita,* & frequentissimum est apud Veteres, Baptismum nuncupari ob-signationem sigillum, ob-signaculum fidei, quod scilicet ob-signet pacem nostrum, secundus pura à Deo nobiscum initum, & quod Baptismus testificatio fidei, & sponsio sive promissio salutis pignoretur, ut loquitur Tertullianus libro de Baptismo.

Sed hic objici possunt duo: 1. Si sacramenta essent instituta ad confirmationem sive ob-signationem promissionum, verbo Divino contentarum, tum sacramenta certiora & efficaciora essent verbo Dei, atqui ~~verbo~~

Dei nihil certius aut efficacius est, ut significat Apostolus, Hebr..4.12. 2. Officium Spiritus Sancti est obsignare cordibus nostris promissiones Evangelicas, unde dicuntur fideles obsignari Spiritu Sancto promissio[n]is, quia est arribabo hereditatis nostrae, & per quem obsignati sumus in diem redemptionis, Ephes.1.7.13.14. & 4.7.30. Non potest igitur officium illud in sacramenta competere. Respondemus autem ad prius objectum ; *Sacramenta esse verbi Divini appendices, & quasi sigilla adjuncta diplomati* : Itaque non est instituenda collatio nudi Verbi, eum nudo sacramento, sed potius Verbi solius cum sacramento, quatenus est Verbo conjunctum, hoc enim sensu dicimus sacramenta esse notiora & certiora Verbo, & est Verbum quidem in se certissimum : sed habita ratione infirmitatis nostrae, certius fit Verbum cum accedit sacramentum, quippe quod tunc quodammodo visibile fiat, ut loquitur Augustinus. In sacramentis enim, non aures tantum, sed & oculi eriduntur.

Ad posterius objectum dicimus doctrinam de obsignatione sacramenti nihil detrahere, de Sancti Spiritus officio, sed gratiosam potius Dei erga nos ~~auskam~~, id est, confessio[n]em testificari. Certè in ea obsignatione primæ sunt & præcipuae partes Spiritus Sancti sine dubio: ille enim unus est qui operatur omnia in nobis, ille mentem illustrat & evehit ad divinæ veritatis cognitionem, ille cor pulsat & affectum movet ad divinæ bonitatis amorem, in promissionibus præsentim Evangelicis præfulgentis, ille interiori charaktere & admirabili quâdam cœlaturâ divinæ gratiæ promissiones insculpit in animo. Quid ergo sacramenta, nempe causæ sunt inferiores & instrumentales, quas Deus assumit pro libitu ad sublevandam infirmitatem nostram, ut ex exteriori signo confirmetur ea gratia, quam non sacramenta per se, & vi aliqua sua naturali, sed Spiritus Sanctus in legitimo sacramentorum usu interius operatur & efficit ut non habenda sint sacramenta pro causis Physicis, quæ per realem aliquem influxum in animis agant, sed pro causis moralibus, quæ Dei institutione sunt ad id ordinatae, ut sacramenta legitimè usurpatibus certa sint, & efficax testificatio atque obsignatio divinorum beneficiorum.

Atque hinc jam patere potest quid convenienter quid differant inter se verbum & sacramentum. Certè id habent inter se commune, quod utraque sunt ab uno eodemque authore Deo, qui & Verbum suum Scripturis consignavit, & sacramenta instituit in usum Ecclesiae : quod utraque Spiritus Sanctus efficax est in cordibus fidelium : quod utraque rem eandem significant, & certam nobis faciunt, remissionem nimirum peccatorum in Christo: quod utrumque usus in Ecclesia perseverare debeat usque ad finem sæculi. Differunt tamen quod verbo fides inchoatur quippe quæ est ex auditu verbi, Rom.10.7. Sacmentis fides, inchoata & ingenerata cordibus, fovetur & confirmatur: quod verbum remissionem peccatorum generatim proponit, sacramenta unicuique fidei singulariter applicant: quod ad verbi auditum omnes indiscriminatim admittuntur; Sacramenta solis Christi domesticis distribuuntur: quod denique

denique ex ordine divinæ dispensationis, in Ecclesia verbuna est omnino necessarium, ad fidem concipiendam: *Quomodo enim credent ei de quo non audiverunt, Roman. 10.14.* Sacraenta verò non sunt simpliciter necessaria necessitate medii, ut ad sectionem sequentem statim dicetur.

IN SECTIONEM XLVII.

Ad questionem primam, de numero Sacramentorum.

Précedenti sectione sacramenti vocem, definitionem, & præcipuas qualidam conditiones exposuimus, ista sectio necessitatem & efficiaciam sacramentorum explicat; & quomodo illa ad fidei nostræ confirmationem faciant. De necessitate ut 1. dicamus, nemo nescit eam esse duplicom, aliam simpliciter & absolute ita dici, aliam vocari necessitatem. *¶* secundum quid & ex hypothesi: Sacraenta quum dicimus necessaria, non est hoc integrum de necessitate priori, neque enim existimandum est signa sacramentalia ita esse omnimodè necessaria, ut absque iis, ex quo à Deo instituta sunt, nemo planè possit salutem æternam consequi. Nam 1. certissimum est corporalia non habere necessariam & inevitabilem connexionem cum spiritualibus quippe quæ toto genere differant. Quum ergo salus nostra divinaque gratia sit aliquid merè spirituale non potest habere dependentiam simpliciter necessariam à sacramentis, quæ res sunt corporales & externæ. 2. Media corporalia, pura cibus & potus, magis necessaria sunt ad vitam corporalem conservandam, quam sint sacramenta ad spiritualem obtinendam, quia cibus & potus vim habent in se natualem ad nutriendum corpus; sed in sacramentis nulla est vis naturalis ad efficiendam salutem: Atqui vita corporalis sine cibo & potu potest à Deo conservari, ut patet in *Mose & Elia* jejunantibus: Non potest igitur esse dubium quin etiam vita spiritualis absque signis sacramentalibus sustentari valeat; neque enim Deus ullâ absolutâ necessitate ad media extrema adstrictus est, ut opus suum efficiat. 3. hoc exemplo memorabili Deus confirmavit, quum enim annis 40. suum populum per desertum circumduxerit, quo tempore multi proculdubio infantes mortui sunt: dicitur autem *Jos. 5.* per totum illud tempus nullum fuisse in Israele circumcisionis usum, aut infantes illi omnes æterna damnatione puniti fuisse dicendi sunt, aut etiam absque sacramento exteriori infantes salvari posse credendum est. Denique, ex Evangelio liquet, *latronem conversum* æternâ paradisi beatitudine fuisse à Christo donatum; qui tamen neque Baptismo antè tinatus fuerat, neque ad sacræ Eucharistie communionem adductus; unde colligitur, ex parte Dei non esse aliquam absolutam necessitatem sacramentorum, sed Deum absque sacramentis id ipsum in homine posse efficere, quod per sacramenta efficit.

EXPLICATIO CATECHES.

Itaque ad aliud necessitatis genus est deveniendum, ut dicamus necessaria esse sacramenta respectu hominum quibus tradita sunt: necessaria, inquam, non absolutâ necessitate medii, sed hypotheticâ necessitate mandati, nimis supposito divino præcepto; incumbit enim fidelibus necessitas obtemperandi mandatis Domini sui iuxta illud Mosis, *Facies quæcumque vobis præcipio*: Deus enim voluit & jussit ut his gratiae amoris que sui symbolis uteremur, quemadmodum per singula eunti notum est: *De circumcisione*, Gen. 17. 11. *Circumcidetis carnem præputii vestri*, ut sit signum fæderis inter me & vos. *De Baptismo*, Matth. 28. 19. *Baptizate eos in nomine Patrû, Filii & Spiritus Sancti*; ubi sicut verbi minister os Baptismum administrare jussit, ita & eos qui in familiam cœlestem introducuntur Baptismum recipere mandavit, unde etiam Petrus, eorum qui in Christum crediderunt unumquemq; jussit baptizari, Act. 2. 38. Sic & de Paschate, Deus Israeli mandavit, ut agnum per singulos annos mactarent & manducarent, & esset hoc illud in statutum perpetuum, Exod. 12. Et de sacra Cœna, Christus jussit, *Facite hoc in mei commemorationem*, Luc. 22. 29. quod quum explicat Paulus, 1. Corinth. 11. docet sacramentum ita celebrandum esse apud fideles usque ad secundum Iesu Christi adventum. Concludimus igitur cum veteribus Ecclesiæ Doctoriis, sacramentorum quidem simplicem privationem nequaquam damnare, quum Dei gratia nullis sit vel sacramentis vel rebus externis alligata, sed damnablem esse sacramentorum contemptum, quia in sacramenti contemtu contemnitur qui sacramentum instituit.

*Ad questionem secundum, tertiam & quartam, de efficacia
Sacramentorum.*

Nexplicanda sacramentorum virtute, regiâ nobis viâ incedendum est, quæ scilicet, neque ad dextram deflectat, neque ad sinistram. Primum enim cavendum omnino ne de sacramentis nimis abjectè sentiamus. 2. Videndum ne suprà quâm par est ea extollamus; atque in prius quidem extremum inciderunt illi, qui nihil aliud sacramentis relictum volunt quâm ut nuda signa sint & mera symbola, fideles ab infidelibus secernentia; ceterum nullam vim habeant vel ad fidem augendam, vel ad salutarem Dei gratiam obsignandam; quæ opinio est in sacramenta certè quâm injuria, & manifestis Scripturæ testimoniis revincitur facile: nam quæ vocantur signa fæderis, Genes. 17. 11. & sigilla iustitiae per fidem, Rom. 4. 11. & stipulatio sive interrogatio bona conscientia, 1. Petr. 1. 13. quæ denique dicuntur ablueri peccata nostra, Act. 22. 16. quis ea judicaturus est, nihil aliud præstare quâm ut nos ab infidelibus externis distinguant: Ne igitur arbitremur sacramenta nihil aliud efficere quâm quod efficiunt tesserae militares aut externa tantum esse signa professionis nostræ: sed norimus esse symbola Divinitus instituta ad confirmandas mentes nostras in acquisitâ per Christum salutis certitudine.

Sed

Sed cavendum similiter ne in alterum extreum deveniamus, & quæ uni Deo Deique Spiritui debétur in sacramenta transferamus, quod faciunt Pontifici, qui sacramenta volunt esse vasculorum instat Dei gratiam intra se ac velut in visceribus suis recondentium, id est, in animis recipientium efficere gratiam justificationis & sanctificationis; non, ut loqui amant, ex opere operantis, id est, ex fide & devotione illius qui sacramentis utitur, verum potius ex opere operato, hoc est, ex propriâ sua quadam ac divinitus insita virtute; quam sententiam evertere haud magni est negotii. Nam 1. manifestum est sacramenta signorum & sigillorum in Scripturis appellatione insigniri, jam autem nemo nescit quæ sit vis & natura signorum atque sigillorum; nam signa quidem rem significatam repræsentant, verum eam intra viscera sua latenter nequaquam habent, ut infinitis exemplis demonstrari posset si res esset in dubio: sigilla vero majus aliquid præstant, quam quæ signa simpliciter dicuntur, neque tamen rem, cui obsignandæ & testificandæ destinata sunt, continent amplexuque suo cohibent. Quum igitur tota sacramentorum ratio in eo coaffistat quod & quatenus signa rem repræsentant & quatenus sigilla obsignant exhibentque animis fidelium, satis liquet non esse sacramenta gratiæ contentiva ut loquuntur; 2. Paulus Roman. 4. 10. negat Abramum ex Circumcisione fuisse justificatum, imò manifestè testatur habuisse eum justificationem ex fide antequam circumcisus fuisset, & Christus, Marc. 16. 16. de Baptismo & fide loquens, docet quidem eum qui crediderit & baptizatus fuerit salvum fore, sed ne quis salutem ipsi baptismio exteriori assignaret, subjicitur statim eum qui non crediderit condannatumiri, nullâ factâ mentione privationis baptismi, ut scilicet pateat, non baptismum, sed fidem esse necessariam gratiæ salutisque causam. 3. Diversum est Scripturæ testimonium, i. Petr. 3. 21. ubi dicitur quidem baptismus nos servare, sed quis demum baptismus? non ille qui est ablutio sordium corporis, id est, non externa baptismi perceptio, sed ille qui est interrogatio bona conscientia coram Deo, i.e. in quo vi Spiritus Sancti ita agit ut ingeneret verum & vivum sensum remissionis peccatorum, quo sit ut conscientia interrogata, sicut verè justificationis particeps, certò respondere valeat, nos ita in sanguine Christi per aquam baptismi significato esse ablutos ut jam tunc ac securè coram Dei tribunali comparere valeamus; suæ sunt igitur sacramenti partes, nimirum ut repræsentent, exhibeant etiam Christi gratiam, ita ut in eorum perceptione agnoscere debeamus & humiliter amplecti testimoniū remissionis peccatorum & renovationis nostræ pignus utilissimum: sed altius tamē per fidem assurgendum est ad Christum, qui solus peccata potest pro bona sua voluntate remittere, quiq[ue] nec hominibus nec sacramentis nec rei cuiquam externæ propriam sibi gloriam transcribere voluit & cuius denique unius est justitiam suam nobis communicate & sanctificationem interius perficere. Non ignoro dici sacramenta in Scripturis nos ablucere, nos lavare, servare, justificare, sed quo tandem sensu? nimirum quo eadem effecta tribuuntur verbo Dei, verbum autem

nos servat & justificat , non salutem in se aut justitiam continendo , sed quatenus ea bona nobis offert fide recipienda; atque hoc significatum voluit August. quum tractatu 8o. in Joh. ait, aqua baptismi cor abluere, faciente verbo, non quia dicitur ; sed quia creditur. Aqua enim, ut testatur idem Epist. 23. exhibet fornicatus sacramentum gratiae, sed Spiritu operatur intrinsecus beneficium gratiae : & Moses, ex eodem August. in Levit. quæst. 24. sanctificat visibilibus sacramentis per ministerium suum , Dominus autem invisibiliter gratiam per Spiritum suum, ubi est etiam totus fructus visibilium sacramentorum. Denique , quum duplex sit homo , ut ait Cyrius Hierosolym. Cat. ch. 3. homo scilicet ex anima & corpore compositus : duplex quoque est purificatio , incorporea quidem homini incorporeo , spiritui scilicet, corporea vero corpori , aqua sane mundat corpus , spiritus autem signat animam: quod & inter Pontificios agnoscit Guillelmus Parisiensis libr. de Sacramentis, cap. 5. Si quis quiescerit , inquit , utrum sanctificatio ex aqua baptismi sit : sciendum quod non, sed ex solo Deo datore , qui invocatus ad hoc adegit & assilit & operatur intus ad similitudinem & proportionem ejus, quod aqua solet operari.

Ad questionem quintum & sextam, de confirmatione fidei per sacramenta.

SAcramentorum eam esse rationem diximus, ut gratiam conferre dicantur, non quasi eam intra se conclusam haberent, sed quia tunc effectum suum in nobis producunt, quum per fidem suscipiuntur, quæ in Christo salutarem gratiam & querit & invenit. Itaque non inficiamus sacramenta esse signa *practica* & *operativa*: Sed *practica*, non quod ex opere operato efficiant sanctitatem ; sed quia , quando iis legitimè utimur, eaque ex fide usurpamus, Deus per illa tanquam media se se reddit in cordibus nostris efficacem, unde sequitur in adultis omnibus ad sacramentum utiliter percipiendum & præcipuum & necessarium esse fidem, & vero neque Eunuchus Actor. 8. 37. neque Cornelius, Acto. 10. 47. neque antiqui Catechumeni, ut ex historia patet, ad Baptismum admissi nisi postquam fidem suam declararunt. De adultis autem specialiter loquor, quia de infantibus fidelium aliter judicandum est, quos novimus ad Baptismi sacramentum admitti antequam fidem actualem habeant, quanquam nec illi omnino fide carere dicendi sunt, quia et si fidei actum non habent, habent tamen fidei semen & principium Spiritum S. videlicet, qui sicut in fidelibus, ita & in eorum filiis habitare censendus est ex vi foederis illius, *Ego Deus tuus & seminus tui*, unde & filios fidelium sanctos vocat Apostolus 1. Corinth. 7. Atqui sine Spiritu sanctitatis nemo potest esse sanctitatis particeps : quia effectus ille non potest à causa sua separari ; sed & adultis esse necessarium fidem ad sacramenti perceptionem inde patere potest, quod mutuam habent inter se relationem , promissio Dei & fides: quemadmodum ergo sacramenta sigilla sunt promissionis Divinæ; ita, fides in usu sacramentorum requiritur , quâ promissiones sacramentis obli-

obsignatas nobis applicamus. Certè ad alicujus gratiæ participationem hæc sunt necessaria, 1. aliquis qui donum offerat; 2. medium quo illa oblatio fiat; 3. aliquis qui donum accipiat. 4. medium quo gratiam seu donum illud apprehendat. In hac ergo causa, qui donum live gratiam remissionis peccatorum offert, Deus est: medium, qui gratiam offert, verbum est & sacramentum: qui donum oblatum recipit, est homo Christianus: medium seu manus, quo recipit, est fides, Acto. 10. 43. & 26. 18.

IN SECTIONEM XLVIII.

Ad questionem primam & secundam, de numero sacramentorum Christianorum.

EX superioribus patet quæ sit natura, quæ conditiones & qualis efficiens sacramentorum: duo jam supersunt explicanda, quæ ad generalem de sacramentis tractatum pertinent: Alterum est de numero sacramentorum novæ legi. Alterum de comparatione sacramentorum inter se: prius explicari potest duabus thesibus, quarum, Prior est, Baptismum & Eucharistiam sive Cœnam Domini esse vera & propriè dicta Novi Fœderis sacramenta: quod non putamus ab aliquo Christiano in dubium vocari, nam baptismus habet omnes conditiones ad veri sacramenti constitutionem requisitas: est enim 1. sub Novo Fœdere institutus & institutus immediate à Christo ipso, Matth. 28. 19. 2. habet signum visibile & in oculos incurrens nimirum aquam, unde vocatur lavacrum aqua in verbo, Ephes. 5. 26. 3. habet Christi mandatum, Baptizate omnes gentes; 4. habet annexam mandato promissionem, Baptizetur unusquisque vestrum in remissionem peccatorum, Acto. 2. 38. 5. Certa est analogia signi, nimirum aquæ abluentis sordes corporum cum re significata nimirum, Christi sanguine abluento sordes animarum, i. Johan. 1. 7. Denique durare debet ejus institutione usque ad finem seculi, non minus quam verbi prædicatio, quod insinuat voluit Christus dum post datum baptizandi & prædicandi præceptum, adjungit Matth. 28. 20. *Ego vobiscum vsque ad &c. quasi diceret, ego administrationi verbi mei & sacramenti dispensationi usque ad finem seculi virtute Spiritus mei adfuturus sum.* Hæc omnia etiam de Eucharistia omnino certa sunt, institutio Christi, Matth. 26. Marc. 14. Luc. 22. 1. Cor. 11. Mandatum de usurpando hoc sacramento, *manducate, bibite;* Promissio annexa mandato, *hic est sanguis meus, qui effunditur in remissionem peccatorum;* Signum adspectabile, *panis & vinum;* Analogia signi cum re significata, ut enim panis ad nutritionem, vinum ad potionem aptum est, ita anima, Christi carne pascitur & sanguine reficitur; Denique ipsis hujus sacramenti ad finem mundi perseveratus est, *Annuntiabi-*

tis mortem Domini donec veniat, I. Cor. 11. 26.

Altera thesis hæc est ; duo tantum esse propriè dicta Novi Fœderis sacramenta, Baptismum & Eucharistiam , atque his incidit controversia adversus Pontificios , illi enim, binario hoc numero non contenti, septenarium urgent & Baptismo atque Eucharistiæ alia quinque adjungunt, Confirmationem sive Chrisma, Pœnitentiam, Ordines sacros, Matrimonium & Extremam Unctionem ; Atque in eam rem præcipue laudant varia veterum Patrum testimonia, quinque hisce rebus sacramenti nomen frequenter assignantium. Nos dicimus præcisè determinatum septenarium sacramentorum numerum non inveniri ante Lombardum, qui septem enumeravit, libr. 4. sent. suarum.

Veteres certè Doctores & si saepius sacramenti nomen laxissima significatione acceperunt, atque hac significatione non septem sed longè plura sacramenta proposuerunt : sic enim Tertull. lib. 4. contra Marcionem manubrium, quo in aquas injecto securim recepit Elizæus, sacramentum vocat; Sic Hilarius variis locis sacramentum orationis, scripturærum, fletus, esuritionis, sitis, nominavit; sic Hieronymus Epist. ad Oceanum, sacramentum Martyrii ; sic Aug. Epistol. 12. sacramentum crucis ; sic Bernardus serm. de Cœna Domini , sacramentum ablutionis pedum ; tamen ubi de sacramentis Christianis juxta propriam vocis significationem loquuti sunt & ex professo egerunt de signis illis visibilibus quæ Iesus Christus instituit in Symbolum gratiæ suæ salutaris , & in perpetuum Ecclesiæ Christianæ usum, vix est ut alia quam duo proposuerint, Baptismum & Eucharistiam, ut videre est apud Iustinum Martyrem , Apologet. 2. & apud Dionys. Areopag. Hierarchia Ecclesiastica cap. 2. & 3. & Cyriillum, Catech. Mythag. 2. & 4. & Ambrosum , libr. de sacrament. & Augustinum , libr. 2. de Symb. ad Catechumenos capit. 6. & iibr. 3. de doctr. Christ. cap. 9. & Damascenum, de Orthodoxa fide lib. 4. cap. 14.

Duo tantum esse sacramenta Novi Testamenti ut confirmemus, illud ante omnia, tanquam in dubium supponimus, quod & Bellarminus agnoscit, libr. 1. de Pœnit. cap. 11. ex Baptismo & Eucharistia, quæ omnium consensu vera sacramenta sunt, naturam ac proprietatem sacramentorum in genere investigari debere: Baptismum autem & Eucharistiam audivimus habere tanquam conditiones essentiales, institutionem & mandatum Christi; signum adspectabile, promissionem gratia justificantu, analogiam cum significata, & usum in Ecclesia perpetuum. Atqui nullum est ex quinque sacramentis Pontificiorum, in quod hæc omnes proprietates competant, adeoque nullum quod Novi Fœderis sacramentum verè dici beat. Nam 1. Confirmatio nullam habet expressam Christi institutionem, nullum disertum Christi mandatum de illa usurpanda; neque signum exterius, nempe oleum, cuius usus est in confirmatione, est à Christo in eum finem ordinatum. 2. Pœnitentia sacramentalis, quam vocant, nullum habet adspectabile signum, quum consistere dicatur tantum in prolatione quorundam verborum quæ signa non sunt adspectabilia. 3. Ordines

dines sacri nullam habent annexam promissionem de gratia justificante aut sanctificante. 4. *Matrimonium* neque est sub Novo Fœdere plenarius institutum, neque signum habet visibile, neque adjunctam gratia salutaris promissionem. 5. *Extrema Vnctio*, neque ab ipso Christo instituta legitur, neque, si instituta esset, habere debuit perpetuum in Ecclesia usum: *Uinctio* enim, de qua agit Marc.6. & Jacob.5. miraculosa fuit, miraculorum autem usus in Ecclesia perseverare non debuit.

Deinde, duo tantum esse sacramenta patet; 1. quia non nisi duo proponuntur in Scriptura, sicut ergo recte dicimus, decem tantum plagis Agyptum sub exitum Isaelitarum affectam fuisse, quia et si decem verbo tenus non dicuntur in Scriptura, tamen quum enumeravimus omnes, & percurrimus quæ proponuntur in Exodo, à cap.7. usque ad 13. decem omnino invenimus neque plures, neque pauciores: ita possumus verè dicere, duo esse tantum sacramenta, quia ubi totum Evangelium percurrimus non alia invenimus quam Baptismum & Eucharistiam. 2. quia quoties Scriptura de Novi Fœderis sacramentis in genere loquitur, duo tantum enumerat: Ergo significat esse tantum duo. Videatur Paulus, 1. Corinth.1.2.3.4. ubi sacramenta Isaelitarum cum nostris conferens, Baptismum tantum & Eucharistiam commemorat. Videatur etiam 2. Corinth.11.12. ubi Baptismus similiter & Eucharistia sola proponuntur. 3. hoc referunt Veterum plerique quod Johan.19. 14. dicitur ex latere Christi exiisse sanguis & aqua; hinc autem eliciunt, duo Ecclesiæ sacramenta, Baptismum & Eucharistiam, per aquam se Baptismum significari docentes, Eucharistiam per sanguinem; quod ex doctrina Veterum ipse Maldonatus observavit in Matth.26.17. 4. quæ sacramenta Christus instituit ea ipse usurpavit: Atqui Baptismo tantum & sacrâ Cœnâ usus est, non autem vel Confirmatione, vel Pœnitentiâ, &c. 5. Nova Sacraenta sunt veteribus substituta, ut Baptismus Circumcisio, Eucharistia Paschati; de Confirmatione autem & reliquis Pontificiis dici non potest, ea fuisse Veteribus substituta, itaque nec pro sacramentis novis haberi debent.

Ad questionem tertiam de comparatione sacramentorum inter se.

In comparandis sacramentis inter se, Catechistæ satis fuit differentiam paucis tangere quæ inter Baptismum & Eucharistiam intercedit, quod ut primum explicetur observandum est convenire in pluribus illa duo sacramenta putâ in authore, partibus, significatione, dignitate. Authore, quia Christus utraque instituit: Partibus, quia utraque habent materiam terrestrem & cœlestem, id est, signum & rem significatam; utraque formant suam constitutam in analogia signi & rei significatæ: Significatione, quia utrobius res significata Christus est & communio cum Christo; fine, quia utrumque datum ad significanda, obsignanda, exhibenda quæ habemus in Christo salutaria beneficia: Dignitate, quia par utriusque excellentia:

nam quemadmodum Christi carne cibamur, & sanguine potamur in sacra Coena sic in sacro quoque Baptismo inferimur Christo, & sumus ei, *nunc vivemus*, Rom. 6. ¶ 3. 4. 5. eumque induimus Gal. 4. 27.

Verum sunt etiam multa in quibus differant. 1. *Signorum specie & numero*, in Baptismo signum unum, *Aqua*: in Eucharistia signa duo, *panis & vinum*. 2. *Significationis modo*, Christus enim in Baptismo representatur, sanguine suo nos abluens a peccatorum; In Coena ut carne sua & sanguine nos pascens ad vivificationem animae; Baptismo significatur adoptio nostra; nos scilicet in cœlestis Patris familiam tanquam filios adoptari. Per Coenam nos veluti commensales esse Dein nosti, ut ex medullâ domi ipsius alamur & nutriamur. 3. *Vsu*, Baptismus enim quia spiritualis nostræ nativitatis sacramentum est, semel tantum usurpatur, semel enim non plures renascimur, sicut semel corporeâ nativitate producimus in lucem vitae: Coena vero identidem repetitur, quia est nobis nutritionis nostræ Symbolum, nutritio autem ad vitam hanc tolerandam & sustentandam subinde iterari debet. 4. *Denique subjecti latitudine*; Baptismus enim non adultis modo, nomina sua primum Christo dantibus, administrandus est; verum etiam fidelium infantibus ex vi Federis communicandus; Eucharistiam vero ab illis tantum percipi consentaneum est, qui explorare sese possunt & examinare, quales sunt adulti soli.

Sed ut paulo ulterius progrediamur quam a Catechista factum est, haud abs re erit, si Veterum sacramentorum cum Novis comparationem breviter constituamus: habent enim illa & in quibus differant & in quibus convenienter, differunt ritibus, numero, facilitate. *Ritibus, & signis* quæ alia fuerunt in Veteribus, alia sunt in nostris sacramentis, ut per se patet; *Numero*, quia quanquam duo fuerunt præcipua sacramenta Veterum, *Circumcisio & Pascha*, multa tamen alia numerari possunt sive ordinaria, qualia erant *sacrificia*, quæ suam etiam sacramentorum rationem haberunt, sive extraordinaria, ut *nubes, mare rubrum, manna, petra Deserti*, quæ Paulus proponit, 1. Cor. 10. ¶ 1. 2. 3. At nobis duo tantum sacramenta omnino suppetunt, ut audimus; *Facilitate*, nostra enim, quemadmodum observavit Augustinus, ut numero pauciora sunt, sic facilitate majora, neque ita operosa, ut vetera illa, quæ non tantum multis fuerunt ceremoniis onerata, sicut ex lib. Exodi & Levitici colligere est: vetera etiam dura fuerunt ac difficultia in administratione, quemadmodum Circumcisio nominatim fidem facit, in qua sanguis circumcisii haud absque periculo & in genti dolore fundebatur.

Sed & multa sunt in quibus convenienter. 1. Quod eundem Deum authorem habent & institutorem, quod in veteribus non minus quam in nostris signa fuerunt & res significatae, & signa quidem visibilia atque in oculos incidentia, res vero significatae spirituales, gratia scilicet in Christo remissionis peccatorum & sanctificationis: ita circumcision exterior denotabat interior cordis circumcisionem sive renovationem, Deut. 30. 6. Et Pas-

Paschatis præcipua res significata erat mors & sacrificium Christi, 1. Cor. 5.7. Sed, quod hic præsertim attendendum est adversus Pontificios, conveniunt etiam ratione effectuum: itaque sicut totam quæ sacramentis nostris inest efficaciam, *moralē* sive *pactionē* esse dicimus, id est, ex solo Dei patro & institutione pendentem & in significatione, obsignatione & exhibitione gratiæ salutaris constitutam; sic & veteribus sacramentis eandem fuisse efficaciam non dubitamus, ita tamen ut rem à modo, qualitatem à quantitate, & ipsam efficaciam à mensura efficaciae distinguamus: quod ad rem enim & qualitatem attinet, eadem fuit veterum efficacia quæ novorum; modus autem & quantitas efficaciae major est in nostris quam fuerit in antiquis olim: Nam 1. Veteres Christum veluti procul ostendebant, nostra veluti in carne manifestum, veluti præsentem exhibitent. 2. Longè obscurior fuit olim rerum ad redemptionem revelatione quam hodie: itaque & minus abundans olim quam nunc participatio gratiæ.

Cæterum, efficacia fuisse vetera sacramenta ad obsignationem & exhibitionem gratiæ patet; 1. Quia circumcisio sacramentum fuit, cui Deus promissionem hanc salutaris gratiæ annexuit, *Ego Deus tuus & seminu tui*, Genes. 17.7. quorum autem Deus se specialiter dicit esse Deum, eos salutari sua gratia dignatur, unde & Novi Fœderis haec est primaria promissio, quod *Deus nobis futurus sit in Deum, & nos ipsi in populum*, Jerem. 31.33. & 1. Corinth. 6.16. 2. Quia Rom. 4.11. Circumcisio dicitur fuisse *sigillum justitiae fidei*, id est, justificationis per fidem recipiendæ: Itaque Circumcisio obsignavit promissionem remissionis peccatorum, sive justificationis, non minus quam hodie fit sacramentis nostris, atque haec de Circumcisione testimonia tam sunt evidenter, ut ex Pontificiis Doctoribus, nec pauci nec incelestes, contendant eandem planè vim habuisse quæ in nostra sacramenta convenit. 3. Quia docent Scripturæ, vetera sacrificia valuisse ad remissionem peccatorum; unde illis saepissime expiatio peccatorum attribuitur, Levit. 4. v. 20. 35. & 5. v. 16. 18. &c. unde dicuntur esse Domino in odorem gratiæ, Exod. 29.18. Levit. 1.9. id est, esse oblationes quæ faciant quiescere iram Dei, eumque pacatum reddant hominibus. 4. eximium est in hanc rem Apostoli testimonium, 1. Cor. 11. v. 1. 2. 3. 4. ubi 1. Paulus vetera sacramenta nomine nostrorum insignit, *nubem enim quæ Israelitas obtegebat & mare* per quod sicco pede transferant vocat Baptismum Israelitarum, & Manna, atque Petram, cibum vocat & potum *spiritualem*, ut significet ea eis fuisse loco Eucharistie, cur autem Baptismum & Eucharistiam vocat; nisi ut denotet eandem respectu Israelitarum vim habuisse, quam respectu nostri habent duo Christiana sacramenta. Deinde Manna & Petram vocat *spiritualem*, ratione significationis quod scilicet gratias spirituales remissionis peccatorum, sanctificationis & nutritionis mysticæ repræsentarent, obsignarent, exhiberent fidelibus Israëlitis.

IN SECTIONEM XLIX.

De Baptismo.

Generalia de Sacramento tractavimus, speciatim nunc de Baptismo & Cœna dicendum est. Prior occurrit Baptismus, qui præcedere debet in doctrina, quia præcedit in ordine, sicut enim nasci prius est quam pasci; ita prior est Baptismus, qui ad nativitatem spiritualem pertinet, quam Cœna, quæ ad spiritualem nutritionem spectat; Ac 1. quidem Baptismum non minus quam Cœnam ad divini foederis ob-signationem institutum esse, debet extra omnem dubitationis aleam constitui. 1. quia hoc est generale sacramentorum officium, ut suprà diximus, & colligitur ex Roman. 4. 11. 2. Quia Circumcisioni Baptismus successit, atque adeo non debet deteriori conditione esse quam Circumcisio: Circumcisionem autem in signum foederis fuisse datam, ex ipsius constitutione patet, Gen. 17. significat ergo Deus Baptismatis sacramento, nos & semen nostrum esse in fœdus susceptos, & testatur, se nobis in Deum esse velle, unde & baptizamur in nomen adoranda Trinitatis, tanquam ejus cuius peculium & hæreditas sumus, nos icidem, Baptismum recipiendo, testamur nos esse velle populum Dei & ipsi consecratos; & hoc adoptionis signo sanctificatos, adeoque obsequium isti præstare velle, tanquam Domino & Patri cœlesti, à quo uno tota ratio felicitatis nostræ dependet.

Baptismum non alias aut instituit aut instituere potuit quam Christus: Etenim qui gratiam largitur, & gratiæ fœdus nobiscum pacificatur, illius unius est gratiæ Symbola & foederis sigilla constituere: Christus ergo Baptismi author omnino est, sive Baptismum Iohannii dicas, sive Baptismum Apostolorum: neque enim existimari debet administratum à Johanne Baptismum aut alium fuisse à Christi Baptismate, aut minorem illo vim habuisse: Fuit enim certè Baptismus penitentia in remissionem peccatorum administratus, Marc. c. 1. ¶ 3. Neque quicquam differt inter eos quos Iohannes in Iordanè, & quos Petrus in Tyberi tinxit, quæ verba sunt Tertullian. libr. de Bapt. Et verò quum Christus voluerit in persona sua sacramenta Novi Testamenti non minus quam veteris sanctificare, quemadmodum eandem Circumcisionem accepit quam Abrahæ posteri & idem Pascha manducavit quod Israelitæ & eandem Cœnam sibi & discipulis suis communem esse voluit, quidni & eodem nobiscum Baptismate voluerit Baptizari? Baptizatus est autem Baptismo Iohannis, Baptismus ergo Iohannis, quod atinet ad substantiam, idem fuit cum nostro: Neque est quod quis hoc loco Iohannis verba opponat, qui Matth. 4. dicit, se Baptizare aqua, venire autem post se qui Baptizaturus sit spiritu & igne è enim phrasí non exterioris Baptismi differentia significatur, sed Christi officium Iohannes à suo distinguit, quod nempe suæ sint partes exterius tantum

sacra.

sacramentum dispensare , sed ad Christum pertineat interiorem efficaciam per Spiritum suum largiri. Atqui hoc idem de Baptismo omnium Christianorum non minus dici potest : Christus enim est qui rem Baptismatis præstat , Minister autem qui Baptisima rei administrat ; nempe ut loquitur Scriptura , 1. Corinth. 3. Paulus plantat & Apollo rigat , sed non aliud quād Deus dat incrementum.

Baptismi necessitas tota pendet ex Dei mandato : neque enim putandum est spiritualem Dei gratiam ita esse ablutioni externæ alligatam , ut citra eam nemo salutem consequi possit : quapropter necessarius est Baptismus necessitate præcepti , ut imperatus à Deo , sed non ratione medii , quasi sine salutis jactu à nemo illo carere possit. At vero ipsi Pontificii ne periret ipsis hæc maxima , Baptismum esse necessarium ad salutem , triplex Baptisma distinxerunt , fluminis , flaminis , & sanguinis . fluminis in aqua , flaminis in Spiritu , sanguinis in morte : ut scilicet intelligatur eum qui flumine non baptizatur , debere saltē Baptizari flamine , hoc est , Spiritus regenerationis participem fieri : sic & latronem conversum , qui non fuit aquâ Baptizatus , fuisse tamen Baptizatum sanguine , id est , fuisse Christi martyrem , ita ut martyrium loco Baptismatis haberet. Atqui in rebus quæ sunt simpliciter & absolute ad finem aliquem consequendum necessariæ non datur hujusmodi subrogatio unius pro alio : quod autem dicitur Joh. 3. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu non potest introire in regnum cœlorum* , nihil facit ad probandam in causa salutis absolutam Baptismi necessitatem.

1. Quia si locus intelligatur de Baptismo externo , nomine regni cœlorum non significatur gloria cœlestis , sed significatur Ecclesia externa visibilis quæ saepius in Scriptura , ac nominatim 13. Matth. nomine regni cœlorum venit : ut scilicet denotetur , nos Ecclesiæ militantis & visibilis membra , non aliter quam per Baptismum constitui ; quippe quum Baptisatus instar portæ habeatur , per quam ingredimur in Ecclesiam. 2. Quia locus ille Johannis non propriè ad exteriorem Baptismi ritum pertinet , sed potius ad rem Baptismo significatam , regenerationem nimirum spiritualem quæ dicitur *renaſcentia per aquam & spiritum* , id est , quæ virtute spiritus efficitur instar aquæ habentis ; quia sicuti per aquam corporeæ fôrdes eluuntur ; ita per Spiritus internam efficaciam , speciales immundiciæ evacuantur.

Christus Matth. 28. ubi proponit institutionem Baptismi , simul quoque ostendit quinam illi sint qui ad Baptisimi administrationem vocentur , scilicet si tantum quibus credita est Evangelii prædicatio , quippe cuius appendix & corollaria sunt sacramenta. Quid igitur sibi volunt qui quemlibet ex plebe , etiam fœminas , ad Baptisimi administrationem idoneas esse pertendunt. Certe non magis probari potest ut plebejas aut femina , quæ , ex Apost. præscripto , tacere debet in Ecclesia , Baptismi dispensationem sibi arroget quam ut Eucharistiae sacramentum administret. Et quum Confirmatio , Ordinatio , Absolutio , Extrema Vnctio nemini Laicorum apud Adversarios concedatur , quid est quodd baptizandi jus ei tribuatur ,

neque necessitatis casus hic objiciendus. 1. quia si nullus est, ut diximus. 2. quia si aliquis esset, non ideo absundum fuerit ab institutione Christi, qui solis Apostolis, id est, Ministris Evangelicis, non aliis publicè prædicandi & baptizandi provinciam demandavit. 3. quia remissio peccatorum proculdubio necessaria est neque citra eam potest aliquis salutem consequi : neque tamen ideo singulis in Ecclesia id juris conceditur, ut peccata ministerialiter remittere possit. Reste itaque Tertull. de velandis Virginibus : *Non permittitur mulieri loqui in Ecclesia, sed ne tingere, nec offerre.* Et Clemens constitutionum, C.3. cap.10. *Neque laico permittitur facere opus aliquod sacerdotale ut sacrificium aut baptisma.*

In Baptismo consideranda venit *materia externa & interna, terrena & cœlestis*; hoc est, signum & significatum. Signum est tum aqua tum ea quæ circa eam sunt ; sanctificatur enim precibus & institutionis Christi recitatione, quum ea aspergitur supra baptizati faciem, vel etiam baptizatus in aquam mergitur, tum deinde emergit, quæ omnia suam habent significationem, & ad spiritualia referuntur ; ac res quidem per aquam significata, est Christi sanguis, hoc est, Christi mors & passio. Non enim sanguis significatur quatenus in venis est Christi, sed quatenus effusus est, & ita effusus ut Christi mors secuta fuerit. 2. Sanguis ille à Deo sanctificatus est ad salutem nostram, juxta illud Joh.17. *Pro en ego sanctifico meipsum, atque hoc per aquæ consecrationem designatur.* 3. Sicut baptizatus exteriori aquæ effusione abluitur, ita non tantum oportuit effundi Christi sanguinem in cruce ; verum etiam eo conscientias nostras aspergi necessarium est, non ut reficiantur modò & recreentur, sed ut abluantur à fôrdibus & inquinamentis suis: *sumus enim teste Prophetâ, ut pannus menstruata, nec aliunde obtingit nobis purgatio, quam à Christi sanguine, Joh.1.29. & 1. Joh.1.7.* 4. Quum in peccato duo sint, peccatum sive culpa, & immundities sive macula, utriusque deletio baptismate significatur, ac reatus quidem per remissionem peccati tollitur, *macula vero per sanctificationem deletur.*

Ut res paulò pleniùs explicetur, sciendum est, rem Baptismo significaram non aliam quam Christum ; Christum vero non solum & nudum, sed beneficiis omnibus suis stipatum ; beneficia vero quæ in Christo participamus quatuor sunt præcipua : Primum adoptio, secundum remissio peccatorum, tertium sanctificatio, quartum arctissima cum Christo unio. 1. Ergo baptismus nobis est symbolum & sacramentum adoptionis illius gratuitæ, quam per Christum & propter Christum in Patris cœlestis familiam cooptati sumus, ut enim in Baptismo Deus se nobis Patrem esse velle testatur, ita profitemur, nos ejus filios esse velle, & eum filiali obedientia colere. 2. Baptismus symbolum est remissionis peccatorum, omnium, inquam, peccatorum, *Originalis, Actualis, Omissons, Commissionis, Negligentia, Ignorantia, Malitia, Infirmitatis*, juxta illud Act.2. *Baptizetur unusquisque vestrum in remissionem peccatorum : nimirum peccata instar fôrdium habent quibus anima nostra fædiissimè conspurcatur, ne in conspectum Dei venire audeat*

deat: Sanguis ergo Christi effunditur in animam spiritualiter, ut sordes illas abstergat. 3. Sacramentum regenerationis seu sanctificationis nostræ, quæ cum duabus partibus conllet mortificatione carnis & vivificatione Spiritus, utraque baptismō optimè representatur. Primum enim, qui baptizatur, sic aspergitur aqua ut per moram aliquam sit sub aquâ, tum ex ea exsurgat. *Mors* significat mortem & sepulturam Christi, cuius virtute mortificatur & sepelitur vetus noster homo, id est nativa corruptio in nobis sensim aboletur. *Emerito* autem ex aqua Christum representat ex mortuis resurrexisse, ut resurrectionis ejus via peccatis resurgentem Deo vivamus, debitamque obedientiam praestemus, ut explicat Apostolus, *Roman. 6.* 4. Est etiam sacramentum arctissimæ nostræ cum Christo unionis quam ut Scriptura designet, inter varias, quibus utitur similitudines, eam nominatim usurpat quæ ab indumento sive veste desumitur, cum ait, *Galat. cap. 3, vers. 27.* *Eos qui baptizantur, in baptismō Christum induere*: quia per Baptismum iis applicatur Christus ut ejus justitia vestiti sancti coram Deo & irreprehensi compareant.

Hæc porrò omnia in Baptismo non simpliciter significantur, sed etiam quasi sigillo quadam apposito confirmantur; sacramenta enim, ut superius dictum, non sunt nudæ & vacuae figuræ, sed sunt quasi quadam immissio fidelium in possessionem rerum quæ per sacramenta representantur & promittuntur: eo fermè modo quo aliquis dominus possessionem init per traditionem clavium: Hoc autem intellige de sacramentis in usu suo legitimo, id est, quando usurpamus eo modo eaque ratione quâ Deus instituit, quare hunc fructum baptismatis impii & infideles non percipiunt, quippe qui eum intervertunt malitia & incredulitate sua, quæ tamen id efficere non potest ut non maneat semper sacramentum rerum spiritualium; cum teste Apostolo *Rom. 3, hominum infidelibus Dei fidem abolere non posset.*

Quod ultimo loco Catechismus ait, *Baptismi usum situm esse in vera fide & pœnitentia*, certissimum est: Nam qui Baptismi fructum percipere cupit, eum oportet 1. veram agere de peccatis suis pœnitentiam, hoc est, super illis dolere & confiteri corde, & eo esse animo ut apud se serid & fitimenter constituat vitam suam in posterum emendare. 2. vera fide percipere & apprehendere gratiam, quam Deus ipsi proponit in Baptismo, ut cognoscat & credat non in alio quam in Christo sitam esse sibi salutem: *non aliud esse nomen in quo salvati debent*, aut remissionem peccatorum obtinere; atque adeo id commereri tantam gratiam, ut continuo in obsequium fidele tam benigni Domini & Patris incumbat. Atque hæc omnia quidem non omnes semper afferunt quando primùm Baptismum accipiunt, sed postea per totum vitæ decursum tempus illis conceditur ut ab Baptismi sui significationem animos & cogitationes attollant, ejusque fidelis sollicitaque memoria se erigant, confirmant, & in bono stabiliant finem baptismi sui perpendentes tantum, verum etiam in eo toti dignas Baptizatis actiones producant, à peccatis abhorreant, eorum pur-

gationem in Christo quærant, adoptionem firmam faciant operibus bonis in mortificatione veteris hominis, & novi vivificatione optimos progressus edant. Deinde, unionis cum Christo vinculum fortius per fidem nequant atque constringant.

IN SECTIONEM L.

De Paedobaptismo.

DE partibus & efficacia Baptismi dictum est superiori sectione sequitur ad Baptismi objectum veniatur, qui nimirum debeant *ad Baptismum admitti*, quæ res uno verbo confici potest, nimirum tam latè patere Baptismum, quam latè patet divinum fœdus, quum Baptismus sit illius fœderis symbolum & sigillum; itaque objectum Baptismi sunt *omnes fœderati*, quacunque sint vel ætate vel conditione, sive magni, sive parvi, sive sublimes, sive humiles, sive adulti, sive infantes, sed hoc fusius disputandum est.

Adultos quod attinet, qui scilicet, antea tenebris infidelitatis & ignorantiae obvoluti fuerant, quomodo illi ad Baptismum sub initia prædicationis Evangelicæ admitterentur ex Scriptura & historia Ecclesiasticæ manifestum est. Etenim postquam omnino se Christianos esse velle significavissent, instituebantur diligenter in principiis Religionis Christianæ; deinde fidei suæ confessionem edebant, atque ita baptimate tingebantur. Sic quum prædicaret Evangelium Philippus in urbe Samaria & Samaritæ credidissent ipsi Evangelizanti regnum Dei, & nomen Christi, baptizabantur tum viri, tum mulieres, Actor. 8.12. ubi vires prædicantem Philippum & credentem populum & tum denum baptisatum. Ita idem Philippus eodem capite accepta occasione ex cap. 53. Esaiæ quod Eunuchus Reginæ Æthiopum legebat, nec intelligebat, Christum ei annunciat, tum ab Eunuco petit num crederet ex corde toto: atque ubi ille respondit *se credere Iesum Christum esse filium Dei*, baptizatur illico Philippi ministerio. Non est etiam ignotum quomodo solearent olim Catechumeni à Doctoribus in eum finem electis quos *Catechetas* vocabant, instrui. 1. per aliquot septimanas capita religionis Christianæ doceri & precibus atque jejuniis exerceri, tum deinde abjurare Paganismum, publicè profiteri se Diabolo atque pompis ejus renunciare, & Christi doctrinam fideliter amplecti, atque ita baptismatis sacramento sanctificari.

Infantes, quod spectat quoniam de infantibus tum fidelium, tum infidelium quæri potest. Hæc utraque quæstio breviter expedienda. *infideles* vocamus qui sunt ab omni fœderis divini confortio exclusi, quales sunt, 1. Hodie nisi *Iudai* qui non possunt pro fœderatis habeti, quum jam ab initio

initio Evangelii Christum obstinatissimè ejicant, qui caput est fœderis & vinculum unicum quo homines cum Deo ad salutem conjunguntur & extra quem nec spes ulla salutis affulget, Act.4.12. nec ulla est fœderis participatio. 2. *Turce*, qui religionem ex male consarcinatis Christianismi, Paganismi, Judaismi centonibus conferruminarunt. 3. *Pagani*, in quamlibet varias sectas & opiniones inter se divisi quæritur ergo, An eorum infantes ad Baptismum admitti debeant, necne. Ubi distinctione res expediri posse videtur. Nam filii infidelium vel ii intelligentur qui in potestate patrum suorum sunt & manent, vel ii qui potestati patri eripi sunt, & in Christianorum potestatem devenerunt, atque in eorum familiias assumpti sunt. Qui ergo in infidelium potestate sunt baptizari non debere certum est, quum sint ab omni ratione divini fœderis exclusi, non minus quam patres; atque adeò nulla est spes eos aliquo fructu baptizari posse, & potius credibile sit, esse à patribus in infidelitate instituendos & detinendos: in d. si patres in Christianorum ditione agant & eorum imperio subditi sint, ut sunt hodie Judæorum quamplurimi, non debent iis infantes eripi ut iis invitis baptizentur, quia jus divinum & Evangelii gratia jus naturale & humanum nequaquam tollunt. Jure autem humano & naturali filii sunt in potestate patrum suorum: ipsis igitur relulantibus non debent eripi filii ut ad Baptismum adducantur: quomodo & decretorum Glossator, causa 28. capit. *Iudeorum. Iudeis*, inquit, *non sunt auferendi eorum filii & baptizandi*, sed quando infantes infidelium in Christianorum potestatem jure belli, vel emptione, vel alia ratione pervenerunt, videtur aliter judicandum: quia enim sunt membra familiae Christianæ, ideo videntur censendi quasi essent liberi Christianorum ideoque non denegindus iis Baptismus. Et verò jussit Deus circumcidere non tantum pueros Israelitarum, vel um etiam qui in domibus ipsorum nascebantur aut ab iis empti fuerant de alienigenis, ut disertè dicitur, Gen.17. 12. Jam autem sub Novo Testamento non est restrictior gratia quam sub Veteri, sed amplior potius & effusior, quod igitur factum est circumcisione, quidni etiam Baptismo fieri posset?

Sed de fideliis infantibus hic peculiariter nobis est sermo. Fidelium autem infantes quum dicimus, non eos intelligimus modò qui ex utroque parente Christiano propagati sunt, sed qui etiam ex altero fideili & altero infideili, prout declarat Apostolus, 1. Corint. 7. 14. *maritum infidem ita sanctificatum esse in uxore fideili, & uxorem infidem in fideili marito*, ut eorum filii sancti sint, hoc est, ad Dei fœdus pertineant; adeoque à baptismatis sacramento non sunt excludendi. Quid autem si fœdus continuâ serie non processerit à majoribus & patribus in nepotes & posteros, sed aliquamdiu fuerit interruptum, ita ut avus aut abavus, verbi gratia, fuerint fideles, pater verò à Christianismo defecerit ad infidelitatem. Respondent vulgo Doctores nostri, ejusmodi infidelis patris filium non esse tamen à Baptismo prohibendum, argumento ejus quod docet Apostolus Rom. II. 16. *si primitia sancta sancta est massa*, &c. plus enim prodest infanti quod

avum aut ab avum habuit fideles, quām nocere potest quod patrem habet degenerem. Et verò Iquum Deus gratiam fœderis sui in multas ætates extendat, eam restringere non est nostrum. Itaque locum hūc habere par est vulgarem regulam quæ docet favores esse ampliandos, quæ sunt quoque Calvini verba epistola ad Farellum quæ incipit. *Quid de causa.*

Jam ad Baptismum admittendos esse fidelium parvulos, etiam antequam ad annos discretionis pervenerint, variis rationibus confici potest: rationem præcipuam Catechetes noster à Circumcisione desumit, cuius argumenti pondus ut pateat, hæc duo supponi oportet. Alterum est, duo Novi Testamenti Sacraenta veteribus duobus sacramentis ita esse institutione Dei subrogata ut Circumcisioni quidem Baptismus, Paschati verò sacra Eucharistia successerit. De Eucharistia satis docuit Christus, quandoquidem statim post celebrationem ultimi Paschatis, sacramentum Cœnæ instituit. Baptismum autem circumcisionis substitutum docet Paulus, quum Coloss. 2. 12. Baptismum circumcisioni nomine indigit. Alterum est sub Novo Testamento non modò non esse restrictio rem Dei gratiam quām sub Veteri fuerat, verùm etiam ampliorem & longè ubiorem esse; neque minorem esse sub Evangelio fœderatorum curram, quam fuit olim sub lege. His positis argumentum ita est, Quod infantes Israelitarum cùm nulla adhuc fide actuali vel pœnitentia polarent, non obstabat quominus Deo circumcisione consecrarentur, sicut patet ex Gen. 17. Ergo neque sub Evangelio actualis fidei & pœnitentiae defectus potest impedire quominus Christianorum liberi ad Baptismum admittantur. Nam si fidem & pœnitentiam actu non habent, semetamen fidei & pœnitentiae possident scilicet Spiritum Sanctum qui regenerationis atque aedificationis principium est. Sed & alia ex Scripturis depromi possunt argumenta & si enim nullibi *in manu* dicatur, Infantes esse baptizandos, necessaria tamen consecratione id ex Scripturis colligitur. 1. Ex illis verbis Christi ad quem quum essent infantes adducti, ut eis manus imponeret & precaretur, & adductores ab Apostolis objurgarentur, audimus quibus verbis Apostolos Dominus redarguerit, finite, inquit, Matth. 19. 14. *ipso sparsivulos, & ne prohibite eos venire ad me,* talium enim est regnum cœlorum: Conclude jam, baptisini participem esse, multò minus est quām regni cœlorum jus habere: atqui infantes fidelium, teste Christo, jus habent regni cœlorum. Quis igitur eos esse debere participes baptismi inficietur, præsertim quum baptismus janua sit, quām Christus eis aperire vult, qui ad regni cœlorum participationem vocantur: quō multi pertinere volunt illud Christi, Johann. 3. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu, non potest ingredi in regnum cœlorum.*

Præterea, ea est in salutis negotio signorum & rerum significatarum ratio, ut ad quos res significatæ pertinent, illi non debeant à signi participatione arceri, quum signum non alio fine sit institutum quām ut ejus perceptione de gratiæ significatæ communicatione confirmemur. Atqui ad infantes res significata baptismi pertinet: quid enim est baptismus,

signum

*signum fœderis, non minus quām olim circumcisio, Genes.17.11. Atqui fœdus non modō ad patres pertinet sed ad ipsorum semen, Genes.17.7. Quid iterum est baptismus, *sigillum iustitiae fidei* sive remissionis peccatorum ut de Circumcisione dicitur Rom.4. 11. Iam autem remissio peccatorum etiam ad infantes pertinet, tum quia fœdus gratiæ ad eos spectat, quibus promittitur peccatorum remissio, Jerem.31. 34. tum quia alioqui infantes omnes, qui in tenerâ illa ætate moriuntur, essent æternæ morti ad dicendi, quum sit mors stipendium peccati, Rom.6. 23. Illi autem peccati originalis corruptione deturpati sint: At quis tam duram adversus infantes sententiam pronuntiet, quos Christus tam amanter amplexus est, Matth. 19.14. Oportet igitur ut confiteamur obtingere eis posse ex Dei gratia peccatorum remissionem: atque hæc ut significaret Petrus, Actor.2. v.38.39. postquam dixit; *Baptizetur unusquisque vestrum in remissionem peccatorum, & accipietis donum Spiritus Sancti;* subiungit statim, *Vobis enim facta est promissio & liberis vestris,* scilicet illa remissionis peccatorum & donationis Spiritus, sed quid est, ut hoc tertio loco adjungam, *Baptismus;* Respondet Paulus, *esse lata rum regenerationis in verbo, Tit.3.5.* Atqui regeneratio sive donatio Spiritus ad liberos etiam nostros pertinet, ut ex ore Divi Petri audivimus, & Paulus docet, Rom.11.16. *si radix sancta sit etiam ramos esse sanctos, &c 1. Cor. 7. 14. liberos fidelium esse sanctos.* Denique, qui *Spiritum Christi* non habet, non est ejus, Roman.9.8. Infantes autem fidelium sunt Christi, ut Christus significat, dum eos ad se venire jubet. Habent igitur *Spiritum Christi,* qui est & sanctificationis & regenerationis. Non est etiam illud oblivio ni tradendum quod Scriptura testatur, fuisse saepius integras familias ab Apostolis baptizatas, ut de *Lydia* familia dicitur, Actor.16.15. & de *Commentariensis* domo ibidem 11.33. & de *Stephane, 1. Corinth.1.16.* solebant igitur Apostoli, ubi patresfamilias Evangelii prædicatione ad Evangelium converterant & eos & ipsorum familias baptisme consecrare: *Quis autem à se obtinere possit ut credat in hujusmodi familiis nullos fuisse infantes, quum nihil frequentius sit quām pueruli in familiis?* Illi ergo baptizabantur. Addere possum, ultimo loco, continuam in Ecclesia Christiana praxim, cuius certissimi testes sunt vetustissimi patres, *Iustinus Martyr, Ireneus, Tertullianus, Basilius, & alii* in Ecclesiâ continuâ serie doctores. Concludamus ergo, Christianis omnibus parentibus id cordi imprimitur esse debere, ut & infantes suos baptismō tingi curent, & baptizatos pro ætatis captu in ratione veræ pietatis instituant, ut & de re significata sui baptismi doceantur, & quæ ipsorum nomine in baptismō promissa sunt, serio ac diligenter executioni, per totam vitam, mandare moneantur.*

IN SECTIONEM LI.

De Cœna Domini. Ad quæstionem primam & secundam.

Quemadmodum ad vitam istam corporalem sustinendam duo imprimis necessaria sunt. 1. nos oportet generari, tum deinde genitos & vitalibus his auris fruentes nutritri & usu ciborum in vita conservari; haud secus res se habet in vita illa spirituali quam non natura facit sed gratia. Primum, regeneratione opus est, deinde, nutritione spirituali animæ: propterea duo Christus instituit sacramenta, Baptismum & Cœnam, ut prior i regenerationem obsignaret, posteriore quam haurimus ab ipso nutritionem & alimoniam repræsentaret: de Baptismo dictum, sequitur ut ad ea manum admoliamur quæ sacramentum Cœnæ respiciunt.

Atque hic ante omnia operæ pretium est ea nomina expendere quibus mysterium istud denotatur: quæ si non singula, certè simul sumpta in ipsius rei naturam & intrinsecam rationem nos facile deducunt. Cœna nomen inde desumptum est, quod tempore cœnæ, post celebrationem ultimi Paschatis, institutum est à Christo hoc sacramentum. Quam enim Pascha inter duas vespertas, ex præscripto legis, celebrari oporteret, & vellet Christus vel externa actionis circumstantia significare, se veteri sacramento novum & Evangelicum substituere: oportuit illo peracto, statim ad hanc institutionem properare. Hæc autem temporis circumstantia quum hodie atque adeo post primam institutionem, locum nullum habeat, haud abs re factum est, quod mutata est in Ecclesia Christiana temporis circumstantia, ut sacramentum istud manè potius quam vespere celebretur; quia jejuno corpore aptior est aliquantò anima & facilius extollitur ad rei significatæ præstantiam considerandam. Sed sunt & alia hujus sacramenti nomina, Actor. 2. 42. & 20. 7. *Fractio panis* vocatur, quia in fractione panis sita est præcipua pars ritus externi, lacerationem corporis Christi & dirissimam ejus passionem ab oculos ponens. Quod sit ut non Apostolicis tantum temporibus, verùm etiam multis postea sacerulis usurpata fuerit inter Christianos hæc fractio, quemadmodum ex Ireneo, Clemente Alexandrino, Cyrillo, & aliis liquere potest. Deinde nuncupatur etiam *Poculum & panis benedictionis*, 1. Cor. 10. 16. quia scilicet benedictione consecrantur elementa externa ut ad rem sacram & cœlestem designandam applicentur. Vocabatur & *Communio corporis & sanguinis Christi*, 1. Corinth. 11. 26. quia scilicet eo fine institutum est sacramentum ut non significet modò historicè, verùm etiam nobis mysticè exhibeat corpus & sanguinem illum vivificum, cui per veram fidem realiter communicemus ad animæ salutem dicitur & *Mensa Domini*, 1. Corinth. 10. 21. ut distinguantur à mensa communi, in qua cibi ministrantur ad vitam

cor-

corporalem, atque adeò à sacrificiis illis propriè dictis discernatur quibus aræ sive altaria sunt propriè destinata.

Veteri Ecclesiæ multa suppetivere nomina quibus hoc sacramentum indigitaret. I. Eucharistiam dixère veteres, quia eti pro singulis Dei beneficiis & gratiis nos esse oportet; sicuti tamen hic proponitur præcipuum illud beneficium Christi sese pro nobis peccatoribus in mortem tradentis, ita & jam speciali ceremoniâ opus fuit, quâ gratiæ Deo pro tam insigni beneficio publicè à fidelibus omnibus agerentur. Observabis etiam ἀγέρτω, id est, charitatem dictum esse; quia sicuti fidei in Deum nostræ subsidium est, ita mutuæ quam inter nos colere debemus amicitiæ charitatisque vinculum. Est etiam sæpius quum sacrificium vocant, non quasi ibi Christus realiter sacrificetur propter expianda peccata vivorum & mortuorum: Sed quia commemorationem & repræsentatio unici illius sacrificii semel à Christo in cruce peracti, ut ait Chrysost. hom. i. in Epist. ad Hebræos, Non aliud sacrificium ut *vetus Pontifex*, sed unum idemque semper facimus vel potius commemorationem sacrificii operamur. Nonnunquam est cum Missam dicunt, propriè post Ambrosii tempora, à mittendo, sive quia post missos Catechumenos & exclusos à cœtu sacro, post concepta illa verba, *Ite missæ est*, hoc est, missio vobis datur, solebat celebrari sacramentum Cœnæ, ad quod non tantum participandum sed ne contemplandum quidem certum est olim admissos non fuisse Catechumenos. Quod verò vulgo hodie dicitur à Pontificiis *sacramentum altaris*, illud eo fine factum est, ut significetur, in hoc sacramento verum esse & reale sacrificium; quia scilicet ubi est veri nominis altare, ibi veri nominis sacrificium esse oportet: Sed parùm omnino convenienter ita nominari pertendimus propriè, quum certum sit Christum in hujus sacramenti institutione non altari assedisse sed mensæ: neque minus manifestum sit, altaria nonnisi post 250. annos à Christo fuisse in Ecclesia vel extorta vel cognita. Et verò testatur *Arnobius*, lib. 6. contra Gentes, hoc fuisse Christianis objectum, *Quod neque aras, neque altaria fabricarent.*

Rem quod attinet, quemadmodum Deus nihil frustra facit, sed in operibus & institutionibus omnibus suis fines habet sibi propositos certos & fixos; ita haud dubium est quin propter necessarios fines hoc sacramentum & ipse instituerit & à nobis celebrari voluerit. Imprimis Jesus Christus hac sacri ritus ordinatione singulis fidelibus testatum voluit, & publico symbolo confirmatum, se *corporis & sanguinis* sui sacrosancti velle animas nostras sustentare, atque alere in spem certam æternæ vitæ, adeoque cœlestis suæ gratiæ sensum ita augere in animis nostris, ut *de fide in fidem proficiamus*, atque hoc modo in adultos tandem & perfectos viros evadamus. Itaque propter excellentiam repræsentationis & certitudinem exhibitionis Paulus vocavit hoc sacramentum *Communionem corporis & sanguinis Christi*, *1. Corint. 11. 26.* nec alio fine signa sacramentalia panis & vini Christus adhibuit, quam quod essent tantæ rei designandæ longè omnium aptissima. Quid enim in pa-

nis institutione sibi voluit? 1. Panis communissimus est omnium hominum cibus, & Christi corpus commune omnium, quotquot sunt usquam fidelium, alimentum. Panis antequam in has species evadat, plurimas subit vices, 1. seminatur, dein germinat, tum assurgit in culmum, fit granum, excutitur, ventilatur, mola comminuitur, abit in farinam, p̄inficitur, coquitur, & fit tandem panis usui nostro accommodatus. Ita Christus noster conceptus est, natus est, crevit ætate & sapientia, variis injuriis & opprobriis est affectus, passus, crucifixus & mortuus, ut ita fieret cibus animæ nostræ nutriendæ idoneus. Quid vinum? liquorum quos natura fundit pretiosissimus est, sitim sedat, vires reparat, *cordilatitiam affert*, Psal. 104. 15. Et Christi sanguis auro & gemmis pretiosior est, verus thesaurus cui emendo patris familias omnia bona sua insumpserit, sitim animæ restinguunt, Johan. 13. conscientiis nostris dulcissimum levamen adfert, animas peccato demeras erigit, eisque vires indit; ut ne sanguinem quidem pro eo dubitemus effundere, qui suum pro nobis posuit. Alios dein *fines si quæreris*, invenies institutum fuisse sacramentum,

1. ut eslet publica gratiarum *actio* pro ingenti redēptionis beneficio;
2. ut esset *vinculum inter fideles* mutuæ gratitudinis, 1. Cor. 10. 17.
3. ut esset *nota visibilis Ecclesia* quā distinguatur ab aliis cœtibus & societatibus, in Christi nomen propter participanda Christi beneficia nequaquam convenientibus.

Ad petitionem tertiam & quartam. De veritate Communionis in Christo.

Quidquid in negotio salutis geritur verum est & reale, nihil fictum, nihil imaginarium: verè vocamur, verè justificamur, verè adoptamur in filios, verè regeneramur, verè sumus olim in regnum cœlorum transferendi, ut veram gloriam per tempus verè æternum apud Deum verum habeamus. Sicut hæc omnia beneficia nobis verè insunt à Deo per Christum, ita & verè communicamus Christo, & veram habemus cum eo conjunctionem. Neque est quid quisquam putet communionem istam, quia non est crassa, corporalis, & sensibilis, idè non esse realem & veram; hoc enim in dubium habendum non est, esse suam rebus spiritualibus non minus quam corporalibus veritatem. Certè Deus est Spiritus, & Angelus Spiritus, & anima nostra Spiritus: an quia res illæ sunt spirituales, idè minus verè subsistere putandæ sunt. Imò quia maximè recedunt à crassâ mole corporis, idè maximè participant perfectionem veritatis. Ut enim Spiritus plus habet de ratione entis, quam corpus, ita plus participat de ratione veritatis. Hoc ergo fixum maneat, communionem cum Christo nostram esse verissimam, quod & Christus confirmatum voluit, quem suam illam mysticam nobiscum communionem variis similitudinibus illustravit. Nam ipse fundamentum est, nos De-

mus fundamento superstructa; ipse caput, nos ipsius capitum membra; ipse sponsus, nos sociata cœlesti conjugio sponsa. Jam autem quis nescit veram esse & realem conjunctionem domus cum fundamento, corporis cum capite, sponsæ cum sposo? Imd Christus non tantum se vitæ vocat aut cibum sed verum cibum, Johan.6.55. & veram vitæ, Johan.15.1. hinc est quod Christus adhibito etiam juramento confirmat Johan.6.53. *Nisi manducaverimus ejus carnem, & biberimus ejus sanguinem, non habituros vitam in nobis.* Vide jam & attende, quid putas esse manducationem illam & bibitionem externam & corporalem, quâ utimur quotidie vitæ huic conservandæ? Est nimis actio, quâ cibum & potum naturæ nostræ convenientem percipimus, comminuimus, absoroemus, & in stomachum transmittimus, & vi animæ digerimus & per omnes corporis partes, natura faciente, disperdimur ad famam explendam, ad situm restinguendam, ad humorem nativum reparandum; denique ad vitam corporalem sustentandam. Aut igitur planè incommodè hujusmodi similitudinem Christus usurpaverit, quod est vel cogitatu absurdissimum, aut certè necessarium est, ut in anima idem proportionaliter fieri consideremus per manducationem fidei, quod sit per manducationem oris in corpore. Est itaque manducatio corporis, & bibitio sanguinis Christi, actio fidelis animæ qua homo regenitus cibum & potum spiritualem sibi convenientem, videlicet Christi corpus in mortem traditum, & effusum in cruce sanguinem fide percipit, & facultate supernaturali, atque adeo operatione & efficacia Spiritus Sancti, ita sibi copulat & unit, ut inde famam & situm animæ expleat, id est, defectibus omnibus suis medeatur ad vitæ spiritualis conservationem. Manducare igitur corpus Christi, sive ei communicare, non aliud est quam certa animi fiducia sensum remissionis peccatorum in Christo & per Christi mortem percipiendo, sacrosancto ejus corpori mysticè magis ac magis uniri ad vivificationem animæ: Vivificationem dico, quia quum sit nutritio duplex, alia supplementi dicitur, alia vivificationis; quam nutritionem habemus per corpus & sanguinem, Christiano est putanda eam fieri per supplementum, quomodo corporaliter nutrimur, quando cibus quem in stomachum ingerimus supplet & subit in locum humidi illius nativi quod calor naturalis continuò depascitur, quodque continua reparatione opus habet. Sed sit per vivificationem quam vivimus, crescimus, & augescimus spiritualiter, Christi carne & sanguine vim suam efficaciter in animam nostram exerentibus: nempe, quomodo olim vivemus in cœlis cum Christo; non per supplementum & appositionem cibi, sed per internam Spiritus Dei vivificationem & efficaciam.

Hinc patet veram esse & veri nominis communionem illam quam Christo & fidelibus intercedit. Sed non veritas modò, sed & necessitas illius communionis nobis agnoscenda est: Est enim duplice præsertim nomine necessaria: 1. ratione illius miseriæ in qua naturaliter & profundissime demersi sumus, & ex quam nemo unquam eluctatus est, vel eluctabitur,

nisi per Christum & in communione Christi, quippe *sine quo nihil possumus omnino facere*, Johann.15.5. 2. Ratione summi illius boni ad quod omnes aspirare debemus, salutis nimirum æternæ, quam ut Christus morte suâ nobis meruit, ita absque illo nemo unquam reapse consequi potest, cum non sit in alio præterquam in Christo Iesu salus, Acto.4.12. addamus id, quod non modò veram & necessariam, verùm etiam *substantiale* esse communionem illam, id nos non beneficiis tantùm, sed & ipsi Iesu Christi substantiæ verè communicare, prout est *substantialis communio* capitum & membrorum, radicis & ramorum, cibi & corporis quod ab eo alitur. Sed quam unio, corporis alia sit, alia spiritualis, queritur cuius generis sit illa conjunctio nostra cum Christo? Patres quidem non nunquam nos *corporaliter* & *carnaliter* uniri cum Christo docent. Sed ea phrasis non aliter intelligenda est quam ut significetur, nos Christi substantiæ verè communicare ita ut respiciatur terminus unionis nempe Christi corpus & fidelis, non autem ratio aut modus.

Ad petitionem quintam. De communionis cum Christo modo.

VNIONE diximus aliam esse *corporalem*, aliam *spiritualem*: *corporalem* vocamus non simpliciter eam quæ unit corpora inter se, sed eam quæ sit corporali & carnali modo: *spiritualem* autem dicimus quæ unit quidem corpora, sed unit tantum spirituali modo. Itaque communionem quam fideles habent cum Christo, non *corporalem*, *carnalem*, & crassam esse existimamus, sed *spiritualem*, & *mysticam* quæ nos cum Christo spirituali modo consociat, præsertim in participando Eucharistiae sacramento. At 1. quidem *corporalem* participationem Christi ejicimus, quia & *inutilem* & *absurdam* & *impossibilem* esse pertendimus. 1. est *inutilis*, neque per se & ex propriâ sua natura aliquam animis vel corporibus nostris veram commoditatem affert, quia Christus, Capernaitas refutans, carnalem Christi mandationem sibi fingentes, docet Johan.6.63. *carnem suam nihil prodebet*: non quod carnis suæ nulla sit utilitas, quum caro Christi in mortem tradita sit remissionis peccatorum nostrorum causa *moralis* & *meritoria*: unde ita Patribus antiquis *caro vivifica* dicitur, & Christus panem se vite vocat, id est vivificum: sed quod eam ore accipere nihil prodebet: neque enim aliquid inde omnino commodi participantibus posset accedere. Et vero quum ab Adversariis queritur, quid possit corporalis Christi mandatio contradistinctè à mandatione Christi spirituali considerata; vix norunt quomodo sese expediant. Atqui respondent, eam mandationem ad hoc esse utilem ut Christus suam nobis charitatem testificetur, in eo quod propriâ suâ carne nos alit, atque adeo ut charitatem nobis augeat, & animæ per reliquias peccati debilitatæ vigorem restituat.

Sed Primo, nihil opus est carnali illa mandatione ad ea effecta praæstanda, praestantur enim per veram & spirituali mandationem Christi,

sti; nam illa certè & charitatem Christi erga nos testatissimam facit, quippe qui nos propriâ suâ carne alat & vivificet & augeat vigorem in cordibus, & animæ nostræ vires restituat. Deinde, si essent per se effecta manductionis corporalis, ea sine dubio obtinerent omnes qui Christum corporaliter manducant, quia post à causâ per se, sequitur effectus; quum tamen certum sit nullos impios sacramentum percipere, qui tamen nullos hujusmodi fructus consequuntur. Alii alios effectus comminiscuntur, nempe quod per manductionem corporalem imprimatur corporibus nostris germen aliquod immortalitatis, & virtus ac dispositio ad resurgentium in die judicij: quasi verò nec etiam hi resurrecturi sint qui nunquam Eucharistie sacramentum perceperunt. Deinde, tota vis ad resurgentium tribuenda est, non alicui germini aut qualitati quæ implantata sit corporibus nostris, sed infinitæ illi Dei potentiae quâ sibi subjicere potest omnia, ut docet Apostolus Phil. 3. 2. Denique, Vasquez in 3. part. disptu. 204. cap. 3. ejusmodi qualitatem, derivatam in carne nostra, faretur videri confitam sine omnifundamento.

Secundò, abluida est hujusmodi communio sive manducatio corporis, quippe quæ ponit veram & realem communionem inter Christum & impios contra disertissimam Apostoli sententiam docentis, *inter Christum & Belial nullam esse communionem;* 2. Corinth. 6. 14. adeoque *nec inter Christum & Belialis filios;* quomodo vocantur impii sæpius in Scriptura sacra: Præterea, indissolubilis est & continua unio nostra cum Christo; quum doceat Christus *se in nobis habitaturum in æternum,* Johann. 8. 25. & 14. 23. Unio autem corporalis ad brevissimum durat, si audiantur Adversarij: Volunt enim corpus Christi in corpore communicantium minimè remanere simul atque species panis & vini corruptæ sunt: Adde quod unio illa corporalis Adversariorum fieri tantum dicitur in aliqua parte communicantium, non enim diffundi per totum corpus, sed totum fieri cum stomacho, & ibi tantum esse præsens Christi corpus: at per unionem, quam Scriptura docet, Christus nobis totis ita conjungitur ut fieri dicamus & corporales Christi, Galat. 3. 29. Ephes. 3. 6. Est etiam impossibilis conjunctio, quemadmodum Christus ipse docet Johann. 6. 26. 62. Quum enim manductionem corporalem imaginarentur Capernaitæ, Christus eorum errorem confutavit his verbis, *Hoccine vos offenditis quid si igitur filium hominis affixeritis ascendentem è ubi erat prius?* quibus verbis argumentum tale continetur, docentibus Augustino, Alcuino, Ruperto, & aliis. Impossibile est ut caro, quæ in cœlestem gloriam translata est, detur in cibum corporalem eis qui in terra manent; Atqui mea caro mox est in cœlestem gloriam transferenda: Non potest igitur (ut vos Capernaitæ existimatis) corporaliter manducari: quæ quum ita habeant, superest ut colligantur, communionem & manductionem Christi, sive in sacramento fiat, sive extra sacramentum peragatur non corporali modo sed spirituali tantum ratione perfici. Superest igitur ut concludamus, Communionem omnem Christi nobiscum, sive in sacramento sive extra sacra-

mentum peragatur, esse simpliciter spiritualem, quod & variae rationes docent. 1. quia quamcum Christo communionem Scriptura insinuat, ea est ad salutem necessaria, *Si enim non manducaverimus carnem filii homini & biberimus ejus sanguinem non possumus habere vitam in nobis*, Johan. 6.63. Atqui non alia quam interna & spiritualis communio est ad salutem necessaria, ut Adversarii concedunt: Concilium enim Trident. sess.13. cap.10. sacramentalem, id est, externam manducationem. Ita distinguere solet à Spirituali, ut huic tantum posteriori salus & effectus quicumque salutaris attribuendus sit. 2. Quia communio cum Christo est beneficium commune fidelibus Veteris Testamen*t*i, quum illi per eandem gratiam salvati sunt per quam nos salvamur, Act. 15.12. unde etiam dicuntur manducasse eandem efaciam spiritualem & bibisse eundem potum spiritualem, quum biberunt de p*re*t*er* a*qua* erat Christus, 1. Corint. 10. 34. atqui communionem externam & corporalem non habuerunt veteres. 3. quia unio Christi, quaem Scriptura describit, reciproca est & mutua, scilicet, fidelium cum Christo & Christi cum fidelibus; itaque ut Christus dicitur *esse in nobis*, 1. Cor. 13. 5. ita & nos dicimur *esse in Christo*, Rom. 8.1.9. 1. Cor. 1.30. & ut Christus in nobis manere dicitur, ita & nos in Christo manere, Joh. 3.56. & 15.4. item ut Christus in nobis vivit, Gal. 2.20. ita & nos vivimus in Christo, Rom. 6. 11. Atqui nostra in Christo permanens existentia, & vita, non corporaliter sed spiritualiter tantum intelligenda est. Ergo & Christus non corporali sed spirituali ratione in nobis est, & manet, & vivit. 4. Christus & beneficia Christi salutaria, ita induxisse cohærent, ut nemo alterutrius sine altero particeps esse queat. *Si Christus in nobis est*, inquit Apostolus Rom. 8.11. *corpus quidem mortuum est propter peccatum, sed spiritus vita est per justitiam*: ubi, ea præsentia & mansione Christi in nobis, concludit vitam & justitiam in nobis esse: quum igitur impii beneficiis Christi salutaribus non communicent, neque ipsi Christo aliqua ratione communicare putandi sunt.

Spirituali porr̄d ratione perficitur ea communio, scilicet, ex parte quidem Dei, per interventionem Sancti Spiritus operam; ex parte vero hominum, per ministerium fidei. *De Spiritu*, testantur diserta Scripturæ loca, Rom. 8.9. *Qui non habet Spiritum Christi, is non est ejus*, id est, non pertinet ad Christum. Quidam autem sunt illi qui pertinere dicuntur ad Christum, vel esse Christi, nisi cui veram cum eo communionem habent? Atqui haec communio nulla est, nisi habeamus Spiritum Christi: *Spiritus ergo Christi est vinculum illius communionis*: Deinde 1. ad Cor. 6. ubi dixisset Apostolus, 11.19. *corpora nostra esse membra Christi*, id est, nos habere communionem cum Christo, subjungit statim 11.19. *corpora nostra esse templo Spiritus Sancti*, ut denotetur nos communionem cum Christo non habere neque illius membra effici, nisi quatenus in nobis tanquam templis Spiritus Sancti habitat & operatur. Præterea, eodem pertinet quod ibidem 11.17. dicitur, *Eum qui agglutinatur Domino, esse unum Spiritum cum ipso*, ubi vel Cajetano docente, declarat Apostolus, quomodo simus membra Christi, scilicet, non unione corporali, sed unione Spiritus. *De fide* similiter docet Scri-

Scriptura nos per eam Christo uniri, Paulus enim 2. Cor. 13. 5. ita loquitur, *Vos ipsoſ tentate, an ſit in fide; vos ipſoſ explorate; annon agnoſcitur vos ipſoſ, ni- mirum Ieſum Christum in vobis eſſe?* Ex fide igitur certò agnoscimus eſſe Ieſum Christum nobis coniunctum, nempe quia fides indubium eſt illius unionis vinculum; ſic Ephes. 3. 17. Christus dicitur *per fidem habitare in cordibus noſtriſ*, hoc eſt nobis intimè conjungi ſubſtantia, virtute, gratiā ſuā, idque ministerio fidei in animis noſtriſ à Spiriṭu Sancto excitatae.

IN SECTIONEM LII.

*Ad quæſiſnum primam & ſecundam. De Communione cum
Christo per verbum.*

DE erga populum ſuum benignitas, tum ex quamplurimiſ aliis maniſta eſt, tum ex eo nominatiſ mirabiliter declaratur, quod ut ad ſalutaris gratiæ ſuæ participationem nos vocet, nihil vel interius vel exteriū omittit quod non adhibeat & ita in cordibus noſtriſ altius efficiaciam ſenſumque misericordiæ ſuæ imprimat & inſculpat. Certè quumi beneficiorum omnium caput ſit myſtica illa noſtra cum Christo communione, quanquam illa plane spiritualis eſt, neque eſt quod in ea crassum aliquid aut corporeum imaginari debeamus, ut ſuperius ſeſilicet dictum eſt; quia tamen per imagines corporeas ad rectam spiritualium intelligentiam facilius subvehimur, non dubitavit Dominus eas variis, quas proponuiſimus, ſimilitudinibus, quaſi praefenteſ oboculos ponere, atque eodem fine exterioribus verbi & ſacramenti mediis adhibitiſ admirandum illud opus peragere, ut & auribus, oculis, atque ſenſib⁹ exteri⁹ ſuum eſſet in tanto beneficio communicando munus atque officium.

Verbum primò nominamus, eſt enim illud medium externum qui-demi, ſed tamen ad percipiendam illam Christi communionem efficax, non ſanè ſimpliciter quatenus ſyllabis & literis conſtant, ſive lectum in Scriptura ſive annunciatum in Evangelii prædicatione aures corporeas ferit & pulsat, aut etiam quatenus intellec⁹ ſuī ſenſa loquentis aliquo modo intimat, ſed quatenus fide percipitur ~~in memoriis~~ & interius in theſauro pii cordis reſervatur & reconditur: agit enim efficaciter in iis qui credunt, neque illud excipiunt, ut ſermonem horum, ſed ſicut eſt verē, ut Dei sermonem, 1. ad Thess. 2. 13, verū nihil prodeſt auditus ſeſimo, quando fide temperatus non eſt apud illos qui audiunt, Hebr. 4. 2. Porro verbum illud ea ſanè omnia nobis repræſentat, quaes ad cauſam pietatis ſpeſtant, ac nominatiſ quaes ad Christum pertinent, putā ejus missionem, incarnationem, nativitatē, miracula, doctrinam, &c. Verū in uno præcipue capite immoratur, paſſione, ſeſilicet, & morte Christi, ratiocina præcipuo conſiderationis ſuæ objecto; unde Apoſtolus ſe id unum voluit.

scire testatur, Christum, scilicet, eumq[ue] crucifixum : 1. Cor. 2. 2. ut jam paria faciant verbum & sacramentum, illud Christum pro nobis mortuum auribus nostris assidue ingerat, sed & ob oculos nostros quasi depictum sistat, Galat. 3. 1. Christum eundem non oculis modò contemplandum, sed quasi manibus tractandum offerat: in utroque proponantur Christus, & Christi beneficia, tanquam cibus animæ nostræ spiritualis: Itaque verbum hortatur & præcipit ut operemur cibo illi in vitam aeternam permanenti, Job. 6. 27. Verbum est, in quod parat Deus in conspectu nostro mensam, Psal. 23. 5. ut auscultemus indefinenter Deo, & comedamus bonum & oblectet se hac pinguedine anima nostra, Esa. 55. 2. ut uberrimè impleamur pinguedine damus Dei, & de torrente deliciarum suarum bibamus, Psalm. 36. 9. ut quasi adipe saturetur anima nostra, Psalm. 63. 6. atque ita nos beatos agnoscamus, quos elegit Deus, & dignatur habitatione atriorum suorum, ut nos satiet bono domus sua & rebus sancta templi sui, Psalm. 65. 5. quid autem putamus esse illa bona, pinguedinem, adipem, delicias, quorum intra septa Ecclesiæ fideli divini verbi receptione participes sumus, quam communionem Christi & beneficiorum ejus? Certè de Evangelicæ prædicationis efficaciâ & fructibus loquens Paulus, 1. Corint. 1. 9. ait, nos vocari in communionem Filii ipsius Iesu Christi Domini nostri: nimis ut simus corporis ejus membra ex carne ejus & ex ossibus ejus, Eph. 5. 30. Ita priore epist. Johan. 1. 3. Quod vidimus & audivimus, id annunciamus vobis, ut & vos communionem habeatis nobiscum & communio nostra sit cum Patre & cum Filio ejus Iesu Christo. Denique, Christus ipse Joh. 17. 26. significat se notum fecisse nomen suum & porrò manifestaturum esse prædicatione Evangelii, ut ipse sit in suis, id est, ut beatifica sui communione dignetur: & vero quum communionis cum Christo vinculum internum sit operatio Spiritus & instrumentum fidei, ut superiori sectione dictum est, sit autem ministerium Spiritus & verbum fidei: & verba Christi sunt Spiritus & vita; hoc est, spiritualiter efficacia & vivifica, dubium esse non potest quin fideli verbi prædicatione & receptione efficiatur vera illa & realis cum Christo communio.

Verum accessit ad verbū illud ~~ad vocem~~ audibile, verbum: exq[ue] visibile, ut vocavit Augustin. id est, sacramentum, ut communionis illius vinculum fortius astringatur: sacramentum quum dico, Eucharistia sacramentum intelligo, quanquam enim Christo communicemus in baptimate etiam, prout docet Apostolus, Rom. 6. 5. nos in baptimate cum Christo plantatos coaliuisse assimilatione mortis ejus, & Gal. 3. 27. eos qui in Christum baptizati sunt, Christo fuisse induitos: sacramento enim Eucharistiæ declaratur evidenter quasi ratione, & fortius obsignatur illa communio quam factum fuerat baptismo, nempe Christum baptismō vestivimus, quis autem ignorat vestem homini ita hærere & applicari, ut eum substantialiter attingat: Sed in Eucharistia per signa panis & vini Christus proponitur, qui non tantum nobis adhæret, sed & quum percepta sunt & in stomachum abierunt, uniuntur intimè atque in nostram substantiam convertuntur, unde jam satis intelligi potest, quo sensu sit accipendum quod in Catechismo dicitur, Nos in baptismo & in Evangelio Christum recipere, non totum, sed ex parte tantum; hoc enim certè non est ad rem ipsam sive ad Christi substantiam refe-

referendum, quam per fidem non minus obtainemus in verbo & baptismo quam in Eucharistia, sed quoad rei duntaxat modum & representationis evidentiam & symbolorum naturam: alioqui enim Christum novimus in portiones non dividi vel ei toti communicamus vel ab eo toto excludimur. At vero *Agnus Paschatis*, Symbolum Jesu Christi, apud Israelitas non comedebatur dimidiatus, sed totus & integer, unde hic vulgatum illud usurpari potest.

*Lærga Dei bonitas veniam non dimidiabit,
Aut nihil, aut totum, teregente, dabit.*

Ad questionem tertiam, quartam, quintam. De Cœna ad Christi mortem relatâ.

Quanquam varii sint fines propter quos in medio Ecclesiæ sacramentum Eucharistiae celebratur, ut est postea dicendum, non est tamen dubium quin præcipue instituta sit, ut Christi mortem nobis in memoriam revocet, & ejus fructibus nos suaviter pascat, hoc enim clamat omnia quæ in ejus prima administratione Jesus Christus fecit & dixit. 1. omnes circumstantiae illius actionis id testificantur: nam & proximè ante institutionem Christus discipulos monet de proditione Judæ mox futurâ, adeoque de morte sua quæ immineret, *Filius*, inquit, *hominis* vadit sicut scriptum est de illo: *Væ autem illi homini per quem filius hominis proditur*: Matth.26.24. Et statim post institutionem hæc verba subjungit, *Omnis vos in hac nocte offendemini in me; scriptum est enim, Percutiam pastorem, & dispergentur oves gregis*, Matth.26.31. imò ipsum Paschatis sacramentum, quod tunc temporis Christus celebrabat, & cui Eucharistiam subrogabat, quid aliud erat quam *viva mortis Christi pictura*? 1. Corint.5.7. dicitur esse *Christus Pascha nostrum pro nobis immolatum*. 2. considerentur res quæ sunt in ipsa institutione, ibi *panis frangitur & calix distribuitur*: quid est illa panis fractio quam visibile symbolum corporis Christi in cruce fracti, hoc est, violentissimis doloribus dilacerati, quum pedes & manus clavorum perfosione violarentur? Quid vini è calice in ora celebrantium effusio, quam aspectabile symbolum illius passionis, in qua Christi sanguis non tantum de pedibus & manibus confossis effluxit, verum etiam de percusso ejus latere effusus est, & unâ cum aquâ permixtus, ut pateret, militis lanceam, usque ad pericardia penetrasse, adeoque Christum verè mortuum esse, cùm fieri non possit, ut corde violato, non sequatur hominis mors.

3. Huc nos vocant omnia ferè verba quæ dicuntur in institutione, Christus nos manducare jubet, ut scilicet manducationem panis designet spiritualem carnis suæ manducationem: manducari autem non solet caro nisi animalis mortui: bibere nos jubet ex poculo, ut potionē vini repræsentet sanguinis sui bibitionem mysticam, non bibitur autem sanguis nisi extra venas effusus, neque totus funditur extra venas, quin mors statim

consequatur. Præterea Apostolus institutionem Cœnæ repetens, i. Cor. 11.8.24.25.26. docet Christum cœnam celebrari iustissime ad sui commemorationem, id est, ad mortis suæ atque passionis memoriam celebrandam, sicut statim explicat, ii. 17. *Quotiescumque ederitis panem hunc, & poculum hoc biberitis, mortem Domini annunciatum donec veniat.* Breviter, eð fine Christus cœnam instituit ut illud in animum subinde revocetur, quod est salutis nostræ, sine dubio, veluti prora & puppis, Christum aeternum, eterni Patris filium, se ñ pro nobis in cruce per Spiritum aeternum obtulisse in expiationem five sacrificium ïaſicor pro peccati nostris, ut ejus participatione ab eterna condemnatione liberati aeterna vita possessione beemur & glorificemur.

Ad questionem sextam adversus sacrificium Missæ.

Quanquam ex superioribus satis intelligi potest non esse institutam à Christo cœnam, ut sit sacrificium peccati nostri expiatorium, est tamen nobis paulò pressius in ejus doctrinæ explicatione immorandum. Sacrificii nomen in Scripturis Cœnæ sacramento attributum nusquam legitur, sed est ea appellatio apud Doctores antiquos tritissima, qui tamen eð vocabulo longè aliud significatum voluerunt quam designat apud Pontificios, qui in sacrâ Eucharistiâ offerri volunt verum, & propriè dictum, & externum sacrificium: Veteres autem sacrificii nomine Eucharistiam denotarunt, his præcipue de causis: 1. Quia est celebratio & commemorationis realis illius Hilastici sacrificii, quod Christus in cruce pro expiandis peccatis nostris Patri suo obtulit. 2. Quia in eo sacramento offeritur Deo sacrificium Eucharisticum, id est, in eo gratiarum actiones Deo publicè ac solenniter habentur pro beneficio illo insigni quo nos affecit, Christum pro nobis in mortem tradendo. Et verò gratiarum actiones sacrificii nomine non raro Scriptura designat Ps. 50. 14. & 116. 17. 3. Quia in ejus sacramenti perceptione profitemur publicè & protestamur, nos animas nostras & corpora offerre Deo in sacrificium spirituale, vivum, & placens Deo, qui cultus noster rationalis est Rom. 12. 1. 4. Quia solebat olim Christianus populus dona conferre panis & vini & aliarum specierum, non tantum ut inde pauperes alerentur, sed & ut inde sumerentur symbola panis & vini ad Eucharistiæ celebrationem: notum est autem Eleemosynæ & charitatis opera sacrificii nomine indigitari juxta illud, Hebr. 13. 16. Beneficentia & communicationis ne obliviſcim̄; talibus enim sacrificii delectatur Deus: his præmissis.

Quum plurima nobis suppetant, & à Doctoribus nostris proposita sint argumenta pauca tamen proponere sufficiet, quibus sententia nostra stabiliatur. Nimirum Nullum esse aliud sacrificium verum, reale, externum, propitiatorium, præter illud unicum, quod Jesus Christus pro nobis semel in cruce obtulit.

Ac Primo quidem, vel hac una ratione sacrificii Christi unitas & inimitabilitas demonstrari potest, quod nihil certum ex Scriptura habent Adversarii,

versarii, unde colligatur, *Sacrificium Missæ*, aut unde inferatur esse aliquod sacrificium externum, expiatorum & continuum quod in Ecclesia debet quotidie ab hominibus quibusdam, in eum finem electis, peragi: *Nobis autem ita sapiendum est ad sobrietatem, ut iis contenei simus quæ scripta sunt; s*anè verò de sacrificiis Christianorum multa in Scripturis Novi Testamenti habentur, sed quod observatu pernecessarium est, in totâ Evangelica Scriptura, nunquam alia sacrificia memorantur quam spiritualia & Eucharistica, ut videre est, Rom. 12.1. & 15.16. Philip. 2.17. & 4.18. & Hebr. 13.16. Atque horum quidem sacrificiorum ratione Christiani omnes sacerdotum nomine honestantur, Apoc. 1.6. & 5.10. & 1. Petr. 2.9. *sacerdotium regale*; verū ministri Ecclesiae quum plurimas appellations in Scripturis sortiti fuerint, nusquam tamen *sacerdotum* titulo designantur; sed illud nominis uni Christo, propter sacrificium illud expiatorum, in cruce peractum, tribuitur; unde jam ita colligi potest; *Ubi nullus est externus sacerdos, præter Christum, ibi nullum etiam externum sacrificium præter illud Christi: Atqui Scriptura Novi Testamenti neminem pro sacerdote ex* terno agnoscat præter unum Christum: *Ita quenam est externum &* propitiatorium sacrificium, quod Scriptura agnoscat, præter illud quod Christus in cruce peregit.

Secundò, Paulus de sacrificio Novi Testamenti reali & externo ex professo agit in Epistola ad Hebræos. Atqui toto illo scripto sacrificium à Christo semel oblatum memorat subinde & explicat, verū de aliquā illius repetitione ne *ꝝ* quidem habet: *Si autem aliquod esset Missæ sacrificium, ubi illud commemorandum esset quam eo loco & eâ epistolâ, quæ in eum finem expressè composita est, ut Christi sacrificium exponearet?* Neq; dixeris Apostolum, eâ de re tacuisse, quia mysterium sublimius erat quam pro Hebræorum captu. Hoc enim inanissimum est effugium, quum in eâdem Epistola Paulus mysteria tangat & explicet non minùs sublimia, ac nominatim cap. I. Christi divinitatem. Excute igitur totam Epistolam, frequentissimè leges Christi sacrificium, hostiam, oblationem, sed unicam, sed semel factam, sed semel peractam, Hebr. 7. ꝑ. 26. 27. *Talius nos decebat Pontifex, cui non sit necessarium quotidie victimas offerre. hoc enim fecit semel quum semetipsum oblitus,* & cap. 9. ꝑ. 26. *Nunc semel in consummatione sacrorum ad peccatum per immolationem suipius tollendum,* & vers. 27. & 28. *Ut statutum est hominibus semel mori;* ita & Christus semel oblatus est, ut peccata multorum tolleret. Ita audis, semel oblatum esse Christi sacrificium, sicut semel homini mori necessarium est: Atqui homo ita semel moritur ut mors ejus non iteretur, neque pluries repetatur, & cap. 10. ꝑ. 10. *sanc&ificati sumus per oblationem corporis Christi semel factam,* & ꝑ. 14. *Vnica oblatione consummavit in perpetuum eos qui sanctificantur.* Certè quam sunt *ꝝ* oblatione Christi unica, & oblatione Christi non unica; oblatione semel facta & oblatione non semel facta; Christus semel oblatus, & Christus non semel oblatus; tam sunt contraria sacrificium Christi in cruce peractum, & sacrificium missæ in altari quotidie peragendum. Deniq; Heb. 10.18. hoc axioma Christianis indubium

proponitur, *Vbi est peccatorum remissio ibi non esse amplius oblationem pro peccato:* Atqui, *per sacrificium in cruce à Christo peractum*, habemus remissionem peccatorum, Col.1.14. Ergo post illud nulla superest Christianis pro peccatis peragenda oblatio.

Tertio nulla ratio est, quare credere debeamus, Christū in Ecclesia quotidie sacrificari. 1. Quia nullum est sacrificium propriè dictum, in quo res oblata non destruatur aut immutetur, quemadmodum patet ex ipsa sacrificii externi definitione, quam Bellarm. habet libr. I. de Missa cap. 2. *Hu ergo rejectus, sacrificium, inquit, est oblatio externa facta soli Deo, quā ad agnitionem humanae infirmitatis & profisionem divinae maiestatis res aliqua sensibilis & permanens ritu mystico consecratur & transmutatur: jam autem Eucharistia Christi corpus neque consecratur, quippe in se jam antē sanctissimum: neque transmutatur, quippe gloriosum & immanutabile: Ergo neque sacrificatur.* 2. Quia hujusmodi sacrificii continua repetitione nihil opus est: etenim si Christus quotidie sacrificari dicendus sit, vel sacrificatur ad satisfactionem peccati peragendam, vel ad applicationem satisfactionis jam impetratae faciendam; quorum tamen neutrum dici potest. Non prius, quia Christus satisfactionem illam in cruce perfectissimè præstítit; itaque non est opus novā satisfactione; tum etiam quia satisfacere pro nobis, est pro nobis & nostro loco solvere, quod ipsi debebamus: debebamus autem penas Dei judicio debitas pendere, atque ad eō damnari, unde consequitur ad satisfaciendum pro peccatis nostris requiri mortis siue supplicii extremi irrogationem, Christus autem ita semel mortuus est in cruce, ut nec moriatur amplius, nec verè mori possit, adeoque neque sacrificari ut pro peccatis nostris Deo satisfiat. Non item posterius, ut enim satisfactio Christi nobis applicetur, haudquam necessarium est ut sacrificetur ipse Christus, quemadmodum ad hoc ut meritum mortis aut resurrectionis Christi nobis applicetur, necessarium non est ut Christus moriatur aut resurgat, & verò in baptismo efficacia mortis & sacrificii Christi ad remissionem peccatorum verè nobis applicatur, sicuti colligitur ex Rom. 6.11.3.4.5.6. neque tamen ideo aliquis unquam sibi fixit in baptismo Christum sacrificari.

Adversarii subinde tanquam *propugnacor*, id est, *inane territamentum*, objiciunt distinctionem suam sacrificii *cruenti & incruenti*: Fatentur nimirum, Christum semel *cruenter* sese obtulisse in cruce, neque fieri posse ut iterum hoc modo sacrificetur; sed *incruentē* tamen pte sacerdotis ministerium sese offerre diebus singulis sub speciebus panis & vini: quam distinctionem ut statuminent, multa proficiunt ex Patribus testimonia de *incruento* Christi *sacrificio* subinde loquentibus. Neque verò nos negamus, id nominis frequenter apud Patres occurtere; sed observari debuit quā ratione & quo sensu illi sacrificia & hostias *incruentas* nominaverint: Non enim sanè ut docerent in Eucharistia fieri, ad expianda peccata, veram externam & realem, sed *incruentam* tamen corporis & sanguinis Christi *immolationem*; longè alia mens illis, quām hodiernis Pontificis. 1. Quia extra

extra rationem sacramenti Eucharistici sacrificia & hostias *in cruentas* appellarunt, nimis *Dei laudes* & gratiarum actiones sive sacrificia spiritus & Eucharistica, quæ Deo ab hominibus omnibus debentur, ut antè diximus, quasque *in cruentas* dici non recusamus. 2. Sacrificium & hostiam Christi non aliam sane quam *in cruentam* in sacramento baptismatis agnoverunt, unde tamen non sunt Adversarii ab omni ratione depositi ut colligant in baptismo aquæ fieri aliquod reale Christi sacrificium, verba sunt notissimi apud Pontif. Doctoris Melchioris Canis Theologi Lot. libr. 12. cap. 12. pag. 831. Quare quid cause plerisque Antiquorum fuerit, ut Baptismum Hostiam appellaverint, ideoque dixerint, Non superesse Hostiam pro peccato quia baptismus repeti non potest. Respon. Sane quia in baptismo Christo commoratur & per hoc sacramentum applicatur nobis Hostia crucis, hinc illi baptisma translati nuncuparunt Hostiam: hoc idem enim sane de Eucharistie sacramento dicimus, vocatum à Patribus sacrificium *in cruentum*, tum propter sacrificia laudum, quæ ibi Deo offeruntur, tum propter commemorationem sacrificii Christi, propter quam faciendam sacramentum institutum est, Luc. 22. 19. 1. Cor. 11. v. 25. 26. 27. 28. tum denique propter applicationem sacrificii crucis, quæ sicuti fit interius & per efficacitatem Spiritus in nobis operantis, & per instrumentum veræ vivæque fidei, ita externus etiam peragitur per media illa publica & in totius Ecclesiæ usum instituta, nempe verbi prædicationem, baptismi administracionem, & nominatim sacræ cœnæ dispensationem. Distinctionem autem illam Pontificiam refutare non est operosum, quem in finem sequentia observari debent. 1. hujusmodi distinctionis in Scriptura sacra neque vola extat neque vestigium: In distinctionibus autem Theologicis praesertim, ubi de re maximi momenti agitur, & in qua vertitur salus, quis neget desumendum esse ex Dei verbo illius fundamentum, alioqui ludet unusquisque pro libitu, & in quolibet capitali ac primario dogmate, variis distinctionum præstigiis omnia subvertet. 2. Quum Apostolus Paulus de Christi sacrificio ex professo agat in Epistola ad Hebreos, si aliiquid *in cruentum* esset hujusmodi, & reale Christi sacrificium, quis arbitretur ne verbo quidem aliquid Apostolum insinuasse quod ad huiusmodi sacrificium pertineat? Christi certè sacrificium crucifixum semel tantum peractum esse consentiunt Pontificii, & videmus tamen circa ejus explicationem ita serio versatum Apostolum ut ad summam diligentiam nihil reliqui fecerit. Sacrificium vero *in cruentum* quod non semel oblatum volunt, sed quotidie offerri contendunt in infinitis locis & porro offrendum jugiter usque ad consummationem sæculi, quodque tot cumulum ceremoniis, tanquam pompâ, tanquam spectantium devotione & quasi stupore celebratur, cuinam verisimile fiat, si tale aliquid revera esse in Ecclesia, sibi proposuisse Apostolus, ne vel levissima commemoratione dignaturum fore? 3. Quum in Missa Christi sanguinem fundi consentiant & contendant Adversarii, querendum ab ipsis est, proprie ne id fieri intelligent, an figuratè tantum, & per similitudinem? Nam si per

^{si} studinem tantum & figuratè, quatenus scilicet ibi celebratur figura, præsentatio, & commemoratio effusionis illius, quæ verè, propriè & realiter in cruce facta est, quis non videt corrovere totam sacrificii realis Missæ rationem? Verè enim & propriè dictum sacrificium, propriam quoque & veram, non figuratè tantum dictam sanguinis effusionem postulat. Sin autem propriè dicitur & realiter hieri effusio sanguinis, quomodo potest vocari sacrificium incruentum? Nemo enim ignorat incruentum latius illud dici in quo nulla est sanguinis effusio & quum apud Livi.. libr.7.de quadam victoriâ quam Romani de quibusdam hostibus reportarunt, dicitur eam victoriā non fuisse incruentam, id est, non fuisse partam sine multa Romanis sanguinis effusionē. Certe tam absurdum est sanguinem propriè fundi, & tamen incruentē, quām aliquem verè aquâ lavari & tamen illotè; & verè cibari, & tamen impastè; aut alicui fidem violare, & tamen inviolatè. Denique, qui sacrificium ~~incruentum~~ ^{in aspergendo} incruentum invehunt eadē facilitate obtrudere possint & ~~renbras lucidas~~, & fluctuarem humidam, & calorem frigidum. 4. Apostolus oblationem expiatoriam docet esse à passione & morte oblatæ rei inseparabilem, quum ait, Hebr. 9.v.24.25. *Christus in cælum ingressus est ut compareat apud Dei faciem pro nobis, non ut sepe offerat semetipsum: alioqui oportuisset eum sapientia passum fuisse:* quibus verbis ex eo quod Christus non est sæpius passus & mortuus, sed semel tantum, concludit, eum etiam non sæpius, sed semel tantum semetipsum obtulisse: argumentum enim ita est: Qui seipsum offert in sacrificium ~~in aspergendo~~ pro peccatis, eum pati & mori oportet; At Christus non sæpius sed semel mortuus est: Ergo non sæpius sed semel tantum sese obtulit in sacrificium ~~in aspergendo~~ pro peccatis: Si audis Pontificiam distinctionem, major Apostoli manifestâ falsitate laboraverit: nam poterit Christus sæpius offerri, adeoque singulis diebus sacrificium incruentum pro peccatorum expiatione, neque tamen ideo morietur, sed gloriosus perstabit & immortalis. 5. Aut sacrificium Missæ potestatem non habet remittendorum peccatorum aut si habet non est incruentum & sine propria realique effusione sanguinis; aut denique non est vera sententia Pauli, quam habet, Heb.9.22. *Sine sanguinis effusione non fieri remissionem,* scilicet peccati: At qui neque ultimum istud dicere Christiano cuiquam in mentem unquam veniet, neque illud alterum agnoscunt Pontificii, scilicet Missam esse sacrificium cruentum non incruentum, Ergo ad primum deveniendum est, Missatio scilicet sacrificio nullam inesse efficacitatem remittendorum peccatorum.

IN

IN SECTIONEM. LIII.

*Ad questionem primam & secundam. De duplo signo in Cœna,
& utriusque participandi necessitate.*

Vitæ nostræ spiritualis altera pars in regeneratione sita est, cuius beneficio, ex filii iræ, in societatem filiorum Dei transcribimur: altera in nutritione & corroboratione animæ, quæ fit, scilicet, ut crescamus in humanum adultum ad mensuram staturæ Christi & in spem infallibilem vita aeterna conservenur. Regenerationis pignus exhibetur in Baptismo, quem ideo Paulus, Ephes. 5. vocat *lavacrum regenerationis in verbo vita*: Alterum in Eucharistia representatur, quæ dum externa panis & vini symbola participanda nobis offert, animos nostros ad vivificum illud alimentum atrollit, quod habemus in Christo, prout ipse de re sacramenti loquens, Johan. 6.55. ait, *Carnem suam esse verè cibum, & sanguinem esse verè potum*. Hinc est quod in Baptismo quidem unicum signum ex Christi institutione usurpatum, aqua, scilicet, quæ sufficit ad representandam regenerationem nostram quæ instar ablutionis internæ habet conscientiam nostram à peccato mundantem. At verò in sacra Cœna duo elementa sive signa comparent, ut ita pleniū significetur animarum nostrarum nutritio: enim verò refatio corporis duobus constat, cibi scilicet & potu usurpatione; itaque nil mirum si voluit Christus & manducari panem & bibi vinum de calice. 1. Quia qua facultate pollet panis in hac vitâ, qui sanè inter species omnes maximè aptus est ad nutritionem corporis nostri, & vinum, quod cordi lætitiam & vires suppeditat, quemadmodum de utroque tum experientia testatur, tum Scriptura docet, Psal. 104.15. eadem etiam virtute instructus est perfectissime Christus ad animarum nostrarum vivificationem; ut, scilicet, interiorius ipsis & carne saginentur & sanguine refluantur. 2. Quia elementa illa duo ad meditandam Christi mortem nos veluti manu ducunt. Certe enim panis, ut fiat ad corporis alimoniam idoneus, varias mutationes subit, erat enim prius triticum, postea molari lapide contritum abiit in farinam, tum aquâ maceratum concrevit in massam quæ clibaniardore costa in panem denique evasit. Sic & vinum vua fuit antea, exin excisa est de palmito, mox pedibus calcata, tum in mustum transfusa, denique vinum facta. Ita planè Christus, ut cibus & potus animæ nostræ fieret, variis afflictionibus quasi molari lapide contritus est, & judicij divini fervore subiit & divinæ iræ quasi plantis proculcatus est, cum in crucem erectus pre animi cruciatu tantum non defecit.

Atque hinc jam patet quām sit necessaria in Cœnæ administratione utriusque hujus signi participatio, & quām sit in Christum, Christique

institutionem, adeoque totam Ecclesiam injurii, qui populum calice multantest, unica panis specie contentum esse jubent, sanè cùm & in aliis omnibus ad salutem spectantibus & singulariter in causa sacramentorum ex Dei consilio ejusque institutione sapiendum, nemo non facile agnosceret, intolerabilem esse eorum audaciam, qui populum à sacramentali poculo prohibent: unde enim quæso nobis sacramentorum usus non nisi ex institutione Dei, ergo ad eam unicè respiciendum, & juxta eam unam agenda & tractanda hæc omnia. In Baptismo aquam usurpamus, quia Christus jussit, in nomine Trinitatis baptizamus; quia Christus jussit, Baptismum non repetimus quia Christus non jussit: idem planè in Cœnâ observari debet, sacræ Cœnæ communicaturi convenimus in unum, quia Christus jussit, Ministri pani benedicunt, panem frangunt, panem distribuunt, quia Christus jussit, fideles accedentes panem sumunt & manducant quia Christus jussit; sicut autem autem quidquid in sacramentis facimus, facimus ex præcedente Christi mandato, ita quæcumque jubet facienda sunt: Atqui utriusque signi usum sine dubio in sacra Cœna mandavit. Nam 1. ait Christus, *hoc facite, ne ruppe quod ego facio; ille autem panem & vinum distribuit Apostolis suis: Qui vero erant aut quam personam gerebant Apostoli nisi discipulorum Christi? cum enim in eum locum ubi Christus Cœnam instituit convernerant, non tanquam pastores, sed tanquam oves, Ergo & hodie ut Pastores Christum imitantur, debent & panem & poculum gregi suo Christiano administrare.* 2. Quicumque commemoraturi sunt mortem Christi in Eucharistia eos vult Christus hoc facere, id est utroque signo uti, *hoc, inquit, facie in mei commemorationem, Luc. 22. 19.* Atqui in sacra Cœna non soli Pastores, sed grex universus fidelium mortem Christi commemorare debent. Nam, inquit Apostolus 1. Corinth. 11. 26. Ecclesiam Corinthiacam adeoque omnes tum in Christo sanctificatos alloquens, annunciatū mortem Domini donec veniat. Ergo nullus est fidelium qui à calice arceri debeat. 3. Christus discipulos suos, atque adeo in iis fideles omnes alloquens, æquè præcipit usum calicis atque panis; ut enim de pane ait, *Manducate, ita de calice, Bibite.* Imò quasi futuram in hoc sacramento depravationem respiciens, cùm de pane simpliciter dixisset, *manducate;* de calice dixit expressius & disertius quām ut aliquis fidelium excludendus putetur, *bibite ex eo omnes, Matth. 26. 27.* si ergo ex vi mandati illius, *manducate omnes,* non pastores modò, sed & fideles ad participationem panis vocantur, etiam ex vi mandati alterius, *Bibite ex eo omnes,* admitti debent omnes ad usum calicis. 4. Quicumque seipso probare possunt & examinare, illi ad poculum admitti possunt; sicut Apostolus significat 1. Cor. 11. 18. *probat homo seipsum & ita edat de hoc pane, & bibat de hoc calice:* Posunt autem omnes fideles adulti seipso probare & explorare; Ergo & ad calicem admittendi sunt. 5. Ita necessaria est calicis participatio, ut sicut panis fractionem usurpat aliquando Scripturæ pro toto Eucharistiae sacramento Actor. 2. 42. quo norimus, non posse nos abstinere à panis usu, ita

ita etiam & vini pōtione totum sacramentum significetur: etenim Apostolus 1. Corint. 12. 13. duo Ecclesiæ Christianæ sacramenta memorans, ait, nos fuīsse baptizatōs in unum Spiritū & potatos fuīsse eodem Spiritū: Denique hæc doctrina ab Apostolorum temporibus usque ad Concilium Constantiense, quod primum arcuit populum à calice, nunquam revocata est in dubium; sed constans & continua fuit & universalis distribuendi calicis observatione ut per omnia sēcula eunti manifestum esse possit. Itaque cum Gelasi Papæ tempore reperirentur quidam qui sumptā tantummodo sacri corporis portione, à calice sacri cruxis abstinebant, sanxit Pontifex eo Canone qui in corpore juris Canonici extat de consecratione distinct. 2. Comperimus, Eos qui neſcio quā superstitione adstringuntur, aut integra sacramenta percipere debere aut ab integris arceri, quia diminutio unius ejusdemque mysterii sine grandi sacrilegio non posset fieri.

*Ad questionem tertiam & quartam De nostra cum Christi
substantia Communione.*

Quum duo Eucharistiæ signa communionem eam repræsentent, quam habemus cum Christo, quæritur utrū iis signis nuda continetur illius communionis repræsentatio, an etiam verè & reapse communicetur quod pane significatur & vino. *Responſio* est; Quidquid Christus institutione Eucharistiæ promisit id revera impleri in fidelibus adeoque non esse dubitandum quin eos substantiæ suæ verè participes Christus faciat & secum uniat in unam vitam spiritualem: quæ sanè doctrina superioribus etiam sectionibus proposita fuit, verūm quia res est maximi momenti & unum ex præcipuis Christianæ religionis mystériis, propterea id denudò inculcatur, idque iis verbis quibus nulla inest ambiguitas: dictum suprà fuerat quam proprietatem habet panis ad nos sustentandos, eandem habere corpus Christi ad animas nostras alendas: Item, necessarium esse ut Christum ipsum possideamus quod bona ejus nostra esse possint: eadem doctrina hīc repetitur ut clarius innotescat quanta sit in ejus perceptione Ecclesiarum nostrarum constantia. Et verò illud ipsum in liturgiâ sacræ Cœnæ legere est, nempe *animos nostros ad cœlestia erigendos, & vivificantur & nutriantur Christi substantia*. Id ipsum in confessione nostra sonat Christum videlicet *arcana & incomprehensibili virtute Spiritus sui nos nutritre & vivificare substantias corporis sui & sanguinis*. Id ipsum in aliis etiam confessionibus legere est, sed in scriptis Doctorum nostrorum, qui etiam adversus Anabaptistas eā de re integrō ex destinato tractatus ediderunt.

Hunc tantum consensum & ante hoc tempus in Ecclesia Reformata nunquam sollicitatum fecit certa Scripturæ institutio, quæ de hac re clarius edocet; quām ut aliquis eam in dubium revocare debeat. Nam 1. Christus Joh. 6. hanc realem, veram substantialem sui communionem clare proponit, ubi se cum veteri manna comparat, & se vocat *panem* ē

cælo descendenterem, ut si quis ex eo manducet non moriatur in eternum, & illud serio inculcat, carnem suam esse verè cibum & sanguinem suum esse verè potum; immotam esse necessariam illam carnis & sanguinis participationem, ut absque eâ nullus sit unquam ritam habiturus in seipso. Si quis negat significari verbis illis, realem & substancialem corporis & sanguinis Christi participationem, quæram ab eo. Si Christus eam designare voluisse, quibus verbis clarioribus & disertioribus fuerit usurus. 2. *Quia mysterium hoc altissimum est, Deus variis similitudinibus illud expressum voluit, quibus vera & realis communio significetur: similitudinem arcessit veluti à matrimonio, in quo tanta est & tam vera arcta que communio, ut Scriptura dicat duo fieri in carnem unam. arcessit ab arbore, cuius radix substancialiam suam per ramos emittit & distribuit ad fructificandum. Verum in sacramento Cœnæ hoc manifeste proponitur, assumitur enim panis & vinum eâ ratione, ut de pane dicat Christus, *Hoc est corpus meum;* de vino, *Hic est sanguis meus,* quomodo panis non corpus & vinum sanguis Christi, non sicut verè, proprie, & substancialiter quia disparatum de disparato propriè dici non potest, & quia una res non potest esse substancialiter res alia. Ergo tropicè & per figuram, quatenus panis est signum corporis, & vinum signum sanguinis Christi: ita ut res significata per panem, sit corpus Christi; res significata per vinum sit sanguis Christi. Jam autem illud fixum est apud omnes Reformatos, in sacramentis Christianis legitimè perceptis illud quod significatur etiam offerri & exhiberi revera fidelibus. Atqui per panem significatur substancialia corporis Christi & per vinum significatur sanguis Christi. Itaque in sacra cœna fidelibus verè & reapse exhibetur substancialia Christi.* 3. *ad eundem consensum nos manu dicit signorum & rerum significatarum analogia: nam ut panis corpus nostrum nutrit & ut vinum cor nostrum reficiat, necessarium est non tantum ut eorum virtutem participemus, verum etiam ut cum eorum substancialia communicemus: Ergo simili ratione, ut vitam & beneficia spiritualia & cœlestem nostram alimoniam habeamus in Christo, necesse est ut non tantum ejus virtuti atque efficaciæ, verum etiam substancialia communicemus.*

Ad questionem quintam & sextam.

EX superioribus quæstio, ut verè & substancialiter possimus communicare corpori & sanguini Christi, annon necessarium sit ut ea realiter præsentia sint & lateant in signis panis & vini. *Responsio.* Non esse dubitandum, quin Christus in actione sacræ cœnæ præsentiam suam verè exhibeat: verum inde nequaquam consequi, corpus & sanguinem ipsius cum signis vel sub signis realiter adesse, imò præsentiam hujusmodi carnalem corporalem, localem corporis & sanguinis ejus esse Dei verbo & sacramentorum naturæ & veræ rationi contrariam: Nam 1. verbum Dei docet, Christum postquam omnia ad salutem nostram necessaria perfecit.

cit, in cœlum descendisse, ubi etiam mansurus sit neque inde corporaliter venturus, nisi in die judicii, itaque cum pauperes commendaret Discipulis suis, *Me inquit, non semper habebitis vobis* &c. Certè quod ad Deitatem & virtutem Spiritus sui semper nobiscum usque ad consummationem sæculi futurus est, sed quoad corporalem præsentiam, *me, inquit, non habebitis*: Quomodo verò ita locutus fuisset, si non tantum semper quoad corpus suum, beneficio Eucharistiæ, mansurus est nobiscum: verum etiam longè meliori ratione mansurus: Aut quomodo tristati fuisserit, propter ipsius abitum, Discipuli, si putassent ejus corpus neque discessurum ab Ecclesia militari. Etenim cum in terris esset cum discipulis uno tantum loco aderat, sed postquam visibiliter ab iis discessit cum eis fuisset corporaliter diversis in locis, nempe ubicumque sacramentum Eucharistiæ celebraretur. 2. Doctrina de præsentia corporali est contraria naturæ sacramenti, sacramentum autem cœnæ institutum fuit ad commemorationem Christi: rerum autem præsentium nulla est memoratio, sed tantum absentium. Deinde, si sacramenta omnia consideres, nullum omnino reperieris quod rem significatam sub signis habeat præsentem: non Circumcisio, non Pascha, non Manna, non Petra deserti, non Baptisma, neque sacramenta Pontificia, Ordo, Pœnitentia, Extrema Unctio: cur ergo uni cœnæ sacramento, sine omni verbi divini institutione & confirmatione, illud transcribatur. Præterea qualis fuit prima cœna, tales fuerunt etiam reliquæ: Atqui in prima cœnâ neque Christus sub signis latebat, corpore & sanguine suo, neque illud censuerunt Apostoli: nam qui præsentem eum viventem manducantem, loquentem videbant & audiebant, quomodo credere potuerunt eodem momento fuisse silentem sub speciebus, nihil agentem, invisibilem, adeoque mortuum: quippe habentem corpus suum sub unâ specie separatum sub altera, aut quomodo sibi persuaserunt, Christum seipsum manducare, & corpus sanguinemque suum totum habere in ore suo, id est totum in parte, sive partem continentem totum suum: aut si hæc Apostolis veniebant in mentem, quomodo non ad tanta prodigia expavescabant, & quomodo Dominum non interrogabant de rebus quæ nunquam antea vel visæ, vel auditæ, vel dictæ, vel cogitatæ fuerant à quopiam. Denique, hæc sententia rationem evertit, Christus enim fuit *verè homo per omnia, excepto peccato, nobis simili*, corpore humano prædictus, suis finibus ita conscriptus ut in diversis simul locis non magis esse posset, quam diversis simul temporibus. Itaque Angelus, ut doceret Christum non amplius in sepulchro jacere, argumentum resumebat, Matth. 28. quod surrexisset, *surrexit, non est hic*, quasi diceret, qui sanè surrexit & aliò abiit, non est ibi querendus: Atqui Christus hinc surrexit, & aliò abiit. Ergo, Pone *πληντια* corporis Christi, nulla fuerit Angeli ratio, & potuerunt mulieres respondere Angelo, Quid tum si surrexit & aliò abiit, annon possumus hic eum querere qui corpus suum potest simul pluribus locis statuere? Nos ergo ex Scriptura & rectâ ratione instituti, ne Chri-

stum posthac quæramus in terris, sed altius erigamus oculos nostros & eum quæramus in cælo, Col. 3. v. 1. 2.

IN SECTIONEM LIV.

Ad questionem primam, secundam, tertiam, quartam & quintam.

DOctrinæ de sacramentis duæ sunt partes: *altera* sacramentorum natu-
ram explanat, sacramentorum usum *altera* exponit. Postquam ergo
de Cœnæ natura dictum est; sequitur nunc ut ejus usum consideremus,
id est, doceamus quibus animæ præparationibus opus sit ut ei salutariter
communicare possimus. Neque verò hoc leviter attingit Scriptura, sed
gravissimam è de readmonitionem habet 1. Corinth. ii. v. 27. 28. 29. ubi
Apostolus distinetè *tria* docet 1. quid facere censendi sint ii qui sine le-
gitimâ animi dispositione ad sacram Cœnam accedunt; Nempe, inquit,
Domini panem edunt & poculum bibunt indignè; neque discernunt corpus Domini.
Itaque distinguendum docet inter *indignos* & *dignos* communicantes: *Di-*
gnos autem quos intelligit? Non illos sanè qui apud Deum operibus suis,
aut suâ sanctitate id commeriti sunt, ut spirituali hoc cibo & potu do-
nentur: Absit enim ut tantum beneficium putemus cadere posse in homi-
nis meritum, quin potius *seruum inutilem*, etiam post omnes conatus suos,
sese debet agnoscere, Luc. 17. 17. Verùm eos qui abjecta omni carnis fidu-
cia, in paternâ unius Dei bonitate totam spem suam collocant, & in Chri-
sti morte atque passione peccatorum suorum remedium vnice quærent.
Contrà igitur *indigni* sunt qui in seipsis confidunt, qui alibi quā in
Christo salutis suæ fiduciam reponunt, qui ad hanc mensam nullis bo-
nis animi motibus accedunt, qui in peccatis voluntur & deliciantur,
neque magis ad purificationem sui cordis attendunt, quā si mensæ
assiderent communi aut profanæ. Illi sunt qui dicuntur *non discernere*
corpus Domini, id est, non majori reverentia, hoc sacramentum percipere,
quā si convivium esset carnale & temporarium; quemadmodum ex-
pli cat etiam Augustinus Epistol. 118. cap. 8. *Non dijudicat*, inquit, *corpus Da-*
mini, qui non discernit à ceteris cibis *veneratione singulari* debitâ.

II. Docet Paulus quantum sit indignè communicantium crimen,
& quibus suppliciis à Deo vindicandum: nam hujusmodi homo 1. *fit*
reus corpori & sanguini Christi: deinde *judicium sibi manducat & bibit*: quæ
verba perperam trahunt Adversarii ad confirmationem corporalis præ-
sentiæ Christi sub signis Eucharistiæ: nam certè caro Christi iis omnibus
qui ei re ipsa participant cibus est vivificus: At qui ejus carnem mandu-
cant & sanguinem bibunt, *habent vitam eternam*, Johan. 6. v. 51. 54. Et con-
trà, qui *calicem Demoniorum bibunt*, id est, qui cum Diabolis societatem co-
lunt, *non possunt Domini calicem bibere*, id est, ullam veram cum eo commu-
nicare.

nionem habere, 1. Corinth. 10. ¶ 20. 21. quod & Veteres agnoverunt: August. enim tractatu 26. in Johan. hujus rei, inquit, sacramentum, id est, unitatis corporis & sanguinis Christi sumetur à quibusdam ad vitam; à quibusdam ad exitium: res verò ipsa cuius sacramentum est, omni homini ad vitam nulli ad exitium quicunque eius particeps fuerit: & tractatu 29. Iudam, ait, manducasse quidem panem Domini, sed non manducasse panem Dominum. Impii e. go, sunt rei corporis & sanguinis Christi, & Judicium sibi edunt & bibunt, non participatione rei, sed profanatione signi, non recipiendo corpus Domini, sed contemnendo sacramentum corporis Christi: quia, scilicet explicante hunc locum Hieronymo, tanti mysterii sacramentum pro vili dixerunt. Est enim certa ejusdem Hieronymi regula Dum sacramenta violantur, cum cuncti sunt sacramenta violari, nempe eo ferè modo quo Regi injutus est non tantum qui sacrūm corpus ejus violat, verū etiam qui ejus imaginem discerpit aut pugione lacinat. Unde Chrysostomus, indignè participantes iis comparat, qui Regis purpuram disrumpunt aut luto contaminant, atque per hoc ipsum, regem, qui eam induit, ignominiam afficiunt. Atque etiam inde est quod etiam in Baptismo ubi, fatentibus Adversariis, nulla est realis præsentia corporis Christi, tamen reatus hujusmodi incurrit & ejusmodi judicium accipitur, sicut qui manducat indignè reu est iudicij, ita qui accipit Baptismum indignè, iudicium sibi accipit, inquit Augustin. contra Fulgentium Donatistam. Atque idem ipse de impiis jam baptizatis loquens, cum respectu ad Baptismi sacramentum, Rei erunt, inquit, non parvi preiū, sed corporis Christi, qui violent & commaculant animam sanguine Christi & passione mundatam.

III. Addit Paulus quod factò opus sit, ante quam ad sacrae cœnæ participationem accedatur. Sese probare & explorare debere unumquemque, hoc est, serio ac diligenter in seipsum inquirere ut conscientiae suæ statum agnoscere possit: nimurum, quomodo sit erga Deum, & proximum, & semet ipsum affectus. Sunt autem multa quæ Deus vult à nodis probari, explorari, sive examinari, ita 1. Thess. 5. 21. jubet Apostolus ut omnia exploremus, & quod bonum est retineamus, hoc est, ut quæcumque nobis proponuntur dogmata, facta, exempla aliorum, ea non indiscriminatim recipiamus, verum examinemus serio ad verbi divini regulam, ut pretiosum à vili distinguatur, à malis cavendo, & quæ bona sunt amplectendo, iuxta id quod docetur Roman. 2. 18. Ephes. 5. 10. Philipp. 1. 10. ita Roman. 12. 2. jubemus explorare que sit voluntas Dei, id est, diligenter in eo operam dare, ut intelligamus quid velit Deus, quid prohibeat, ut ad ipsius legem nostra omnia facta, dicta, cogitata exigamus. Sic Galat. 6. 4. jubemus opera nostra explorare, id est, ejusmodi torius vitæ nostræ examen instituere, ut nos Domino nostro in actionibus omnibus approbare studeamus. Sic, 2. Corinth. 13. 5. Jubet Paulus ut probemus & exploremus nos ipsos a sensu in fide: & loco quem habemus præ manibus, ut homo probet seipsum, & ita de illo pane edat, & de hoc poculo bibat, quæ sui ipsius probatio tribus partibus absolvitur. Prima consistit in agnitione propriæ misericordiæ: altera in confusio ad thronum gratiæ: tercia, in proposito veræ & continua obedientiæ.

*Primum quod attinet, sicut morbi agnitus, & ejus sensus est ad sanitatem gradus, ita non possumus ad querendum remedium efficacius compelli, quam si malum nostrum magnitudinem probè cognoscamus; quem in finem exigenda est tota vita nostra ad legem Dei, in ea enim tanquam in speculo lucidissimo facilè observare possumus tum qualia & quanta sint quæ Deus exigit à nobis, tum quam varie & frequenter adversus Deum peccaverimus ut quam longe a tramite mandatorum ejus recesserimus: Siquidem per legem est cognitio peccati, Roman. 3. 20. Hinc verò adigemur, sine dubio, ad veram peccatorum confessionem & illud identidem occurret animo ex Psalm. 130. 3. *Si iniquitatis observaveris, Domini quis consisteret?* & Luc. 15. 21. *Pater, peccauit in cœlum & in tuis conspectu, neque sum dignus amplius vocari filius tuus: ex Dan. 9. 7. penes te, Domine, est justitia ipsa & penes nos pudor faciei, non potest autem esse grata Deo hujusmodi confessio, nisi ex interno animi dolore & se in cordis contritione proficiscatur: Neque enim resipicit Deus nisi ad pauperem & contritum spiritu, Esa. 63. 2. cum sacrificium Deo gratum, sit Spiritus contritus, Psalm. 51. 19. nam qui est ex mundo dolor parit mortem, sed dolor qui est secundum Deum resipientiam efficiat salutem, 2. Cor. 7. 10.**

II. Vbi ita aguovimus miseriā nostram & verè contriti sumus & judiciorum divinorum metu tantum non exanimati, attollendi sunt animi per fidem veram ad remedium in Christo paratum; neque dubium esse debet ubi ampliatum est peccatum quoniam superabundet & Dei gratia, Rom. 5. 20. cùm nolit Deus mortem peccatoris, sed ut convertatur & vivat, Ezech. 18. 23. Ergo id certò persuasi esse debemus, Christum peccata nostra in se suscepisse super ligno crucis portanda, 1. Petri. 2. 24. atque ita per sanguinem crucis sua nos Patri reconciliasse. Coloss. 1. 20. *Vt, expiatione peccatorum nostrorum facta, federet ad dexteram maiestatis in excelso, Hebr. 1. 3. & ibi compareret apud Dei faciem pro nobis, Hebr. 9. 24. ejusmodi verò fides & accenditur in cordibus & accensa confirmatur omnibus illis sacrae Scripturæ testimoniosis, quibus vel misericordiae divinæ magnitudo prædicatur, vel sufficiensissima Christi pro peccatis nostris satisfactio explicatur, vel dulcissimæ promissiones Evangelii omnibus sine discrimine resipientibus vel credentibus proponuntur, vel exempla ponuntur nobis oculos, David, Manas, Marthæ, Zachei, Laurentii in cruce, Petri, Pauli, & aliorum qui per veram poenitentiam peccata sua condemnantes & ad Dei in Christo misericordiam confugientes, fiducie remissionem peccatorum suorum obtinuerunt.*

III. Cùm justificationis & sanctificationis nexus sit necessarius, est enim propitiatione apud Deum ut timeatur, Psalm. 130. 4. & fides est bonorum operum radix & mater; fides enim per charitatem est efficax, Gal. 5. 6. & charitas ex fide non fit aenit, 1. ad Tim. 1. 5. Non sufficit ad legitimam hujus sacramenti perceptionem, ut fide corda nostra ad Christum & propositum in Christo remedium erigamus, verum adjungi etiam debet novæ vitæ sincere & que obedientiae & propositum & studium. Ceterè ea est ratio foederis gratuiti quod Deus nobiscum in Christo pactus est, ut ipse quidem salutari sua gratia nos dignari velit, sed & à nobis vicissim id postulat ut

coram ipso integrè ambulemus; Genes.17. v.12. & Jesus Christus redemptor noster est, tum merito, ut ipsius gratiam fide apprehendamus, tum efficaciam, ut ipsius spiritu ad novam vitam regeneremur. Et postquam de justificatione nostra egit Apostolus Rom.4.5. accedit postea cap.6. & seq. ad ea quæ obedientiam nostram respiciunt, serio commonens, ut nos sistamus Deo tanquam ex mortuis vivos, & membra nostra instrumenta iustitia Deo, & ad Titum 2. v.11.12. docet quidem gratiam Dei salutiferam quibusvis hominibus illuxisse, illuminisse verò ut abnegata impietate & mundanis cupiditatibus, temperanter, pietate, & iuste vivamus in presenti saculo. Denique, cohortationibus ad sincerum cultum & obsequium Dei tota Scriptura referta est.

Denique, agnitionem & detestationem misericordiae nostrae, fidem erga Deum & Christum, & obedientiam ipsius mandatis præstandam cum Deus ab illis exigit, qui sese ad participationem sacramenti comparant, non est quod stupeamus & animum despondeamus, quasi Deus aliquid præstitu impossibile à nobis exigeret: non enim eam pœnitentia, fidei, obedientia, perfectionem adjungit, quæ nisi sit omnibus suis & partibus & gradibus plena, confessim ab eo rejici debeat. Deus quippe legis rigorem Evangelii temperat. Itaque non tam perfectionem attendit, quam sinceritatem, neque tam respicit quanta sit fides & pœnitentia nostra, quam qualis sit, quam vera &c. : quocumque igitur gradu sive inferiori sive sublimiori constituta fuerit, dummodo vera sit, ad hanc, quam querimus, præparationem sufficit: Deus enim arundinem quassatam non confringit, & ellychnium fumigans non extinguit, Isa.4.2.3. neque rultus pereat ullus ex parvis suis, Matth.18.4. neque putandus est ipse rejicere infirmos in fide quos à nobis suscipi vult, & assimi, Act.20.35. Rom.14.1. Imd si perfecti essent & ad imaginem Dei planè reformati, neque aliquid pœnitentia, fidei & obedientia nostræ deesset, nihil amplius esset nobis opus sacramentorum usu, quæ cum ad sustentandam infirmitatem nostram instituta fuerint, & ex Dei ordinatione totidem sint tibicines & fulcra quibus statuminetur fides, supponunt infirmitatem nostram non excludunt. Atque adeò cum ad æternam gloriam perventum fuerit, cessabunt sacramenta & reliqua fidei fulcimina, quia quod hic imperfectum est, ibi perficietur, 1. Corinth.13. vers.8.9.10. Itaque sensus infirmitatis nostræ non tam ab accessu nos prohibere debet, quam percipiendi sacramenti desiderium in cordibus nostris accendere, cum Matth.5.6. Christus eos benignitate sua satiare polliceatur, qui esuriunt & sitiunt iustitiam, & Matth.11.19. gratia suæ solatium atque certissimam requiem iis promittat qui fatigati atque onerati sensu peccati atque miserie ad ipsum supplici humilitate consurgunt.

Ad questionem sextam, septimam, octavam, nonam. De finibus sacrae Cœna & illius discrimine à Baptismo.

Nulla est Christi institutio quæ non habeat suos & necessarios fines. Hoc in institutione & usurpatione Cœnæ Dominicæ singulariter usurpati oportet: Imprimis autem docet nos Christus ipse, *Luc. 22. 19.* & *1. Corinth. 11. 26.* sacramentum hoc institutum fuisse, ut in eo commemoratio Christi & mortis ejus à piis celebretur: commemoratione autem non frigida & otiosa, ut cum aliquis animo recolit priscas Heroum aut principum historias: Sed fidelis fera uida, actuosa, quæ scilicet, internam cordis notitiam habeat comitem, ut dum meminerimus Christum corpus & sanguinem in cruce obtulisse, eadem ratione certi simus nos Deo reconciliatos esse, & in eadem familiâ adoptatos, ut mysticam, veram, perpetuam, cum eo communionem colamus. 2. accedit aliis finis, in eo situs, quod in isto sacramento fœdus quod Pater cœlestis nobiscum pangere dignatus est, non nudâ tantum repræsentatione figuratur, verum etiam efficacissimâ sigilli appositione ob-signatur: ut norimus, nos à Deo in gratiam recipi, adeoque in perpetuum obsequium ipsi obstringi: Atque hinc est, quod Cœnæ poculum vocat Dominus calicem Novi Fœderis, id est, quo Fœderis Novi gratia nobis ob-signatur. 3. Sacramentum istud, tum spiritualis resurrectionis, quâ in novam vitam suscitamus, pignus est, tum ultimæ illius & beatæ resurrectionis arrhabo, qua corpora nostra sepulchrîs, tanquam injustis detentoribus, elepta, consurgent & animabus nostris in æternæ vitæ gloriam sociabuntur. Sicut enim qui edit carnem & bibit sanguinem Christi, habet vitam æternam, & excitandus est in ultimâ die, *Joh. 6. 54.* ita etiam qui symbola carnis & sanguinis Christi fideli perceptione usurpat, vitæ gloriose & novissimæ resurrectionis pignoribus spem, fidemque suam sustinet: unde etiam veteres Patres sacram Cœnam pharmacum immortalitatis, & antidotum mortis vocare consueverunt. 4. Deniq; sacramentum hoc non modo spiritualis ejus communionis quam in Ecclesia inter nos mutuò colimus, symbolum est & testimonium, si ut ait Apostolus *1. Corint. 10. 17.* *Nos multos esse unum corpus, quia omnes ex illo uno pane partem amus:* Verum etiam est professionis nostræ tessera publica, protestatio separationis nostræ ab omnibus sectis infidelium idololatrarum, Hæretorum, & schismaticorum, testificatio concordiae concentusque nostri in doctrina & vero Dei cultu, adeoque vinculum fraternitatis, fulcrum pietatis, solarium in temptationibus, & obligatio in perseverantia fidei: quæ cum ita habeant, nemo non per se intelligit quâ multis se se criminibus involvant, qui S. Cœnæ usum vel aspernantur, vel abdicant, vel in rerum adiaphorarum numero habent; nimis illi & mutuam congregationem deserunt contra præceptum Apostolicum, *Hebr. 10. 25.* & professionem Christianam ejerant, & præcipuum pietatis imitabulum, dedi-

dedignantur, & fidei confirmationem nihil faciunt, & Christi institutionem, imd̄ Christum ipsum, ejusque communionem profano contemptu violent. Itaque aduersus hujusmodi contemptores revocandum illud identidem in memoriam, quod habetur, Genes. 17.14. de excendis ē populo Dei qui circumcisonem negligenter omisissent. Et verò in illos intonuerunt veteris Ecclesiæ fulmina, hic enim secundus est Concilii Antiocheni Canon. *Omnes qui ingreduntur in Ecclesiam Dei, & sacras Scripturas audiunt, nec communicant in oratione cum populo, aut avertantur partu: passionem sacra Eucharistia, per quandam perversitatem, hos ab Ecclesia rejici oportet, donec postquam confessi fuerint fructusque penitentia ostenderint, veniam assi qui possint.* Et apud Gratianum, de consecratione, dist. 2. c. *peracta, Ex instituto Calixti Pontificis Romanorum ut peracta consecratione omnes communicent, qui noluerint, Eucl siasticū patere limib⁹.*

Ultimo loco, discrimen Baptismi & Cœnæ, ratione usus observari debet. 1. Baptismus omnibus Christianis, non adultis modò, verùm etiam infantibus communis est, Cœna solis adultis distribuenda; quandoquidem ad legitimum illius usum prævia est *suipius probatio*, 1. Cor. II. v. 28. cuius infantes nondum sunt capaces. 2. Cœna sæpius frequentanda est, sicut insinuat Apostolus, 1. Corinth. II. 26. *Quotiescumque ederitis hunc panem, &c.* Certè Cœna nutritionis nostræ spiritualis sacramentum nobis est, alimentum autem corpori nutriendo semel accepisse non sufficit, sed frequenter iterari oportet; unde & primis Ecclesiæ sacerulis sacramentum Cœnæ per Ecclesiæ singulis Dominicis administrari solitum docet Sozomenus libr. 5. Histor. Eccles. cap. 21. quod & ita fieri suadet apud August. Autor de Ecclesiasticis dogmatibus, cap. 53. At verò Baptismatis sacramentum semel percepisse satis est, neque iteratō suscipi debet. 1. Quia Circumcisio, cui subrogatus est Baptismus, semel tantum percipiebatur, nec iterari solebat. 2. Quia nullum est in Scriptura exemplum cuiuspiam qui fuerit rebaptizatus, ut peccatorum remissionis sigillum denud recipere. Et verò quamquam Corinthii & Galatæ fese variis peccatis commaculaverant, non jubet tamen Apostolus ut baptismū repetant, sed eos tantum ad baptismi jam suscepti promissionem & consolationem revocat, 1. Corinth. 12. 13. Gal. 3. 27. 3. Quia baptimus est nostræ spiritualis nativitatis & ingressione in Ecclesiam symbolum, ut ergo generatio naturalis semel fit neque repetitur, Johan. 3. 4. ita neque baptismum repeti consentaneum est, quæ est etiam August. ratio Tract. II. & 12. in Johannem.

IN SECTIONEM LV.

*Ad questionem, primam, & secundam. De Ministro verbi
& sacramentorum.*

Vbi satis de doctrinæ capitibus, deque verbo Dei, & Ecclesiasticis sacramentis per superiores Dominicas actum est; sequitur jam postremo loco ut *de personis* agatur, ad quas administratio tum verbi, tum sacramentorum pertinet, quæque sint ipsorum offici partes præcipuae breviter dispiciatur: In his enim duobus capitibusve satur hæc ultima sectio.

Furor est Anabaptisticus, inspirationis cuiusdam singularis obtentu profiliere in publicum & nullo quoquam sive laici sive clerici discrimine, Verbi prædicatorem & sacramentorum administratorem sese profiteri. Certè Deus populum Christianum divisit in duo credentium genera, quorum alii docere debeant, aliis esse atu debet ut doceantur. Itaque Apostolus Eph. 4. v. II. 12. evidenter significat, verbi ministerium esse donum, quod non in omnes generatim, sed in aliquos nominatim collatum fuerit, neque sunt omnes Prophetæ sive Doctores, ut idem Apostolus ait, I. Cor. 12. v. 29. 30. Nec vero ullus est Princeps, qui seruat in regno suo illos qui nulla legitima vocatione instructi, pro Magistratibus sese gerunt aut venditant; cum igitur Ecclesia Christi longè præstantius ordinata sit quam humana quæcumque politia, non est putandum impunè laturos apud Deum eos qui invocati in Ecclesiastica munia involare tentaverint, currerant, inquit, & non mittebam eos. Hierem. 23. 21. *Va illi qui opus Iehovæ, ad quod vocatus est, segniter aut fraudulentè facit.* Hierem. 48. 10. sed vœ illi pariter, qui non vocatus, opus Domini facere præsumit, p. æsumpsit enim Ozias & lepra percussus interiit, 2. Chiton. 26. v. 16. 17. 18. 19. novi quidem in Ecclesiæ primordiis, antequam constituta esset, factum aliquando ut privatæ personæ docendi munus arriperent, deficientibus Doctribus, quemadmodum notat historia Ecclesiastica ita factum fuisse ab Aedilio & Frumentio, cum in Indias de vesti essent, ubi nulla prius Christi prædicatio insonuerat: verum nulla inde ducenda consequentia, neque ab extraordinariis argui potest ad ordinem evertendum, quem Deus instituit, sed neque si in initiis Ecclesiæ in culpare fieri potuit, tolerari etiam debet in Ecclesia jam constituta; Debet enim sanè unusquisque pro ratione doni quo Deus ipsum ornavit, alias privatim instituere, sed publicum docendi munus rem debet sine justâ vocatione usurpare, Hebr. 5. 4.

Quod non tantum ad prædicandi rationem pertinet, verum etiam ad ius sacramentorum administrandi, quia nimis um non sunt aliud sacramenta quam verbi appendices, & quasi sigilla diplomati apposita: *Iam autem debet accessorium, ut loquuntur, naturam sequi principali, & cui non licet.*

cet diploma publicare , ei neque sigillum apponere licitum est. Itaque cùm mitteret Christus Apostolos in Orbem terrarum, simul eis & verbi prædicandi autoritatem & administrandi sacramenti autoritatem dedit, Matth.28. v.11.19.20. quare verò utrumque Christus conjunxit in præcepto, nisi ut ostenderet conjungendum esse etiam in officio. Hic ergo maximè valere oportet illud interdictum, Math.19.6. *Quia Deus conjunxit, homone separat :* ita primus Evangelii præco Johann. Baptista faciat autem Baptismatis cum verbo conjunxit, Matth.3. neque illud baptizandi officium ab aliquo sibi eripi passus est. An autem putamus Christum Baptismi Apostolici minorem cutam habuisse quam Baptismi Johannis ? Sanè verò ubi prædicabant Apostoli , ibi & baptizandi officium studiosè exercebant, Actor.2.38. & 8.12.37.38. & 16.11.32.33. & in sacra Cœna quod ab iis usurpatum fuisse , nimurum ut eam ipsi administraent non ablegarent ad alios, nemo dubitat qui norit eos præceptorum Christi fuisse diligentissimos observatores. Jam autem Christus in administratio-ne Cœnæ Apostolos jubet facere, quod & ipse fecerat , administrarat autem ipse in propriâ personâ, non privatis quibusdam id officii dederat, quod autem dicit Apostolus, 1. Cor.1.17. *Sed non ad Baptizandum, sed ad Evangelizandum missum fuisse,* non est ita intelligendum quasi Baptismi dispensationem à se abdicaret , cùm ibidem addat se nonnullas familias baptizasse, sed ut declararet se ad Evangelii prædicationem à Deo potissimè paratum fuisse , ita ut hæc verba non simpliciter & absolutè, sed respectivè & per quandam comparationem accipienda sint.

Inoluit tamen jam à multis sæculis perversa consuetudo, ut Baptismi administratio non solis verbi ministris crederetur, sed *Diaconis*, sed *Clericis* quibuslibet, sed *laicis*, sed *faminiis*, sed *iphs etiam in infidelibus* in certo casu concederetur : Quanquam enim solennem administrationem Baptismi non ad alios spectare fatentur Adversarii, quam ad Presbyteros & Episcopos, necessariam tamen, id est, quæ usurpatur ex necessitate, ad omnes sine discrimine pertinere contendunt. Vbi 1. fundamentum id falsum supponitur, tam esse præcisam & absolutam Baptismi necessitatem, ut si quis eo privetur conclamata existimari debeat illius salus: *falsum, inquam, id supponitur, quia absoluta necessitas ad salutem non alterius rei est quam gratiæ Dei, & meriti Christi, & applicationis ejus meriti,* itaque quanquam contemptus Baptismi damnat, non tamen damnat simplex ejus privatio , quia Dei gratia non est elementis & signis alligata.

Ad questionem quintam, sextam, & septimam. De Censura Ecclesiastica & Excommunicatione.

Nulla societas, aut Respublica, sine certo regimine atque politia diu potis est consistere: quod ergo Deus potestatem aliquam Ecclesiasticam in medio Ecclesiae suæ vigere voluit , haud dubium est quin ad be-

num & salutem Ecclesiæ spectet. Est autem illa potestas non aliud quām facultas à Deo Ecclesiæ data & per Ecclesiæ Praefectos exercenda ad dogmatum veritatem, cultus divini puritatem, morum honestatem, Ecclesiæ ordinem stabilendum, conservandumque pertinens. Est autem omnino hujusmodi potestas *triplex*, nempe, *ministerii*, *ordinis*, & *discipline*. *Potestas ministerii* est facultas nonnullis, scilicet legitimè vocatis, concessa ad annuntiationem Verbi & Sacramentorum administrationem, qua, scilicet, tum omnibus veritatem cœlestem audientibus divinam doctrinam, tum nominatim & edentibus peccatorum remissionem annuntiant per Christum: incredulis verò peccatorum retentionem, atque inde condemnationem consequentem. Hæ sunt *duæ illæ claves*, de quibus Matth. 16.19. Joh. 20.23. altera *solvens* quæ in peccati remissione versatur, altera *ligans* quæ in retentione peccati occupatur. Secunda est *potestas ordinis*, quâ nimurum specialia quædam tum circa doctrinam, tum circa politiam externam ira definitur ab Ecclesia, ut tamen à Dei verbo non recedatur: Arque hoc sine Synodi & Concilia (penes quæ propria est ista potestas) convocantur & celebrantur, quæ in diataxibus & constitutionibus suis id semper ante oculos habere debent, ut Dei gloria & Ecclesiæ ædificatio quæratur, quemadmodum factum fuit eo Concilio, quod primum in Ecclesia Christiana celebratum est, præsentibus Apostolis, Actor. 15. ubi de abrogatione veterum ceremoniarum actum est, & quod pro idea & legitimo exemplari Conciliorum legitimorum haberi debet.

Sed Catechistes hic speciatim de tertia potestate agit, quæ circa *disciplinam Ecclesiasticam* exercetur, quæque est pietatis subSIDium, & insolentiæ frænum, atque hoc pertinent illa Christi dicta, *si peccaverit in te frater tuus*, &c. *quicumque ligaverit super terram*, &c. hic illud tantum breviter moneo: occupari potestatem istam præsertim, tum in corrigeris lapsibus sive circa doctrinam sive circa mores occurrerint, tum in judiciis adversus lapsos exercendis, dum certæ pœnitentiæ testimonia dederint, quâ in re statim à primis Ecclesiæ primordiis flagranti quantumvis persecutionum incendio mihi constantia sese gessit Ecclesia, ita ut si quem observaret qui idolatriâ, homicidio, adulterio, aut alio gravi peccato sese contaminasset, non antea in pacem suam admiserit, quām multis & asperis examinibus probatus fuisset; nam ne limina quidem Ecclesiæ hujusmodi peccatoribus tangere licitum, quantacumque autoritate pollerent: tum procumbere jubebantur in Ecclesiæ vestibulo, veniam peccatorum petentes, inde in locum orantium admittebantur, unde presibus fidelium communicabant, dum tandem per varios illos gradus ad metexim sive participationem sacræ Cœnæ reciperentur. Sed jam per multa sæcula ab illa severitate discessum est, sed ita discessum, ut in Ecclesia qualibet, bene constitutâ, censuræ sive majores sive minores pro ratione delicti adhiberi debeant; inter quas *duæ propriæ* observantur *afflentio* & *excommunicatio*. Illæ est qua quis sacramentorum usu privatur ad tempus. Hæc extreum est remedium ab Ecclesia adhibitum, quod

Hebreis

Hebræis וְרֹאֵת sive οντος γένος dictum, quæle enim illud Christi, sit tibi ut publicanus, & Pauli, Qui non amaverit Christum, sit anathema matanath: item, tradatur ille homo Satane; habet enim Ecclesia instar maris quæ calivera ejicit in littus, & est excommunicatio quæst̄ varius cribramento excutens ut remaneat purum triticum. Cum se pentibus vix habitari potest, quin eorum veneno afflentur: cum igitur Ecclesia, matris nostræ, illud imprimis cordi curæque sit, ut membra sua pura coram Deo sis et sancta, consentaneum fuit ut haberet unde malos eliminaret & quasi totidem noxiros serpentes de societate suâ posset ejicere.

Ea est quæ dicitur Excommunicatio, cuius sicut causæ necessariæ ac justæ esse debent; ita, nonnihil magnâ cautione adhibitâ, eam exerceri pareat, quemadmodum enim Chirurgi omnia tentant antequam ad membrum resctionem veniant, neque ad quodlibet ulcus statim ferri aciem strinquent, sed tum demum cum carcinoma ita serpere & ferocire vident, ut periculum sit ne universum corpus occupetur; ita ministris Ecclesiæ omnia primò tentanda, instantium publicè privatimque precibus, adhortationibus, minis, si forte peccator ad bonam frugem revocari possit, neque prius ad extremam hanc censuram manus admolienda, quam omnia deplorata videantur, id est incertam perniciem ex longiori peccatoris obstinati tolerantia Ecclesiæ eminentem tendentia. Enimvero notissimum oportet esse peccatum totique Ecclesiæ manifestum, cui tam severam censuram adhiberi oporteat, Ecclesia enim de occultis peccatis non magis judicat quam de hominibus externis & extra ejus societatem positis. Certè enim censuratum Ecclesiasticarum hic finis est præcipius ut ædificetur Ecclesia, quæ ex peccato commisso passa scandalum fuerat: neque satis est si Ministro uni aut alteri notum fuerat jam antea peccatum illud, quia in ejusmodi censuris non unius aut alterius, sed totius communis quæritur ædificatio, quod exemplo suo nos edocetos voluit Christus, qui quanquam hypocrisia & proditorum Judæ animum optimè cognitum haberet, quia tamen nondum ejus malitia condiscipulis & coapostolis ejus coguita erat, eum admittere nondubitat̄ ad sacrosanctæ suæ Cœnæ participationem sicut colligitur ex Joh. 13. Non est autem quod hic delicias sibi faciant hypocritæ, qui quanquam homines latent, Dei tamen oculos effugere non possunt, novit ille omnes non tantum operis ipsorum circumstantias, verum & cordis latebras & recessus: itaque hominum ut censuram evadant, Dei tamen judicium non declinabunt, qui testatur peritum donum hypocrita & futuram ejus fiduciam sicut telam arant, Job. 31. itaque unusquisque talis vivat apud se, qualis in hominum oculis videri gaudet, ut animo purus & corpore, tam divinis mysteriis celebrandis aptus fiat.

*Ad questionem ultimam. De ordinibus
Ministrorum.*

Quemadmodum *tria* præcipue in Ecclesia necessaria sunt ut veritas Dei prædicetur, ut disciplina exerceatur, ut curentur infirmi & pauperes, ita triplice differentia Ministros distingui voluit Christus in Ecclesia.

1. Enim sunt quibus verbi ministerium committitur, quos *Pastores, Doctores, Episcopos, & Presbyteros* in verbo occupatos Scripturam vocat. 2. Sunt qui ad disciplinæ administrationem verbi Ministris adjunguntur quos *seniores* speciali nomine dicimus ex doctrina Apostoli, 1. Timoth. 5. ubi insinuat duplex esse genus seniorum, cum ait *Seniores esse dignos duplii honore, & præcipue qui ministerio verbi incumbunt, & ita significat esse seniores aliquos qui non verbi sed disciplinæ tantum administrationem gerant, de quibus agere videtur Tertullianus Apologeticis c.39. presidet, inquit, probati cuique seniores, honorem istum non pretio sed testimonio adepti.* His consultis, opus est tum in aliis causis tum in censuris nominacim, quamquam enim excommunicationis actus ad solos Pastores pertineat, quibus solis Christus potestatem dedit remittendi retinendiq; peccatorum, judicium tamen de irroganda alicui excommunicatione ad totum *Presbyterium* sive *cætum Presbyterorum* pertinet. Ita enim videmus Apostolum 1. Cor. 5. excommunicatione quidem incestuosum, sed adjuncto Ecclesiæ suffragio. Judicant quidem Seniores cum Pastoribus de excommunicando, sed soli Pastores excommunicant, vel etiam tota Ecclesia, quod ad jus excommunicat. Pastores autem quod ad ius illius exercitium. 3. Est etiam aliud in Ecclesia genus Ministrorum, nempe *Diaconorum*, quorum institutio legitur, Acto. 6. & de quibus loquitur Apostolus in Epistola ad Titum, *illorum opus est ministrare mensis, infirmos curare, pauperibus providere, redditus aut collectas Ecclesie colligere, & legitimo dominio dispensare.* Scio alias à Pontificiis enumerari, *Subdiaconos, Lectores, Exorcistas: Cantores, Acoluthos,* sed illi vel addititii sunt, vel ab hominum, non Dei institutione, vel non diversa officia, verum appendices illorum quæ enumeravimus.

F I N I S.

I N D E X



INDEX

*Accuratisimus & locupletissimus materiarum
obseruatu digniorum, quæ in hoc
Opere continentur.*

A

- A** Cetus tres ad salutem concurrunt. p.25
Adulter quid sit. p.133
Adulterium quot modis fiat, ibidem.
Prohibitum, &c quare, ibid. Eius punitio. 134
Adulti infideles quomodo ad baptismum admittebantur initio prædicationis Euangelicæ. p.224
Et quando. 225
Ægyptus typus miseræ nostræ conditionis sub peccato, &c. p.101
Æquiuocationes l. X. præcepto prohibet, ubi agitur de testimonio reddendo apud iudicem, p.141
Altaria quando extructa in Ecclesia. p.229
Amen est Orationis Dominicae signaculum. & cur. 195
Quid significet. ibid.
Amor in Deo quid sit. p.8
Amor bonorum spiritualium est preferendum amori proximi, & quare. p.146.147
Anaxagoræ error circa causam Creationis hominis. p.4
Angeli non sunt facti ex præexistente materia, &c. p.17.18
Quomodo vocantur in S.Script. ibid.
Animæ vocabulum variè usurpatur in S.Scriptura. p.45
In quem locum deportatæ sunt Anima fidelium defunctorum in fide Christi, p.46
Error Papistarum de animabz defunctorum refutatur, ibid.
Antinomi contendunt Christianos à iugo Ligii sub Euangelica gratia omnino liberos esse, quod refutatur, p.150
Ardor & feroor seu zelus requiriatur in oratione, p.159
Aristotelis opinio de Mundo, p.15
Arrianorum error contra inuocatiōnē Christi, quem non nisi creaturam esse credebant, damnatus. p.155
Ascensus Christi in cœlos secundus est exaltationis gradus. p.52

I N D E X.

- H**uiusce vocabuli significations in Sacra Scriptura, 53. Quomodo Deus duxerit ascendere, ibid. Cur oportuit Christum ascendere in celum, ibid. Ascendit ut Rex & Sacerdos, ibid. & 54. Id postulabat conditio nostra. ibid. Respondetur ad questionem. An Christus quem in celum se recepit, ita receperit à nobis, ut iam non amplius sit nobiscum? ibid. Frustratus huius ascensus. p.56
- A**varitia prohibetur Præcepto VIII. p.138
- B.**
- B**aptismus & Coena sunt verae & proprie dicta Noui fidei Sacra menta. p.216
- Conuenientia & differentia eorum inter se, 217.218. Cum Sacramentis veteribus, ibid. & 219. Baptismus à quo & quare institutus, 220. An illud Iohannis idem cum nostro, ibid. & 221. Eius necessitas, ibi. Distinctio triplex Pontificiorum, ibid. Responsio ad locura Iohannis, Nisi qui renatus, &c. ibid. A quibus administrandus, ibid. 222. Huius signum est aqua, ibid. Per eum beneficiorum Christi simus participes, quae sunt quatuor, ibid. & 223. Eius usus in quo situs, ibid. & 224. Quinam baptizandi. p.224
- Quomodo adulti sub initio prædicationis Euangelicæ ad Baptismum admittebantur, ibi. An Infantibus infiduum & quæ ac fidulum sit administrandus, ibidem, & 225. Infantes fide-
- lum sunt baptizandi, licet non polleant fide actuali, vel penitentia, 225. Quinam intelligantur per infantes fidulum, ibid. & 226. Non est iterrandus, & cur, 223. Quinam habent authoritatem verbi prædicandi & administrandi Sacra menta. 254.255
- An simplex baptismi præmissio damnet. ibid.
- B**ella iusta & legitima, &c. non interdicuntur Præcepto VI. p.137.
- Beneficia à Deo collata in Ecclesiast. p.11
- B**lasphemia prohibetur Præcepto III. p.115.116
- Tribuitur Deo & hominibus, ibid. Deus bifariam blasphematur, ibid. Blasphemi puniti, ibid.
- B**onum summum est Deus, eiusque cognitio. p.3.4
- Philosophorum opinione de Summo bono, p.5
- Est cognitio quæ habetur per Euangeliū. p.7
- C.**
- C**astitas duplex, Celibatus & Coniugii p.135
- Quenam iubetur Præcepto VII. ibid.
- Catechumeni quomodo olim instituebantur, p.224
- Charitas erga Deum vocatur primum & maximum Mandatum, & quare. p.144
- Eius modus in quo situs, ibid. Gradus in ea obseruantur. ibid.
- Christianorum officia tribus partibus continentur. p.173
- Quæsatione omnes vocantur in S.S.

I N D E X.

- S.S. Sacerdotes, & Sacerdotium regale, p.239
Christus quomodo genitus à Patre.
 p.12.13
 Quid significet, & vnde deriuatur. p.25.28
 Cur triplici munere defunctus. p.25
 Necesitas huius triplicis officij, 26.
 In Christo gratia duplex, Hypostatica seu Unionis, altera Habitualis, ibid. Utilitas à singulariis Christi officiis in nos emanans, 29. Quomodo est filius Dei, 30. Dominus omnium rerum dupliciter, 31
Quomodo habeat hoc dominium, ibid. & 32. Nativitas eius duplex, ibid. Quam humanitatem assumpsit, & quare, 33. Error Nestorij existimantis Filium Dei & Filium Mariæ duas esse personas accidentaliter unitas, refutatur, ibid. Conceptus è Spiritu S. & quomodo, ibid. & 34. Responsio ad objectionem querundam haereticorum contra hanc conceptionem, ibid.
Cur opus conceptionis tribuitur Spiritu S. ibid. & 35. Cur operatus esse immunem à peccato, ibi. Quomodo passus, & quid per passionem intelligatur, 36.37
Quare Pilatus Christum quemdam hauit, non semel pronuntiavit innocentem, 38. Crucifixus, 39. Et cur, 40. Quomodo dicatur Maledictus, ibid.
Cruce depositus, & lotus, &c. 41
Quare sepultus, ibid. Utilitas in nos emanans ex morte illius quod mortem corporalem, ibid. Descensus eius ad Inferos, & quid per eum intelligendum, 46.47. Quomodo dicatur Damnatus, 48.49
Similitudo Christi & petrae Moses, ibid. Cur oportuit resurgere, 50.51. Conditio nostra efflagitabat, & cur, ibid. Commedit post resurrectionem, & quomodo, ibid. Quare resurrexit, 52. Quomodo sit nobiscum post ascensum in cœlum, 54.55. Est Mediator noster apud Patrem, 163. Quomodo Angelorum, ibid. Fiduciam, ibid. Est Unicus Redemptoris & Intercessionis. ibid. & 164
Cœlum quid significet in S.Script.
 p.53
Quotuplex est, ibid. Quomodo tertium cœlum dicatur esse domicilium Dei, ibid. Ia quodnam cœlum ascendit Christus. 54
Cognitio Dei est summum hominis bonum. p.3.4.5
Quæ habetur per Euangeliū, p.7
 Eius partes quatuor. ibid.
Cœna vnde sic dicatur. p.228
 Cur manè potius quam vespere hodie celebratur, ibid. Sub Nou. Testam. vocata est fructus panis, & quare, ibid. Postulum & Panis benedictionis, & cur, ibi.
Communio corporis & sanguinis Christi, & quare, ibid. Mensa Domini, ibi. In Veter. Ecclesia, Eucharistia, & cur, p.227
Ajant, i. Charitas, ibid. Sacrificium, & Mſsa, & quare, ibid.
Hodie à Pontificiis Sacramentum altaris, & cur, ibid. Cur Cœna instituta, 229.230. Quare

I N D E X.

- Christus *pane & vino* usus est,
ibid. Relatio Cœnæ ad mor-
tem Christi, 237. Cur iube-
tur *panis manducari & vinum bi-
bi*, 243. Nullus fidelium à ca-
lice arcendus, 244. Euertit
ur *præsentia corporis Christi*
in Cœnæ actione, 246. 247
- Quinam sint digni ei participare,
& qui indigni, 248. Quantum
sit *cumen* indignè communi-
cantium, ibid. An *Iudas* huic
paratipauerit, 249. In quibus
confistat probatio quæ fieri
debet antequam quis ad eam
accedat, ibid. Finis varius hu-
iuscæ institutionis, 252. *Discri-
men Baptismi & Cœnæ ratio-
ne* usus obseruandum, 253
- Communio* nostri in Christo est
vera & realis, 230. 231. *Substan-
tialis*, 232. *Necessitas illius*, ibid.
- Modus quo sit*, ibid. & 233. 234. Respondeatur ad argumenta
Pontific. contra hanc doctri-
nam allata, ibid. Item ad quæ-
stionem. Ut *verè & substantialiter*
communicare possimus
corpori & sanguini Christi,
anon necessarium sit ut ea
realiter præsentia sint, & la-
teant in signis panis & vini.
497. 498. 499
- Concupiscentia triplex*. p. 142
- Definitio*, ibid. Quænam sit pec-
catum, 143. 144. Quænam
retinet *Præcepto x.* ibid. &
145
- Creatio duplex* est, *prima & secunda*.
Eiūm *definitiones*. p. 18
- Credere* *Pto*, & in Deum quid diffe-
nit. p. 66
- Crucis supplicium* fuit Romano-
rum, p. 40
- Crudelissimum, & ignominiosum*.
ibid.
- D**
- D**E Descensu Christi ad Inferos *triplex* Pontificiorum
sententia. P. 44. 45
- Quid per eum intelligendum.
p. 47. 48
- Deus Pater est S. S. Trinitatis Per-
sona prima, & quomodo. p. 12.
- Dicitur Omnipotens, & quomodo.
13. *Responsio ad Objec-
tionem*, Deum quædam non posse,
ibid. & 14. Non est solum
Mundi Creator, sed Conservator,
& Moderator, 18. *Actiones gu-
bernationis diuinæ* sunt tres,
18. 19. 20. *Veterum opiniones*
de Deo, 101. 102. *Vnu* est, nec
plures, ibid. Solus adorandus,
& inuocandus, 103. Non vult
repræsentari *spicie* visibili ut in
ea colatur, 104. 105. *Quomo-
do amandus*, 145. Cur voca-
tur *Pater noster*, & quomodo
sit *Pater*, 172. Cur potius no-
ster, quām meus dicitur in Ora-
tione, 171. Cur dicatur esse in
celis, 172. In quem finem res
huius vitæ liberaliter largi-
tur, 182.
- Diabolus prouidentiâ diuinâ regi-
tur, p. 21
- Cur *Malus* vocatur, 193
- Dies *lustricus* quid sit, & quare sic
vocatus. p. 23
- E**
- E**Cclesia vnde dicta, & quid si-
gnificet. p. 66
- Cur dicitur in Symbolo, *Credo*
Sanctam Ecclesiam Catholicam,
non in *Ecclesiam*, ibid. *Bifa-
riam*.

INDEX.

riam accipitur, ibid. Eius definitio, ibid. & 67. Cur dicta *Societas*, ibid. *Societas hominum*, ibid. Reprobos non esse membra Ecclesiæ contra Pontificios probatur, ibid. Cur dicta *Sancta*, 68.69. Unionis illius cum Christo medium est duplex, ibid. Cur *Catholica* & *Universalis*, ibid. *Communio Sanctorum*, 70. An *Sanctitas* eius sit perfecta in hac vita, ibid. & 71. Quare non datur videri, sed credi, 72.73

Eius nota, ibid. An extra Ecclesiam sit salus, 75. Eius potestas est triplex, scil. *Ministerij*, *Ordinii*, & *Disciplinae*, & earum definitiones, 255.256. Quomodo & quando exercenda, ibid. Eatum *fons* præcipuus, ibid. Eleemosynæ & charitatis opera *Sacrifica* vocantur in S. Script. 238

Epicuri opinio de Mundo. p.15
Ethnici cognoverunt post hanc vitam expectandum Iudicium. p.57.58

Eutyches damnatus quodd vnam tantum in Christo naturam agnouit. p.46

F.

FAcies Dei quid significet in Praecepto I. p.103.104
Fides quid sit, p.81.82

Cur dicatur *Cognitio*, ibid. Cur firma ibid. *Persuasio de Dei erganos amore ac misericordia*, 83. Responsio ad questionem, Annon fides sit fiducia, 84.85
Quomodo ingeneretur nobis, 86. Dicitur *domum Dei*, ibid. Effectus eius præcipuus, ibid.

Quomodo & quare iustificemur fide, 90.91. Soluitur quæstio, quomodo fieri possit, ut fide iustificemur, non operibus, quum fides & opera separari non possint, 95.96. Item, An fides resipiscientiam, an vero resipiscientia fidem præcedat, ibid. *Disiunctio fidei* allata à Papistis pro probanda inuocatione Sanctorum, eluditur. 156.157

Fidelis quomodo dicatur filius Dei. p.30.31

Fiducia est prima pars cultus divini. p.7

Eius definitio, ibid. Vnde nascatur, 7.8. Cur requiratur in Oratione, 161. Eius fulera, 162

Finis ultimus hominis, quâ homo est Deus, eiusque cognitio, 3.4
Fœdus Dei cum populo suo vocatur in Sacra Scriptura *Conium*. p.109

Fraus prohibetur Praecepto VIII. p.138

Furtum quid sit, p.137
Eius varia *nominæ* & *species* diuerſæ, ut varijs furandi modi, ibid.
Pena eius spiritualis & corporea, ibid. Simplex voluntas furti pro furto non habetur lege humanâ. ibid.

G.

Græcorum mos in sepeliendis corporibus. p.41

Gratia duplex in Christo. p.26

Non datur secundum merita, 90.
Responsio ad eos qui dicunt in homine ante regenerationem reperiri dolorem offensi Numinis, &c. ibid. *Graties pri-*
tuales

I N D E X.

- tales variæ, 208.209. Ad gratiæ alicuius participationem quænam sint necessaria, 215.*
- Gratiarum actiones in Sacra Scriptura Sacrificia vocantur, & quare. 238.239*
- H.**
- H**ermogenis opinio de Mun-
do. p.15
- Homicidium & omnis cædes à pri-
uato facta, vel suipius, vel
proximi prohibetur Præcepto
VI. p.131.132.
- Et quare, ibid.
- Homines quare nati. p.5
- Omnes iudicandi tam viui quam
mortui. p.60
- Resp. ad locum Hebræorum c.9.
v.27. Statutum est morti, &c. ibi.
- Non possunt præuenire Deum ope-
ribus, 89. Eorum status qua-
druplex, 147. Quomodo le-
gem adimplere non possunt, &
quomodo possunt. 148
- Honor quid significet in Præcepto
v. p.126.127
- Quid significet honorare paren-
tes. ibid.
- Humanitas quatuor modis formari
potest. p.35
- Humilitas requiritur in Oratione.
p.158.159
- I.**
- I**Dololatria duplex vetatur Præ-
cepto I. p.103
- Iehoua quid significet. p.22
- Nomen est proprium Dei, 100.
- Cur sic vocetur. ibid.
- Ihsu s' quomodo genitu: à Patre. p.12
- Significatio, & vnde deducitum no-
men, 22.23. Quando impositum,
ibid. A quibus, ibid. Quo-
- modo dicitur *Saluator noster,*
24. *Christus & Vnctus, & qua-*
re. ibid. & 25
- Imago Dei quomodo instauretur
in homine. p.6
- Imagines creaturarum & earum
cultus prohibitus religionis ergo
in Præcepto II. 105. Ratio-
nes Pontificiorum quibus
vim huius Præceptieneruant,
refutantur, ibid. & 106. Re-
sponsio ad Durandum, qui
existimat imagines quidem
non esse adorandas, &c. 107. Re-
futatur etiam Suarez. ibid.&
108.
- Infantes fidelium baptizandi etiam
ante annos discretionis. p.
226.227.
- Infernus, vel Inferni tria significat
in Sacra Scriptura. p.43.44
- Pontificiorum triplex de descen-
su Christi ad Inferos opinio,
ibid. Quomodo intelligen-
dum quum dicimus Chri-
stum descendisse ad Inferos.
45.46
- Infideles quinam dicantur, p.224
- An eorum Infantes admittendi
ad baptismum. 225
- Inuocatio est tertia pars cultus di-
uini, p.153
- Sumitur pro toto Cultus Dei, &
cur, ibid. & 154. Eius obje-
ctum Deus, ibid. Pontificio-
rum eius distinctio in Latram
& Dulham euertitur, 155. Eo-
rum rationes pro stabilienda
Inuocatione Sanctorum, 156.
157. Modus illius est à Deo,
non aliunde. 159
- Iudæorum mos in nomine impo-
nendo Infantibus. p.23
- Vnde ortus, ibid. In sepelien-
dis

I N D E X.

- dis corporibus. 41
Iudicium extre^{mum} & rniuersale futuram est. p.58
 Et quare, ibid. Christus index, ibid. An quatenus Deus, vel homo, ibid. Ilias regula, 59
Causa Sententiae proferendae duplex, ibid. & 60. Quinam iudicandi, ibid. Dies iste tremendus impiis, & iucundus fidelibus & cur, ibid. 61. Vocatur primò, *Refrigerij tempus*, Secundò *Dies Redemptionis*, & cur, ibid. Exoptandum est hoc Iudicium, & quare. ibid.
Iuramentum per nomen Dei non prohibitum, & quando. p. 114. 116
 Accipitur pro toto Dei cultu, ibid. Deus approbat, 114
 Prohibetur usurpari falso, ibid.
Respons. ad locum Matth.c.5.v.
 4. *Ego dico vobis, ne iuretis, &c.*
 ibid. Iurare per creaturas vetatur. 115
Iustificare quid significet in Sacra Scriptura. p.86. 87
 Propter quid dicamur iustificari fide. 87. 88
Iustificatio nostri coram Deo precipuis est effectus non operum etiam ex gratia factorum. p.86
Eius significatio, ibid. opposita condemnationi, ibid. Quis eius author, 87. Quomodo & cur fiat, ibid. Error Papistarum circa eam refutatus, 93
Iustus nemo in hac vita, 186. Quomodo multi dicantur iusti. ibi.
 L.
LEx quomodo abrogata. p.99
 Dicitur Decalogus, ibid. Eius diuiso, ibid. est triplex, 100
 Cur Præcepto 1. præfixa est Prefatio, continens tria argumenta, & unde petita, ibid. Cur Deus in prefatione vocatur Iehoua, ibid. Deus tuus, ibid.
 Quare adduntur hæc verba, *Eduxi te è terra, &c.* ibid. Hoc Præcepto, vetatur pluralitas Desrum, 102. Quomodo peccent in hoc Præceptum Pontificij, 103. Cur additur, *Coram me*, ibid. & 104. Cur duabus tabulis comprehenditur Lex, 125. Legum humanarum & diuinæ finis, 141. Summa continetur charitate erga Deum, & charitate erga proximum, 144. Regenerati Legem adimplere possunt in hac vita quoad perfectionem partium, p.147. 148
 An iustum est ut Deus iubeat aliquid impossibile. 149. An Lex frustra data fuerit, ut nullus amplius inter Christianos eius usus agnoscendi debeat, 150
*V*erbum Legis moralis erga fideles & erga infideles, 151. Quomodo dicatur perfecta, 152
 Limbus ex quo loco S. S. adstruantur à Pontificiis, p.44
 Respons. quā euertitur. 45. 46
 Lingua non semper & ubique necessaria in precando, p.157
 Non tantum non semper necessaria, sed etiam aliquando superflua, & ingrata Deo. 158. Quomodo cor & lingua in oratione sint necessaria. 160
 M.
MAlum triplex in homine, p.26
 Cui Christus triplici suo

I N D E X.

- officio medelam attulit, *ibid.*
 Quum in Oratione Dominica
 petimus liberacionem à malo,
 quomodo intelligendum, 193
 Necesitas huius petitionis, *ibid.*
 Quid doceamus hac petitione.
 ibid. 194.
 Marcionis Opinio de Mundo, p.15
 Mediator vnius est Christus Redem-
 ptionis & Intercessionis, p.163.164
 Distinctio Pontificiorum inter
 Mediatorem Redemptionis & Inter-
 cessionis : Item inter Mediatum
 & Immediatum euertitur, 165
 Mendacium quadruplex, *Pernicio-*
 sum, Officium, Iecosum & Mode-
 stum. Vtrum omnia indiscrimi-
 nataim Lex damnet, *Pro-*
 hibitum Præcepto ix. & quale
 illud sit. p.140
 Merces duplex, *debita & gratuita,*
 Quæ bonis operibus à Deo
 rependitur est gratuita, p.94.95
 Quomodo vita eterna dicatur Mer-
 ces, & quare, *Merces hereditatis.*
 ibid.
 Ministerium Verbi à Deo institutum
 in Ecclesia, & cur. p.205
 Ministri triplici differentia distin-
 guntur in Ecclesia, p.257.258
 Eorum officia. *ibid.*
 Missa non est sacrificium verum, rea-
 le, externum, propitiatorium. p.
 238.239.240.241.242. Vbi ar-
 gumenta Pontificiorum pro
 Missa refutantur. *ibid.*
 Mors corporalis non est in fidelibus
 pœna peccati. p.78
 Mortis Christi realitas duplex quod
 ad mortem corporalem atti-
 net, p.41
 Homini est inuitabilis, 42. Re-
 medio aduersus horrorem eius
 vnde petenda, *ibid.* Corporalis
 ea sola non est quâ Christus
 expauit, 48. Consideratur
 tripliciter, 49. Aeterna oppo-
 nitur vita aeterna, 81. Quid sit,
 ibid.
 Mortificatio Veteris hominis quid
 sit, p.98
 Mundus est speculum in quo Deus
 inuisibilis conspicitur. p.15
 Philosophorum Opiniones de
 Mundo, *ibid.* Ex nihilo factus
 est, 17. Quomodo emanauit à
 Deo, 18. Soluitur quæstio,
 Quum Deus multa fecerit ex
 præexistente materia, ut ho-
 minem ex limo terræ, qui dici
 potest omnia fecisse ex nihilo?
 ibid. Cur Deus uno momen-
 to Mundum creavit. 121
 N.
 Nomen quando imponebatur
 Infantibus, & à quibus. p.23
 Multi diuinitus nominati ante-
 quam nati, *ibid.* Nomen
 Dei quid significet in S. Scrip-
 tura, 114.173. Non prohibi-
 tum *iurare* per nomen Dei
 quum legitima est causa, 114
 O.
 Obdientia est secunda pars
 cultus diuini. p.98
 Oblatio Christi duplex, vna *Ma-*
 ttationis, altera Ostensionis. p.56
 Omnipotentia Dei quid sit. p.56.57
 Opera ante regenerationem facta
 non sunt perfectè bona. p.88
 Quia peccato respersa, 91. Non
 possimus prævenire Deum ope-
 ribus, 89. Responsio ad Ob-
 jectionem, in homine ante
 regenerationis gratiam repe-
 riri dolorem offensi Namini,
 &c.

I N D E X.

&c.

p.90

Bonorum operum *perfæctio duplex*,
91. Non sunt *inutilia*, et si non
concurrent ad nostram iustifi-
cationem coram Deo, 93
Non possunt separari à fide *re ipsa*,
et si fide iustificemur, 94.95
Responsio ad quæstionem, Qui
sieri possit, ut fide iustifice-
mur, non operibus, quum fi-
des & opera non separantur.
ibid. & 96

Orationis ratio quoad modum est
duplex, *Continuata & Eiacula-
toria.* p.157

Earum *definitiones*, *ibid.* Eius or-
namenta tria, *Humilitas, Ardor, &*
Fiducia, quæ diuinæ gratiæ
tantum tribuendæ, 159.160

Est *concienda* lingua ab omni-
bus cognita, *ibid.* & quare,
161. Cur Christus Orationis
formulam nobis præscripsit,
166. Quare dicta *Oratio Do-
minica*, 167. Eius *partes*, 168
Petitiones sex, Pontificij septem
enumerant, *ibid.* Cur Chri-
stus in iis breuitate vti voluit,
169. Cur eiusmodi *ordine*, 169

Eius *materia*, *ibid.* Quare *Prefa-
tiuncula* præponitur, 170.

Quid doceat, 172. Tres prior-
es petitiones referuntur ad
Dei gloriam, Reliquæ vero
spectant nos, salutemque no-
stram, 180. Cur in secunda
parte, hic *ordo* obseruat, ut
bona corporea ante interna &
spiritualia petantur, *ibid.* &
181. An *alia forma* Orationis
nobis vtiliceat. p.196

P.

PAnis quid significet in S. S. p.
182.

Quid in Oratione Dominica,
ibid. Cur Christus in ea vi-
tatur voce *Panis*, *ibid.* Quo-
modo docemur à Deo petere
panem illum, 183. Cur cum
vocamus *nostrum*, *ibid.* Quo-
modo dicitur *nestur*, 184. Cur
quotidianus, *ibid.* Quæstio sol-
uitur, Cur *petendis* sequè à di-
uitibus ac pauperibus, *ibid.*
Item *alia*, An quum iubeamur
panem in singulos dies pete-
re, omnis cura de futuro de-
ponenda. 185

Parentes inter homines sunt *proxi-
mi Deo.* p.125

Quare & quomodo honorandi,
126.127. Quatenus sint *obe-
diendi.* ibid.

Peccatum patrum An iustum sit
puniri in filiis. p.110

In S.S. varia habet *nomina*, 187

Cur vocatur *debitum*, 188. Re-
sponsio ad quæstionem, Cur
post remissa peccata varia,
varie affliguntur & moriun-
tur fideles. ibid.

Personæ tres in Diuinitate. p.11

Eatrum *proprietates*. ibid.

Platonis opinio de Mundo. p.15

Potentia quomodo dicitur esse in
Deo, & in *Creaturis*. p.13

In Deo *non est* *otiosa*, 14.15. Et
quare, *ibid.* Potentia & Be-
nevolentia Dei sunt duæ no-
strarum præcium *columnæ*. 170

Præceptum secundum à Pontificiis
Decalogo expunctum, & quare,
p.142

Hæc *deprauatio* refutatur. 105.

106. Præceptum decimum
non potest dividiri in duo, 142

Duo sunt saltem Præcepta, quæ
nullus vñquā impletat in hac

I N D E X.

- | | | | |
|--|-----|--|-------|
| vita, | 149 | obtemperandum, | ibid. |
| Preces nostræ tam priuata quâm pu-
blica lingua vernacula concipi
debent, & quare, p.160 | | Regnum Christi est spirituale, quare,
& quomodo, p.27 | |
| Prophetæ dicti Vncti. & quare, p.25 | | Eius status duplex, ibid. Regna
sunt multimoda, 175. Quid
nomine Regni Dei intelligatur
in S.Script. ibid. Cur Dei vo-
catur, ibid. Quid petamus
quum rogamus ut Regnum Dei
adueniat, ibid. & 176. Tres
sunt gradus, quibus ad Regni
Dei fruitionem peruenimus,
176.177. Cur dicimus in O-
ratione Dominica, tuum est Re-
gnum, &c. 194 | |
| Prudentiæ Diuinæ Mundum ad-
ministrantis actiones tres. p.
19.20 | | Religio omnis quatuor nititur pro-
nuntiatis, p.117 | |
| Proximus quare amandus. p.145 | | Vnde dicta. 155 | |
| Error Pharisæorum de proximo,
ibid. Hoc nomine quinam
intelligantur, 146. Modis illius
charitatis, ibid. Collatio di-
lectionis proximi cuin ea quâ
nos iplos prosequimur duo-
bus modis intelligi potest.
ibid. & 147. | | Remissio peccatorum quid sit, 75. | |
| Q. | | | |
| Q ties spiritualis quam habe-
mus in Christo, Sabbatho
significatur, est duplex, p.120 | | Procedit ab ultrone: Dei liberali-
tate, 74. Non nisi i[us] Ecclesiæ com-
munione obtinetur, ibid. & 75 | |
| A quibus operibus quiescent
beati, 121. Cur ad figurandam
hanc quietem Deus scelgit
septimam diem potius quam
aliam, ibid. Quare voluit ho-
minem quiescere eo die. 122 | | Omnis hanc petere debent, 186. | |
| Quomodo quieuit ab operibus
suis, ibid. | | In quo consistit, 187. Eius fructus
& utilitas, 189. Testimonium
ex quo huiuscce certitudinem
colligimus, ibid. & 190. Re-
missio offensarum quâ parcimus
proximo non est causa propter
quam Deus remittat nobis
nostras, ibid. Quid Chri-
stus nos doceat, quum dicit in
Oratione, Remitte nobis debita
sicut & nos, &c. ibid. | |
| R. | | | |
| R eatus olim duplex fuit, typicus
& realis, quid sint, & quo-
modo vterq[ue] tolli potuit, p.27 | | Resipiscientia an praecedat fidem, an
contraria, p.96 | |
| Regeniti non possunt iustificari co-
ram Deo operibus suis per
gratiam regenerationis factis,
p.92.93. | | Tribus vocabulis designatur in
S. Script. & melius dicitur
Resipiscientia, quâm Parientia,
ibid. & 97. Eius definitio ex-
plicata, ibid. Quanam verè
resipiscant, 98 | |
| Quomodo sint grata Deo, ibid. | | Resurrexit est primus exaltationis
Christi gradus, p.50 | |
| Quomodo dicantur perfecte ob-
seruare legem. 148 | | Est | |
| Reges Vncti Domini vocantur. p.25 | | | |
| Dij, & quare, 130. Quatenus iis | | | |

I N D E X.

Est duplex, 51. Qualis fuerit resurrectio Christi, ibid. Quare resurrexit, 52. Est futura, 76.77
Respondetur ad Objectionem factam adversus locum Pauli cap.15. Epist. i. ad Cor. 78.79. Huius modus, ibid. Qualitates quibus induentur corpora, 80. Communis erit piis & impiis, ibid. Pharisaorum opinio circa hanc eueritur. ibid. Romanorum mos in sepeliendis corporibus. 41

S.

Abbathum unde dictum, p 119 Apud omnes gentes veneratum, 119. Quomodo sanctificandum, ibid. & 120. Pena indicta violatori Sabbathi, 119 Supersticio Iudeorum circa eius observationem, 120. A Deo institutum, & quare, ibid. Symbolum est æternæ felicitatis, 121. Quomodo Deus quieuit septimo die, ibid. & 122. Cur abrogatum, & subrogatus primus dies hebdomadis, 124. Sacerdotium Christi munus est personale Christi & Sacra Scriptura, p.27. Eius actus duplex, ibid. & 28. Vitalitas & fructus illius, ibid.

Sacra Script. authoritas, p.201 Vocatur divina, ibid. & quare, 202 Quomodo cognoscatur esse talis, 202.203. Eius lectio commendatur, & quare, ibid. & 204 **S**acramenti definitio. p.207 Quis Sacramentorum inservitor, ibid. Error Pontificiorum eueritur, qui asserunt sufficere ad signi sacramentalis rationem, ut aliquo sensu sit perce-

ptibile, quanquam non sit in specie visibile, ibid. & 208. Responsio ad objectionem Pontificiorum contra efficacia iam Sacramentorum, 209.210. Eorum manifestas & efficacia, ibid. & 211. Refutatur error eorum qui dicunt Sacraenta esse tantum nuda signa & mera symbola fideles ab infidelibus recementia, 212.213. Non sunt Gratia contentiva, aduersus Pontif. ibid. Sunt signa practica & effectua, & quomodo, 214. Sunt tantum duo, non plura, 216.217. Sacramenti nomen latè sumptum apud Veteres Doctores, 216 Sacramentorum Conditiones essentiales, ibid. Veterum cum novis differentia & Conuenientia, 217.218.219. Cur Christus duo tantum instituit, 228 **S**acrificij nomen in S. Script. Cœnæ sacramento attributum nusquam legitur, 238. Hoe vocabulo Antiqui Doctores Eucharistium denotarunt, & quare, ibid. Nullum aliud verum, reale & externum præ er illud unicum Christi pro nobis oblatum in Cruce, ibid. Eius distinctio in Cruentum & Incoquatum refutatur. 240.241 **S**ancti in gloriam celestem receperunt quomodo orent pro Ecclesia militante, 163. Non sunt Intercessores nostri apud Deum Patrem, ibid. & 164.165 **S**anctificate in S. Script. quid significet, ibid. p.173.174 Quomodo Deus sanctificari dicitur, ibid. & 174. Sanctificatio est duplex, 118. Duabus partibus consistat, 223

I N D E X.

- S**anctitas quomodo competit Deo,
 & quomodo *Creaturis*, p.122.
 123
Sco^rtatio prohibetur, quod variis
 Script. locis probatur, 134.
Serpens æneus quare ab Ezechia
 confactus. p.108
Sessio Christi ad dextram Dei Pa-
 tris est tertius Exaltationis
 gradus, & quomodo intellige-
 genda, p.56.57
Error Pontificiorum de *Vbiq*uitate
 Christi refutatur, ibid.
Signorum diuisio, p.209
Sinus Abrahæ in S. Script. quid si-
 gnificet, & quid sit esse in *sinu*
 Abrahæ. p.46
Spiritus S. cur fiat mentio in Sym-
 bolo, ibid. p.62
Est tercia persona S.S. Trinitatis,
 ibid. & 63.64. Non est ali-
 quid *existens* in Deo per modum
 attributi, ibid. Est *verus*
Déus, ibid. *Eius protus* &
Emanatio, 64. Percum sumus
 paritipes omnium benefi-
 ciorum Christi, 65. *Differentia*
 inter hanc processionem &
 Filij generationem, ibidem
Eius Elégia, ibid.
Status hominis quadruplex. p.147
Stoicorum opinio de Mundo. p.15
Summum bonum est Deus. p.5
Eius conditiones, ibid. Veterum
 Philosophorum opiniones de
 illo, ibid.
Symbolum duas habet significatio-
 nes, p.9
 Quare dicitur *Apostolorum*, ibid.
Eius partes quatuor, ibid. *Sum-
 ma*, ibid. Quare in eo fiat men-
 tio *Patri*, *Filiij*, & *Spir. S.* II. *Ec-
 clésie* & beneficiorum Dei in
 eam, ibid. Cur in eodem à
 natalibus Christi statim fit
 transitus ad mortem ipsius,
 omisa tota vita ipsius histo-
 riā, 36. Cur fiat mentio *Pil-
 ati*, 38
- T.
- T**entare quid sit. p.191
 Tribuitur s^epe *Deo* & *Chris-
 to*, ibid. Responsio ad locum
 Iacobi cap.2. vers.13. Nemo
 quum tentatur, &c. ibid. De
 qua tentatione agatur in Ora-
 tione Dominicā, ibid. Quo-
 modo Deus tentatur, ibid. Et
 Diabolus tentet, 192. Et dicitur
 Deus tentare, & tentet. ibid.
Tyraⁿni & Regis differentia. p.29
- V.
- V**iquitas Christi quā homo
 est, refutatur. p.56.57
Verbum Dei vulgo *Sacra Scriptura*
 vocatur, p.200
Divina, & quare, ibid. & 202
Continentur libris Veti & N. Testa-
 menti, ibid. Qui *Canonicis* di-
 cuntur, & quare, ibid. *Eo-
 rum diuisio*, ibid. *Apocryphi* ex-
 cluduntur à *Canonicis*, ratio,
 201. *Eius authoritas*, ibid. *Ve-
 ritas* quomodo cognoscitur,
 202.203. *Lectio* omnibus Chri-
 stianis commendatur ibid. &
 204. Quomodo est *Medium*
efficax Communionis nostræ
 cum Christo, 236. Cur ad
 hoc Verbum adjungitur *Sacra-
 mentum Eucaristie*, ibid.
Visitare in S. Script. dupliciter vsur-
 patur, p.110
Vita æterna quid sit, p.41
 Quare dicatur *Vita* & *status felici-
 tissimus*, 81. *Ei* opponitur *Mors*
eterna.

I N D E X.

<i>eterna</i> , ibid. & quid sit, ibid.	Voluntas Dei est duplex in S. Script.
Quomodo dicitur <i>Merces</i> , 94	p.98.178
Vita duplex in homine fidei, 123.	Definitio, 98. Cur petimus vo-
Respons. ad quæstionem, Cur	luntatem Dei fieri, 177. Neces-
Deus promittat in Præcepto	sitas huius petitionis, ibid.
v. diuturnitatem vita huius tot	Quid doceamur hac petitione,
miseriis inuolutæ, 128.129	ibid. Quomodo hæc voluntas
Vita proximi conseruanda, 132	fit à Christianis, p.178
Viuisatio hominis quid sit, 98	Usura utrum sit licita, p.138
Vnctio duo significat in V. Test. p.25	Quibus conditionibus sit legiti-
Quare Reges, Sacerdotes & Pro-	ma, p.138
phetæ vñcti vocabantur, ibid.	Quænam prohibita, 139
Vnctionis Christi partes due, &	
earum differentia, 27	
Vocatio est duplex, Externa & Inter-	
na, & quomodo utraque fiat,	
p.66.67	

Z.

Z Elotypia quomodo tribuatur
Deo. p.109

F I N I S.



X. 7. 6

E R R A T A.

Pag. 1. linea 10. *lege adiutoria*. *adversaria*. lin. 15. *lege rectificatrix*. p. 2. l. 14. Origenem. p. 3. l. 12. Admungantibus. p. 4. l. 2. significant. l. 9. adumbrata. l. 27. *negare* l. 31. *negare* l. 21. *debet* l. 22. *debet* p. 5. l. 8. *negare*. l. 18. *ad caput*. l. 35. *ad rapere*. l. 43. continens. p. 6. l. 36. torso. l. 8. externa. l. 39. *etiam*. p. 7. l. 2. ministerio. l. 14. & l. 24. *leg*. accendar. p. 8. l. 34. dilexit. p. 9. l. 3. creaturam. l. 7. *leg*. aucupabatur. l. 40. collatae. p. 11. l. 9. eximendus. l. 32. *negare* l. 36. *negare*. l. 37. *in negare*. *negare*. p. 12. l. 6. *negare* l. 27. *negare* l. 31. *negare*. p. 15. l. 5. temeritati. l. 6. Hebr. l. 1. l. 21. infederat. l. 40. *negare* l. 26. *negare*. p. 16. l. 3. causa. l. 11. *negare*. p. 21. l. 14. Proverb. l. 9. p. 23. l. 17. cum. pag. 27. l. 58. contactu. p. 32. l. 47. *et*. p. 38. l. 5. *autem*. p. 39. l. 6. mors. p. 45. lin. 28. agitur. p. 53. l. 24. sublimissimam. p. 70. l. 37. quæ. p. 76. l. 28. faciliorem. p. 78. l. 25. corpore. p. 79. l. 21. fulgebunt. p. 80. l. 3. corpora. l. 39. fecerit. p. 81. l. 23. faxit. p. 83. l. 1. *dele* n. lin. 6. *deponere*. l. 8. addubitaveritis. l. 10. *negare*. p. 85. l. 41. coniunctissimam. l. 43. persuasio. p. 92. l. 34. complectatur. p. 93. l. 12. est. p. 94. l. 32. parabola. p. 95. l. 8. est. pag. 96. l. 26. perpetrati. conceptus. p. 101. l. 28. *deponere*. l. 29. *desperare* l. 38. prima. l. 41. plures. p. 104. l. 31. quæ. p. 106. l. 44. incongruum. p. 107. l. 25. pronuntiatur. pag. 109. l. 6. versus. l. 7. fulmine. l. 24. *destra* l. 29. si. p. 110. l. 10. deriuet. l. 30. reperiatur. p. 112. l. 33. promereri. p. 114. l. 19. exemplo. l. 24. venit. p. 119. l. 8. morum. l. 11. seruau. l. 18. *desperare*. p. 121. l. 16. *leg* requiescent. p. 112. l. 32. tonitrua. p. 123. l. 28. conquirendis. p. 127. l. 27. Decum. l. 28. coram. l. 38. vestris. p. 128. l. 19. annexa. l. 44. *qui*. p. 129. l. 19. suam. pag. 130. l. 29. volebat. p. 132. l. 34. perpetratis. l. 38. *negare*. pag. 133. l. 19. odetunt. l. 36. *negare*. p. 134. l. 30. fornicaretur. p. 135. l. 16. abstineatis. l. 17. vas. p. 136. l. 19. plagis. p. 138. l. 11. expectorere. p. 141. l. 17. veritatis. p. 144. l. 9. ad. p. 145. l. 13. vt. p. 149. l. 40. admonere. p. 150. l. 13. debeat. p. 152. l. 26. *desperare*. p. 153. l. 21. speciales. p. 154. lin. 19. &. p. 155. l. 2. *negare*. l. 10. nos. l. 11. *desperare*. l. 36. aeneum. p. 156. l. 2. Ecclesia. l. 3. Diis. l. 22. diuinitatem. l. 33. refocillata. l. 38. Altera. l. 43. ratiocinandi. p. 157. l. 25. sectioni. p. 160. l. 4. paganus. l. 43. vulgus. l. 45. lingua. p. 161. l. 38. Iesu. p. 163. l. 10. *negare*. l. 25. eorum. l. 33. dereliquerent. p. 166. l. 33. inimico. p. 167. l. 37. vobis. l. 39. dirut. p. 168. l. 14. ambitum. p. 169. l. 22. affectuum. l. 26. simus. p. 170. l. 9. ob. l. 35. extranei. pag. 171. l. 44. columna. p. 173. l. 4. petitionibus. p. 174. l. 24. interius. l. 33. confiteamur. pag. 175. l. 11. homines. l. 39. omnes. p. 176. l. 18. aduenient. p. 178. l. 25. ab. p. 180. l. 29. maiorem. pag. 181. l. 6. Quare. p. 183. l. 22. procedit. l. 29. sic. l. 43. hunc. l. 44. l. Timoth. p. 184. l. 39. esuriei. p. 186. l. 16. omissa. l. 31. quis. p. 187. l. 12. creditoribus. l. 16. vocantur. l. 34. nostra. l. 44. gratuita. p. 190. l. 9. alioquin. p. 191. l. 16. Deus. p. 196. l. 15. expetamus. p. 200. Explicatio Cateches. Gallicanæ. p. 203. l. 39. distinct. p. 207. l. 37. Exterius. p. 208. l. 38. relevationis. p. 210. l. 8. cum. p. 223. l. 41. ad. p. 226. l. 32. prohibete. p. 228. l. 29. ob. p. 233. l. 40. existimatis. p. 236. l. 17. Iesu. p. 240. l. 36. per. p. 244. l. 14. autem. l. 41. Possunt. p. 245. l. 32. vt. p. 255. l. 18. se.



LECTORI S.

BSERVATVM semper fuit in Ecclesia, & dili-
genter etiam procuratum, ut pueri in doctrina Chri-
stiana rite instituerentur. Quod ut fieret commo-
dus, non modo aperte fuerunt olim Schola, ac singulis
principiebatur, ut familiam suam probè docerent, sed
etiam publico more & instituto receptum erat, ut in templis rogaren-
tur pueri de singulis capitibus, quæ communia Christianis omnibus
& nota esse debent. Ut autem id ordine fieret, describebatur formula
quæ vocabatur Catechismus, sive Institutio. Ab eo tempore, Diabolus
Ecclesiam Dei miserè lacerans, & horrendum eius exitium inuehens
(cuius note in maiori parte mundi nimium adhuc extant) sanctam
hanc politiam euerit: neque aliud quicquam reliquum fecit, præter
quasdam nugas, quæ superstitiones tantum pariant absque ullo edifi-
cationis fructu: cuiusmodi est confirmatio illa, quam vocant, referta
quidem gesticulationibus plusquam ridiculis, & quæ prorsus similiis
conueniant, nec ullo fundamento nitantur. Quod ergo nunc in me-
dium proferimus, nihil ultiud est quam usus eorum, quæ iam olim à
Christianis & veris Dei cultoribus obseruata sunt, neque unquam
omissa, nisi dum Ecclesia omnino corrupta fuit.

D E F I D E.

SECTIO I.

- M. Vis humanæ vitæ præcipuus est finis?
- P. Ut Deum, à quo conditi sunt homines, ipsi nouerint.
- M. Quid causæ habes cur hoc dicas?
- P. Quoniam nos ideo creauit, & collocauit in hoc mundo,
quo glorificetur in nobis. Et sanè vitam nostram cuius ipse est initium,
æquum est in eius gloriam referri.
- M. Quod verò est summum bonum hominis?
- P. Illud ipsum.

D E F I D E.

M. Quamobrem id tibi summum bonum habetur?

P. Quia eo sublato, infelicior est nostra conditio quam quorumvis
brutorum.

M. Ergo, vel inde satis perspicimus nihil posse homini infelicius
contingere, quam Deo non vivere.

P. Sic res habet.

M. Porro, quam vera est ac recta Dei cognitio?

P. Vbi ita cognoscitur, ut suus illi ac debitus exhibetur honor.

M. Quam vero eius-rite honorandi est ratio?

P. Si in eo sita sit tota nostra fiducia: si illum tota vita colere, vo-
luntati eius obsequendo studeamus: si eum, quoties aliqua nos vigeat
necessitas, inuocemus, salutem in eo quarentes, & quicquid expeti
potest bonorum: si postrem tum corde, tum ore illum bonorum om-
nium solum authorem agnoscamus.

S E C T I O . II.

*Primum
caput*

M. **V**erum, ut haec discutiantur ordine, & fusi explicentur:
quod in hac tua partitione primum est caput?

P. Ut totam in Deo fiduciam nostram collocemus.

M. Qualiter autem id fiet?

P. Vbi omnipotentem nouerimus, & perfectè bonum.

M. Satisne hoc est?

P. Nequaquam.

M. Quamobrem?

P. Quia indigni sumus quibus adjuvandis potentissimi exerat, & in
quorum salutem, quam bonus sit, ostendat.

M. Quid ergo præterea opus est?

P. Nempe ut cum animo suo quisque nostrum statuat ad ipso se
diligere, eumque sibi & Patrem esse velle, & salutis authorem.

M. Vnde autem id nobis constabit?

P. Ex verbo ipsius scilicet, ubi suam nobis misericordiam in Christo
exponit, & de amore erga nos suo testatur.

M. Fiduciae ergo in Deo collocandæ fundamentum ac principium
est, eum in Christo nouisse.

P. Omnino.

M. Nunc, quamnam sit huius cognitionis summa, paucis audire abs
te velim.

P. In fidei confessione, vel potius in formula confessionis, quam
inter se communem habent Christiani, omnes continetur. Eam vul-
go Symbolum Apostolorum vocant, quod ab initio Ecclesie recepta
semper fuerit inter omnes pias: & quod vel ab ore Apostolorum ex-
cepta fuerit, vel ex eorum scriptis fideliter collecta.

M. Re-

D E F I D E.

M. Recita.

P. Credo in Deum Patrem omnipotentem, Creatorem cœli & terre: Et in Iesum Christum, Filium eius unicum, Dominum nostrum: qui conceptus est ē Spiritu Sancto, natus ex Maria Virg. n.: passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus & sepultus: descendit ad inferos: tertia die resurrexit ex mortuis: ascendit in calum: sedet ad dexteram Patris omnipotentis, inde venturus ad iudicandum viuos & mortuos.

Credo in Spiritum sanctum: sanctam Ecclesiam Catholicam, Sanctorum communionem, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, vitam aeternam. Amen.

S E C T I O III.

M. **V**T penitus intelligentur singula: in quot partes hanc confessionem diuidemus?

P. In quatuor præcipuas.

M. Eas mihi recense.

P. Prima ad Deum Patrem spectabit. Secunda erit de Filio eius Iesu Christo, quæ etiam totam redēptionis humanæ summam complebitur. Tertia erit de Spiritu sancto. Quarta de Ecclesia, & diuinis in ipsam beneficiis.

M. Q[uod]um non nisi unus sit Deus, cur hic mihi tres commēoras, Patrem, Filium, & Spiritum sanctum?

P. Quoniam in una Dei essentia Patrem intueri nos conuenit, tanquam principium & originem primam, vel rerum omnium causam: deinde Filium, qui sit æterna eius sapientia: postrem Spiritum sanctum, tanquam eius virtutem, per omnia quidem diffusam, quæ ramen perpetuū in ipso resideat.

M. Inde significas nihil esse absurdum, si in una Diuinitate distinetur, constituamus has tres personas, Deumque propterea non diuidi.

P. Ita est.

M. Recita iam primum partem.

P. Credo in Deum Patrem Omnipotentem, Creatorem cœli & ^{p. ima} terræ.

M. Cur Patrem nomenas?

P. Christi primum quidem intuitu, qui & sapientia eius est, ab ipso genita ante omne tempus: & missus in hunc mundum, declaratus fuit eius Filius. Hinc tamen colligimus, quum Deus Iesu Christi sit Pater, nobis quoque esse Patrem.

M. Quo sensu nomen illi Omnipotens tribuis?

P. Non hoc modo potentiam ipsum habere quam non exerceat, sed omnia ipsum habere sub manu & imperio: prouidentia sua gubernare mundum, arbitrio suo omnia constitueret: & quicquid contingit, prout visum est, moderari.

M. Itaque non otiosam Dei potentiam singis, sed talem esse reputas.

quæ manum operi semper admotam habeat; sic ut nihil nisi per ipsum eiisque decreto fiat.

P. Sic est.

S E C T I O IV.

M. **V**ox sum addis, Creatorem cœli & terræ?

P. **Q**uoniam per opera se nobis patefecit, in illis quoque nobis quærendum est. Neque enim essentiæ eius capax est mens nostra. Est igitur mundus ipse veluti speculum quoddam, in quo eum possimus inspicere, quatenus eum cognoscere nostra refert.

M. Per Cœlum & Terram, annon quicquid præterea creaturarum extat, intelligis?

P. Individuū: sed his duobus nominibus continentur omnes, quod aut cœlestes sint omnes, aut terrenæ.

M. Cur autem Deum, creatorem duntaxat nuncupas, quum tueri conseruareque in suo statu creaturas multò si: præstantius, quam semel condidisse?

P. Neque verò hac particula indicatur tantùm, si opera sua Deum semel creasse ut illorum postea curam abjecerit: quin potius sic habendum est, Mundum, ut initio fuit ab eo conditus, ita nunc ab eo conseruari: nec aliter & terram, & alia omnia stare, nisi quatenus eius virtute, & quasi manu sustinentur. Præterea, quum sic omnia sub manu habeat, inde etiam conficitur summum esse moderatorem omnium ac dominum. Itaque ex quo Creator in cœli ac terræ, intelligere conuenit eum esse unum qui bonitate, potentia & sapientia sua totum naturæ cursum atque ordinem regat: quia pluiae, simul ac siccitatis, grandinum, aliarumque tempestatum ac serenitatis sit author: qui benignitate sua terram fecundet, eamque rursus, minum suam retrahendo, sterilem reddat: a quo sanitas simul ac morbi prouenant: cuius denique imperio subjiceant omnia & nutui obsequantur.

M. De impiis autem & diabolis quid sentiemus? an eos quoque dicemus illi subesse?

*De Dia-
bolis.* P. Quanquam Spiritu eos suo non gubernat, sua tamen potestate, tanquam fræno, eos coercet, ut ne mouera quidem se queant, nisi quod ad illis permittit. Quinetiam voluntatis suæ facit ministros, ut inuiti ac præter suum consilium exequi quod illi visum fuerit, cogantur.

M. Quid ad te ex eius rei cognitione utilitatis reddit?

P. Plurimum. Malè enim ageretur nobiscum, si Diabolus & impii hominibus præter Dei voluntatem quicquam liceret: adeoque tranquillis animis nunquam essemus, nos eorum libidini expositos esse cogitantes. Verum tunc demum tuto conquiescimus, vbi frænari eos Dei arbitrio, & tanquam in arce contineri scimus, ne quid nisi eius permisso posint: quum præsertim Deus ipse nobis se tutorem fore, salutisque præsidem receperit.

S E C T I O V.

- M. **N**unc ad secundam partem veniamus.
Ea est : Credere nos in Iesum Christum Filium eius unicum, Dominum nostrum.
- M. Quid præcipue complectitur ?
- P. Filium Dei nobis esse Seruatorem : simulque modum explicat quo nos à morte redemerit, vitamque acquisierit.
- M. Quid sibi vult nomen Iesu, quo eum appellas ?
- P. Quod Græcis significat nomen ὥστης : Latini proprium nomen non habent, quo bene vis eius exprimatur. Itaque Saluatoris vocabulum vulgò receptum fuit. Porro Filio Dei hanc appellationem *Matt. 1.* indidit Angelus, ipius Dei iussu.
- M. Estne hoc pluris, quam si homines illi indidissent ?
- P. Omnino. Nam quum sic nuncupari velit Deus, talem quoque esse prorsus necesse est.
- M. Quid deinde valet nomen Christi ?
- P. Hoc epitheto melius etiamnum exprimitur eius officium : significat enim unctum esse à Patre in Regem, Sacerdotem ac Prophetā.
- M. Qui scis istud ?
- P. Quoniam ad hos tres usus Scriptura unctionem accommodat. Deinde haec tria quae diximus, saepe Christo tribuit.
- M. Sed quo olei genere unctionus fuit ?
- P. Non visibili : quale in consecrandis antiquis Regibus, Sacerdotibus & Prophetis fuit adhibitum, sed præstantiori: hoc est, Spiritus sancti gratia, quae veritas est externæ illius unctionis.
- M. Quale verò hoc eius regnum est quod commemoras ?
- P. Spirituale, quod Verbo & Spiritu Dei continetur: quae iustitiam & vitam secum ferunt.
- M. Sacerdotium verò ?
- P. Officium est ac prærogativa fistendi se in Dei conspectum, ad obtinendam gratiam, & sacrificij quod illi acceptum sit, oblatione iram eius placandi.
- M. Iam quo sensu Prophetam Christum nominas ?
- P. Quia quum in mundum descendit, Patris se legatum apud hominem, & interpretem professus est. Idque in eum finem, ut Patris voluntate ad plenum exposita, colophonem afferret Prophetiis omnibus. *1sa. 7.14.* *Hebr. 1.1.*

S E C T I O VI.

- M. **S**ed percipisne inde fructum aliquem ?
- P. Simò non aliò spectat omnia haec, nisi in bonum nostrum. Nam

To. n. 1. 16 his donatus est Christus à Patre, ut nobiscum ea communicet, quod ex eius plenitudine hauriamus omnes.

M. Ediffere hoc mihi paulò fusiùs.

Ephes. 4. 7. P. Spiritu sancto repletus, perfectaque omnium donorum eius opulentia cumulatus fuit, quod nobis ea impertiat, cuique scilicet proxima mensura, quam nobis conuenire nouit Pater. Ita ex eo, tanquam unicco fonte, haurimus quicquid habemus bonorum spiritualium.

M. Quid nobis confert eius regnum?

P. Nempe quod eius beneficio ad pie sancteque viuendum vindicati in libertatem conscientiarum, spiritualibusque eius diuiriis instructi, potentia quoque armamur, quae ad perpetuos animarum nostrarum hostes, peccatum, carnem, satanam & mundum vincendos sufficiat.

M. Ad quid autem Sacerdotium conducit?

Heb. 7. 8 P. Primum, quod hac ratione Mediator est noster qui nos Patri reconciliat: deinde, quod per eum accessus nobis patefactus est ad Patrem, vt in eius conspectum cum fiducia prodeamus ipsi quoque, nosque & nostra omnia illi in sacrificium offeramus. Atque ita collegas nos quodammodo suos facit in sacerdotio.

M. Restat Prophetia.

Prophetia Christi. P. Quum Filio Dei magisterij collatum sit munus in suos, finis est, vt vera eos Patris cognitione illuminet, erudiat eos in eius veritate, & domesticos Dei discipulos efficiat.

M. Huc ergo redeunt quae dixisti omnia: Christi nomen tria officia comprehendere, quae in Filium contulit Pater, vt vim eorum a fructum in suos transfundat.

P. Sic est.

S E C T I O VII.

M. **C**ur Filium Dei unicum nuncupas, quum hac quoque appellatione non omnes dignetur Deus?

Ephes. 1. 10. 1. Hebr. 1. P. Quod Filij Dei sumus, non id habemus à natura, seu adoptione & gratia duntaxat; quod nos eo loco habeat Deus. At Dominus Iesus, qui est substantia Patris est genitus, vniusque cum Patre essentiae est, opimo iure Filius Dei unicus vocatur, quum solus sit natura.

M. Intelligis ergo, hunc honorem eius esse proprium, qui naturæ iure illi debeatur: nobis autem eum gratuito beneficio communicari, quatenus sumus eius membra.

Rom. 8. P. Omnino. Itaque eius communicationis intuitu, alibi nominatur Primogenitus inter multos fratres.

Col. 1. M. Quid sibi vult quod postea sequitur?

Vnctio Christi. P. Modum ostendit quo Filius unctus est à Patre, vt nobis esset Saluator. Nempe quod assumpta carne nostra, iis perfunctus est omniaib.

omnibus quæ ad salutem nostram erant necessaria : sicut hic recentur.

M. Quid his duabus sententiis significas, Conceptum esse ex Spiritu sancto, Natum ex Maria virgine?

P. Formatum in utero virginis fuisse ex eius substantia, vt esset verum semen Davidis, qualiter vaticiniis prophetarum praedictum fuerat; id tamen mirifica arcanaque Spiritus virtute fuisse effectum absque virili coitu.

M. Eratne igitur operæ pretium vt carnem nostram indueret?

P. Maxime. Quia inobedientiam ab homine admissam in Deum, necesse erat in humana quoque natura expiari. Nec vero aliter Mediator esse noster poterat, ad reconciliationem Dei & hominum per agnoscendam.

M. Christum ergo oportuisse hominem fieri dicis, vt tanquam in persona nostra, salutis nostre partes impleret.

P. Ita sentio. Nam ab ipso mutuemur oportet quicquid nobis apud deest: quod fieri aliter nequit.

M. Verum, cur id à Spiritu sancto effectum est, ac non potius communi visitataque generationis forma?

P. Quoniam penitus corruptum est humanum semen, in generatione Filii Dei intercedere Spiritus sancti opus decuit: ne hac contumaciam attingeretur, sed esset puritate absolutissima praeditus.

M. Hinc ego discimus, eum qui alias sanctificat, immunem ab omni macula esse, puritateque, vt ita loquar, originali fuisse ab utero præditum, vt totus Deo sacer esset, nulla humani generis labe inquit natus.

P. Sic intelligo.

S E C T I O N . V I I I .

M. Valiter Dominum esse nostrum intelligis?

P. Sicut à Patre constitutus est, vt sub imperio suo nos habeat, vt Domini regnum administret in cœlo & in terra, sitque hominum caput & Angelorum.

M. Cur à natalibus protinus ad mortem, omisi: à totius vitae historia, transilis?

P. Quia hic non tractantur nisi quæ redemptionis nostræ ita sunt propria, vt eius substantiam quodammodo in se contineant.

M. Cur non simili citer uno verbo mortuum fuisse dicens, sed Prodigis quoque noven adjicis, sub quo sit passus?

P. Id non ad historiæ fidem modò spectat, sed vt sciamus mortem eius coniunctam cum damnatione fuisse.

M. Expone hoc clarius.

P. Mortuus est, vt poenâ nobis debitâ defungeretur: atque hoc

modo ab ea nos eximeret. Quum autem omnes nos, sicuti peccatores sumus, obnoxij Dei iudicio esse mus, quò vicem nostram subiret, sisti in conspectum terreni iudicis voluit, damnarique eius ore, ut coram cælesti Dei tribunali absolveremur.

Mat. 27. M. Atqui infontem Pilatus eum pronuntiat, itaque non damnat *Luc. 23.* pro malefico.

P. Vtrumque animadvertere conuenit. Ideo enim eius innocentiae testimonium reddit iudex, vt testatum fiat, non ob propria ipsum maleficia plecti, sed nostra: solenni tamen ritu interea damnatur eiusdem sententiā, ut palam fiat iudicium quod merebamur, tanquam vas *Chrībus* *nc-* dem nostrum subire, quo nos à reatu liberet.

Isa. 53. M. Benedictum. Nam si peccator esset, non idoneus vas esset ad soluendam alieni peccati poenam. Ut tamen eius damnatio nobis in absolutionem cederet, censeti eum inter maleficos oportuit.

P. Sic intelligo.

S E C T I O . IX.

Gal. 3.13. M. **Q**uod crucifixus fuit, an plus habet momenti, quam si alio *14.* quolibet mortis genere affectus foret?

P. Omnino: quemadmodum etiam monet Paulus, dum in ligno *Dant. 23.* suspensum scribit, ut nostram in se maledictionem susciperet, quò ab ea solueremur. Genus enim illud mortis execratione damnatum erat.

M. Quid? an non irrogatur Filio Dei contumelia, quum dicitur maledictioni fuisse subjectus, etiam coram Deo?

P. Minime. Siquidem eam recipiendo, aboleuit: nec verò desit interea esse benedictus, quò nos sua benedictione perfunderet.

M. Prosequere:

P. Quandoquidem mors supplicium erat homini impositum peccati causa, eam Filius Dei pertulit, & preferendo vicit. Atque ut melius pateficeret vera morte ipsum defungi, collocari in sepulchro, instar aliorum hominum voluit.

M. Verum, non videtur quicquam ad nos utilitatis ex hac victoria redire, quum nihilominus moriamur.

P. Nihil id obstat. Neque enim aliud nunc est mors fidelibus, quam transitus in vitam meliorem.

M. Hinc sequitur, non amplius exhorrendam esse mortem, ac si res esset formidabilis, sed intrepido animo sequendum esse ducem nostrum Christum, qui sicut non perit in morte, ita perire nos non patietur.

P. Sic agendum est.

SECTIO X.

M. **Q**uod de eius ad inferos descensu mox adjectum est, quem sensum habet?

P. Eum non communem tantum mortem fuisse perpetuum, quæ est animæ à corpore separatio, sed etiam dolores mortis, sicut Petrus vocat. Hoc autem nomine horribiles angustias intelligo, quibus eius *Agg.* anima constricta fuit.

M. Cedo mihi huius rei causam ac modum.

P. Quia ut pro peccatoribus satisfaceret, coram Dei tribunali se sistebat, torqueri hac anxietate eius conscientiam oportebat, ac si derelictus à Deo esset; imò ac si Deum haberet infestum. In his angustiis erat, quum exclamaret ad Patrem, Deus meus, Deus meus, ut quid de- *Mat. 27*: *Mar. 15*. reliquisti me?

M. Eratne igitur illi offensus Pater?

P. Nequaquam. Sed hanc in eum severitatem exercuit, ut impletetur quod prædictum fuerat per Isaiam, Ipsum percussum fuisse manu Dei, propter peccata nostra: vulneratum, propter iniquitates nostras. *1a.53. 1.Pet. 2.*

M. Verum, Deus quum sit, qui potuit eiusmodi pauore corripi, ac si derelictus à Deo esset?

P. Sic habendum est: secundum humanæ naturæ affectum, eò redactum fuisse necessitatis. Quod ut fieret, paulisper interea delitescebat eius Diuinitas, hoc est, vim suam non exerebat.

M. Qui tamen fieri rursum potest, ut Christus, qui salus est mundi, huic damnationi subjectus fuerit?

P. Non ita illam subiit, ut sub ea maneret. Sic enim istis, quos dixi, paucis correptus fuit, ut non fuerit oppressus: sed potius luctatus cum potestate inferorum, eam fregit ac profligauit.

M. Hinc colligimus quid differat conscientiae tormentum quod sustinuit, ab eo quo cruciantur peccatores, quos Dei irati manus persequitur. Nam quod in illo temporarium fuit, in his est perpetuum: quod illi vice duntaxat aculei fuit ad eum pungendum, his est lethalis gladius, ad cor, ut ita dicam, sauciandum.

P. Sic est. Neque enim eiusmodi angustiis obsessus Filius Dei sperare in Patrem desiit. At peccatores Dei iudicio damnati, in desperationem ruunt, tremunt aduersus ipsum, & usque ad apertas blasphemias proficiunt.

SECTIO XI.

M. **H**inc ne possumus elicere, quem ex Christi morte fructum percipient fideles?

DE FIDE.

P. Omnino. Ac principio quidem videmus esse sacrificium, quo peccata nostra expiauit coram Deo, atque ita placata ira Dei, nos cum eo in gratiam reduxit. Deinde sanguinem eius lauacrum esse, quo animæ nostræ maculis omnibus purgantur. Postremò, deletam esse peccatorum nostrorum memoriam, ne vñquam in Dei conspectum veniant: atque ita inductum abolitumque fuisse chirographum, quo rei tenebamur.

M. Nihil. ne præterea utilitatis nobis afferit?

P. Imò vero. Nam & eius beneficio (siquidem verasimus membra Christi) vetus homo noster crucifigitur, aboletur corpus peccati, ne amplius regnent prauæ carnis concupiscentiæ in nobis.

M. Perge in reliquis.

1. Pet. 3. P. Sequitur. Tertio ipsum die resurrexisse ex mortuis: quo victorem se peccati & mortis demonstravit. Sua enim resurrectione mortem deglutiuit, abruptis diaboli vincula, & totam eius potentiam redigit in nihilum.

M. Quotuplex ex hac resurrectione fructus nobis prouenit?

P. Triplex. Nam & iustitia nobis per eam acquisita, & certum nobis est pignus futuræ nostræ immortalitatis: & iam nunc eius virtute suscitamus in vitæ nouitatem, vt pure sancteque viuendo, Dei voluntati obsequiamur.

SECTIO XII.

*1. Cor. 15.
Rom. 6.*

M. Persequamur reliqua.

P. Ascendit in cælum.

M. Sed an sic ascendit, vt non sit amplius in terra?

P. Sic. Postquam enim omnibus perfunditus fuerat quæ illi à Patre injuncta fuerant, quæque in salutem nostram erant, nihil opus erat diutius eum in terris versari.

M. Quid ex hac ascensione boni consequimur?

*Rom. 6.
Heb. 7.
25.* P. Duplex est fructus. Nam quatenus cælum ingressus est Christus nostro nomine sicut in terram nostra causa descenderat, aditum illuc nobis quoque patefecit, vt iam aperta sit nobis ianua, quæ propter peccatum antè clausa erat. Deinde, in conspectu Dei comparat pro nobis intercessor & patronus.

M. Verum, an Christus in cælum se recipiendo, sic à nobis recessit, vt iam nobiscum esse desierit?

*Matt. 28.
20.* P. Minime. Contra enim recepit, se nobiscum fore usque ad finem seculi.

*Luc. 24.
51.* M. Quod autem nobiscum habitat, idne de corporis præsentia intelligendum?

P. Non. Alia enim ratio est corporis, quod in cælum receptum est: alia virtutis, quæ ubique est diffusa.

M. Quo

M. Quo sensu eum dicis sedere ad Patris dexteram?

P. Hæc verba significant, Patrem illi cœli & terræ imperium com-
tulisse, vt omnia gubernet. Matt. 28.

M. Quid autem tibi significat Dextera, & quid hæc Sesio?

P. Similitudo est à principibus sumpta, qui ad dexteram suam Sesio ad dexteram.
colloca e solent, quibus vices suas commendant.

M. Non ergo aliud intelligis, quām quod tradit Paulus, nempe Eph. 1.
constitutum esse Christum caput Ecclesiæ, & supra omnes principa-Phil. 2.
tus eius nomen, nomen adeptus esse quod sit supra omne nomen.

P. Ita est vt dicis.

SECTIO XIII.

M. Tرانseamus ad aliā.

P. Tāde venturus est ad iudicandum viuos & mortuos: quo-
rum verborum sensus est, Palam ē cœlo venturum ad iudicandum or-
bem, sicut ascendere visus est. Act. 1.

M. Quum iudicij dies futurus non sit ante finem seculi, quomodo
tunc ex hominibus fore aliquos superstites dicis, quandoquidem
omnibus constitutum est semel mori? Hebr. 9.

P. Hanc quæstionem soluit Paulus, quum eos qui tunc supere-
runt, subita mutatione innouatum iri tradit, vt abolita carnis corru-1. Cor. 15.
ptione, induant incorruptionem. 1. Thess. 4.

M. Tu ergo hanc mutationem, mortis instar illis fore intelligis,
quod primæ naturæ futura sit abolitio, & alterius nouæ initium.

P. Sic sentio.

M. An aliquod inde gaudium recipiunt nostræ conscientiæ, quod
Christus semel futurus sit mundi iudex?

P. Recipiunt, & quidem singulare. Certò enim non nisi in salu-
tem nostram venturum scimus.

M. Non ergo ita reformidare nos conuenit hoc iudicium, vt no-
bis horrorem incutiat.

P. Minimè verò: quando non nisi ad eius iudicis tribunal stabi-
mus, qui patronus quoque noster est, quique nos in fidem clientelam-
que suam suscepit.

SECTIO XIV.

M. VEniamus iam ad tertiam partem.

P. Ea est de fide in Spiritum sanctum.

M. Quid verò nobis confert?

P. Nempe huc spectat, vt nouerimus Deum sicuti nos per Filium
redemit & seruauit ita per Spiritum facere nos huius redemptoris
ac salutis compotes. B. 2.

M. Quomodo?

1. Pet. 1. 2. P. Quemadmodum purgationem habemus in Christi sanguine, sic eo aspergi conscientias nostras necesse est, ut abluantur.

M. Hoc clariori etiamnum expositione indiget.

P. Intelligo Spiritum Dei, dum in cordibus nostris habitat, effice-
re ut Christi virtutem sentiamus. Nam ut Christi beneficia mente
concipiamus, hoc sit Spiritus sancti illuminatione: eius persuasione
sit ut cordibus nostris obsignentur: denique, solus ipse dat illis in no-

Rom. 5.

bis locum. Regenerat nos facitque ut simus nouæ creaturæ. Pro-

Ephes. 1.

inde quæcunque nobis offeruntur in Christo dona, ea Spiritus virtute recipimus.

SECTIO XV.

Lewis. 15. M. PERgamus.

P. Sequitur quarta pars, in qua confitemur nos credere unam sanctam Ecclesiam catholicam.

M. Quid est Ecclesia?

P. Corpus ac societas fidelium, quos Deus ad vitam æternam prædestinavit.

M. Est ne hoc etiam caput creditu necessarium?

P. Imò vero, nisi facere velimus otiosam Christi mortem, & pro nihilo ducere quicquid hactenus relatum est. Hic enim unus est omnium effectus, ut sit Ecclesia.

M. De causa ergo salutis fuisse hactenus tractatum, eiusque fundamen-
 tum ostensum intelligis, quum exponeres, Christi meritis & intercesione nos fuisse in amorem à Deo receptos: & hanc gratiam Spiritus virtute in nobis confirmari. Nunc vero, explicari horum omnium effectum, quod certior ex re ipsa fides constet.

P. Ita res haber.

M. Porro, Ecclesiam quo sensu nominas Sanctam?

Rom. 8. P. Quia scilicet quoscunque elegit Deus, eos iustificat, reformatq; in sanctitatem ac vitæ innocentiam, quod in illis reluceat sua gloria. Atque id est quod vult Paulus, quum admonet, Christum, Ecclesiam quam redemit, sanctificasse, ut sit gloriofa, pura que ab omni macula.

Quid significatur in mem. Catech. M. Quid sibi vult epitheton Catholicæ, vel Universalis?

P. Eo docemur, sicut unum est fidelium omnium caput, ita omnes in unum corpus coalescere oportere, ut una sit Ecclesia per totum orbem diffusa, non plures.

Eph. 4. M. Quid autem valet illud, quod continuo de Sanctorum communione additur?

1. Cor. 12. P. Ad exprimendam clarius, quæ inter Ecclesiæ membra est, unitatem, hoc positum est: simul indicatur quicquid beneficiorum largitur

DE FIDE.

13

tur Deus Ecclesiæ, in commune omnium bonum spectare: quum inter se mutuam omnes communionem habeant.

SECTIO XVI.

M. **V**erum, estne hæc, quam Ecclesiæ tribuis, sanctitas iam perfecta?

E. Nondum, quandiu scilicet in hoc mundo militat. Laborat enim semper infirmitatibus: nec unquam vitiorum reliquis penitus purgabitur, donec Christo suo capiti, à quo sanctificatur, ad plenum adhæreat.

M. Potestne autem hæc Ecclesia aliter cognosci, quam quum fide creditur?

P. Est quidem & visibilis Dei Ecclesia, quam nobis certis indiciis notisque descripsit: sed hic propriè de eorum congregatione agitur, quos arcana sua electione adoptauit in salutem. Ea autem nec cernitur perpetuò oculis, nec signis dignoscitur.

M. Quid deinde sequitur?

P. Credo remissionem peccatorum.

M. Quid tibi Remissionis verbum significat?

P. Deum gratuita sua bonitate ignoscere, ac condonare peccata filibus, ne in iudicium vocentur, aut exigatur de illis pena.

M. Hinc sequitur, nos satisfactionibus propriis nequaquam promereri quam à Domino peccatorum veniam obtinemus,

P. Verum. Unus enim Christus penam soluendo, satisfactione defunctus est. Quantum ad nos, nihil nobis compensationis suppetit, quo Deo afferamus, sed ex mera eius liberalitate gratuitum hoc beneficium recipimus.

M. Cur peccatorum remissionem subnectis Ecclesiæ?

P. Quia eam nemo consequitur, quin & coadunatus fuerit ante populo Dei, & unitatem cum Christi corpore perseveranter ad finem usque colat, eoque modo testatum faciat, verum se esse Ecclesiæ membrum.

M. Hac ratione constituis, extra Ecclesiam non nisi damnationem & exitium esse.

P. Omnidò. Qui enim discessionem faciunt à Christo corpore, factionibusque scindunt eius unitatem, iis spes omnis salutis praecisa est, quantisper manent in eiusmodi dissidio.

SECTIO XVII.

M. **R**ecita quod supereft.

P. Credo resurrectionem carnis, & vitam æternam.

Resurre
tio.

M. Quorsum hoc caput in fidei confessione ponitur?

P. Ut admoneamur non esse sitam in terra nostram felicitatem. Cuius cognitionis duplex est utilitas ac usus. Inde primum docemur, ita hunc mundum nobis incolendum esse tanquam in quinque, ut de migratione assidue cogitemus, nec corda nostra sinamus implicari cogitationibus terrenis. Deinde, ut cuncte adhuc nos lateat, & ab ecclisis nostris absconditus sit fructus gratiae in Christo nobis collatae, ne propterea despondeamus animos, sed patienter sustineamus usque ad diem reuelationis.

M. Quæ porr̄d huius resurrectionis erit series?

I Cor. 15. P. Qui ante mortui fuerint, recipient sua corpora, eadem scilicet quæ gestarunt, sed prædicta noua qualitate, hoc est, non amplius obnoxia mortis nec corruptioni. Qui autem tunc erunt superstites, eos subita mutatione Deus mirabiliter excitabit.

M. Sed eritne piorum simul & impiorum communis?

Ioan. 5. P. Una omnium erit resurreccio; sed conditio diversa. Alij enim in *Mat. 25.* salutem ac beatitudinem resurgent; alij in mortem & extremam misericordiam.

M. Cur ergo sola hic vita æterna commémoratur, inferorum nulla mentio?

P. Quoniam nihil hic nisi quod ad consolationem piarum mentium faciat, habetur: ideo recensentur tantummodo præmia quæ seruis suis Dominus præparauit. Itaque non additur quæ sors impios maneat, quos scimus à regno Dei alienos esse.

S E C T I O . X V I I I .

M. Ex quo fundamentum tenemus, cui inniti fides debet, inde elicere veræ fidei definitionem promptum erit.

Quid sit vera fides. P. Ita est. Sic autem definire licet, ut dicamus certam esse ac stabilem cognitionem paternæ erga nos Dei benevolentiae: sicut per Euangelium Patrem se nobis Christi beneficio, ac saluatorem fore testatur.

M. Eamne concipimus à nobis, an à Deo recipimus?

P. Docet Scriptura singulare esse Dei donum: & experientia id confirmat.

M. Quam mihi experientiam dicas?

P. Nempe rudior est mens nostra, quam ut capere spiritualem Dei sapientiam queat, quæ nobis per fidem reuelatur: & corda nostra propensiora sunt, vel ad diffidentiam, vel ad peruersam nostri & creaturæ confidentiam, quam ut in Deo suopte motu acquiescant. Verum Spiritus sanctus, illuminatione sua, nos ad ea intelligenda reddit idoneos, quæ captum nostrum longè alioqui excederent: nosque ad certam persuasionem format, salutis promissiones cordibus nostris ob-signando.

M. Quid

M. Quid nobis boni oritur ex hac fide, quum semel eam assequuti sumus?

P. Iustificat nos coram Deo, & hac iustitia hæredes nos vitæ æternæ facit. Fides nos iustificat.

M. Quid? annon bonis operibus iustificantur homines, quum sanctè & innocenter viuendo, approbare se Deo student?

P. Si quisquam vsque adeò perfectus inueniretur, meritò censeri iustus posset; verùm quum omnes simus peccatores, multis modis rei coram Deo, aliunde querienda nobis est dignitas, quæ nos illi conciliet.

SECTIO XIX.

M. **V**erum, itanè sordent, & adeò nullius pretij sunt omnia hominum opera, ut gratiam coram Deo prometeri nequeant?

P. Principio, quæcunque à nobis manant, ut nostra propriè dicantur, virtuosa sunt, ac proinde nihil possunt quam Deo disclipere, & ab eo rejici.

M. Dicis ergo, Antequam renati simus, reformatique Dei Spiritu, nihil posse nos quam peccare: quemadmodum arbor mala non nisi malos fructus profert.

P. Prorsus ita est. Nam qualecumque speciem habeant in oculis *Mat. 7.* hominum, mala sunt nihilominus quandiu cor prauum est, quod præcipue Deus intuetur.

M. Hinc constituis non posse nos vllis meritis Deum præuenire, aut prouocare eius beneficentiam: quin potius quicquid tentemus aut aggrediamur operum, nihil quam eius iram magis ac magis in nos accendere.

P. Sic sentio. Itaque mera sua misericordia, nulloque operum respectu nos gratis amplectitur in Christo, acceptosque habet, illius iustitiam nobis acceptam ferendo, acsi nostra esset: peccata vero nostra nobis non imputando.

M. Qualiter ergo dicis iustificari nos fide?

P. Quoniam dum certa cordis fiducia amplectimur Euangelij promissiones, huius quam dico, iustitiae possessionem quodammodo adiupicimur.

M. Hoc ergo vis, iustitiam, ut nobis per Euangeliū offertur à Deo, ita fide à nobis recipi.

P. Sic est.

SECTIO XX.

M. **V**erum, ex quo nos semel amplexus est Deus, annon illi accepta sunt opera quæ Spiritu S. nos dirigente, facimus?

P. Placent illi; non propriæ tamen dignitas meritò, sed quatenus suo fauore liberaliter ea dignatur.

M. Atqui, quam è Spiritu sancto prodeant, annon fauorem promerentur?

P. At non nihil semper inquinamenti ex infirmitate carnis admixtum est, quo vitiantur.

M. Vnde igitur, aut qua ratione fiet, vt Deo placeant?

P. Sola est fides quæ gratiam illis conciliet, quum huic fiduciæ certò innitimus, non ventura esse ad calculum summi iuris, quod Deus ad seueritatis suæ regulam exigere ipsa nolit: sed obiectis eorum vitiis & sordibus Christi puritate consepultis, eo loco habeat, acsi perfecta essent & absoluta.

M. Verùm, an inde colligemus operibus iustificari hominem Christianum, postquam à Deo vocatus est, aut operum merítò consequi, ut à Deo diligatur, cuius dilectio vita aeterna nobis est?

P. 143. P. Nequaquam. Quin potius teneamus quod scriptum est, Neminem mortalium iustificari coram Deo posse, atque ideo deprecemur, ne in iudicium nobiscum intret.

M. Non tamen bona fidelium opera inutilia esse propterea iudicabimus.

P. Minimè verò. Neque enim frustrà mercedem illis Deus, tum in hoc mundo, tum in futura vita pollicetur. Verùm ex gratuito Dei amore, tanquam ex fonte, emergit hæc merces: quia nos scilicet primum amplectitur in filios: deinde, consepulta vitiorum nostrorum memoria, quæ ex nobis prodeunt, fauore prosequitur.

M. Sed ánnē sic à bonis operibus separari hæc iustitia potest, vt qui hanc haberet, illis careat?

P. Fieri hoc nequit. Nam quum recipiamus fide Christum, qualem se nobis offert: ipse verò non liberationem tantum nobis à morte, & reconciliationem cum Deo promittat, sed Spiritus sancti simul gratiam, qua in vitæ nouitatem regeneremur, hæc coniungi necesse est, ne Christum à seipso distrahamus.

M. Hinc sequitur fidem esse radicem ex qua nascentur omnia bona opera: tantum abest vt ab eorum studio nos renocet.

P. Omnino sic est: ac proinde tota Euangelij doctrina duobus his membris continetur, Fide, & Pœnitentia.

S E C T I O X X I .

M. Vid est Pœnitentia?

P. Quidam displicentia odiumque peccati, & amor iustitiae, ex Dei timore profecta, quæ nos ad abnegationem usque nostri, carnisque mortificationem adducant, vt Spiritui Dei regendos nos tradamus,

DE LEGE.

17

ac omnes vitæ nostræ actiones ad Diuinæ voluntatis obsequium comparemus.

M. Hoc verò secundum membrum fuit in diuisione quam initio posuimus, quum tu rationem ostenderes ritè colendi Dei.

P. Verum : ac simul additum fuit veram hanc ac legitimam esse regulam colendi Dei, ut eius voluntati obsequiamur.

M. Qui sic?

P. Quoniam is deus illi probatur cultus, non quem confingere nabis libuerit, sed quem suo ipse arbitrio præscripsit.

DE LEGE.

M. **Q**uam autem viuendi regulam nobis posuit?

P. Legem suam.

M. Quid ea continet?

P. Duabus partibus constat: quarum prior quatuor habet præcepta, altera sex. Ita decem omnino præceptis constat tota Lex. Due partes Legis.

M. Quis huius diuisionis est author?

P. Deus ipse, qui in duas tabulas descriptam Mōsi tradidit, & saepe testatus est redigi decem verba. Exod. 34. Deut. 10.

M. Argumentum prioris tabulæ quale est?

P. De pietatis erga Deum officiis.

M. Secundæ verò?

P. Qualiter sit agendum cum hominibus: & quid illis debeamus.

SECTIO XXII.

M. **R**ecita præceptum vel caput primum.

P. **A**udi Israël: Ego sum Iehoua Deus tuus, qui te eduxi ex terra Aegypti, I. Præceptum. ex domo seruitutis. Non habebis deos alienos coram me. Exod. 20. Deut. 5.

M. Nunc sensum verborum expone.

P. Initio, quadam veluti præfatione uititur in totam Legem. Nam quum Iehouam se nominat, ius sibi vindicat & autoritatem iubendi. Deinde, quod Legi suæ gratiam apud nos conciliaret, addit se Deum esse nostrum. Perinde enim valent haec verba, ac si seruatorem nostrum se vocaret. Hoc autem beneficio quum nos dignatur, par est ut nos illi vicissim exhibeamus in populum obsequentem.

M. Verum, quod continuo de liberatione subjicit & fracto iugo seruitutis Aegyptiacæ, annon ad Israeliticum populum, & eum qui solum, peculiariter spectat?

P. Fateor, quod ad corpus. Verum, est alterum liberationis genus, quod ad omnes peræque homines pertinet. Non enim omnes ex spirituali peccati seruitute, & diaboli tyrannide afferuit.

M. Cur eius rei meminit, quum in Legem suam præfari vellet?

C

P. Ut nos commonefaciat summæ ingratitudinis reos fore, nisi totos illi nos in obsequium addixerimus.

M. Quid autem hoc primo capite exigit?

Summa 1. P. Ut suumilli soli honorem in solidum afferamus, neque ullam *precipi*. eius partem transferamus aliò.

M. Quis honor illius est proprius, quem aliò transcribere sit nefas?

P. Eum adorare, collocare in ipso nostram fiduciam, inuocare ipsum, illi denique omnia deferre quæ in eius maiestatem competit.

M. Quorsum hæc particula adjecta est. Coram facie mea?

P. Quum nihil tam reconditum sit quod eum lateat, sitque occultarum cogitationum cognitor ac iudex: significat se non externæ modò confessionis honorem require, sed veram quoque pietatem cordis.

S E C T I O XXIII.

II. præc- M. **T**ranseamus ad secundum caput.
plum. P. Non sculps tibi simulachrum, neque imaginem ullam effinges eorum
que aut in cælo sunt sursum, aut deorsum in terra, aut in aquâ sub terra. Non ade-
rabis ea, neque coles.

M. Prohibetne in totum, ne aliquæ pingantur aut sculptantur
imagines?

Deut. 4. P. Non; sed duo tantum hic vetat. Ne quas faciamus imagines vel
Isa. 41. Dei effingendi, vel adorandi causa.

Rom. 1. M. Cur Deum non licet visibili figura exprimere?

Aet. 17. P. Quia nihil inter eum qui Spiritus est æternus, incomprehen-
sibilis, & corpoream, corruptibilem, mortuamque figuram simile est.

M. Injuriam ergo fieri censes eius maiestati, quum in hunc mo-
dum repræsentatur.

P. Sic sentio.

M. Quænam hic adorationis species damnatur?

P. Quum ad statuam vel imaginem nos conuertimus precaturi,
coram ea nos prosterminus genuum flexione, aut aliis signis exhibe-
mus illi honorem, ac si Deus illis se nobis repræsentaret.

M. Non ergo quamlibet simpliciter picturam vel sculpturam his
verbis damnari intelligendum est: sed tantum imagines prohibemur
facere in hunc finem ut in illis Deum vel quereramus, vel colamus, siue
(quod idem est) eas colamus in Dei honorem, aut quoquo modo illis
ad superstitionem & idolatriam abutamur.

P. Verum.

M. Nunc in quem finem caput hoc referemus.

P. Quemadmodum superiore vnum se esse denuntiauit, quem coli
opor-

oporteat & adorari : ita nunc quæ recta sit adorationis forma ostendit, quod nos ab omni superstitione, aliisque vitiis & carnalibus & fragmentis reuocet.

SECTIO XXIV.

M. **P**ergamus.

P. Sanctionem adjungit: Se Iehouam esse Deum nostrum, fortē, zelotypum, qui vindicet iniquitatem patrum in filios, usque in tertiam & quartam generationem eorum qui se oderint.

M. Cur mentionem fortitudinis suæ facit?

P. Eo significat se ad gloriam suam vindicandam satis habere potentia.

M. Quid zelotypiæ vocabulo indicat?

P. Aequalem aut socium ferre non posse. Nam ut se nobis pro infinita sua bonitate donavit, ita nos vult esse pro rursus suos. Atque haec animarum nostrarum est castitas, illi dicatas esse, & penitus adhaerere: sicut rursum adulterio pollui dicuntur, dum ab eo ad superstitionem deflectunt.

M. Quo sensu hoc dictum est, Vlscisci patrum iniquitatem in filios?

P. Quod plus nobis incutiat terroris, non tantum de iis qui offendint, penas sumpturum se minatur, sed eorum quoque sobolem fore maledictam.

M. Atqui an hoc Dei æquitati consentaneum est, quemquam punire ob alterius noxam?

P. Si qualis sit humani generis conditio reputamus, soluta erit quæstio. Natura enim maledictioni obnoxij sumus omnes: nec est quod de Deo conqueramur, quum in hac sorte nos relinquit. Iam vero, sicut suam erga pios dilectionem eorum posteritati benedicendo demonstrat: ita suam aduersus impios vindictam, eorum filios hac benedictione priuando, exequitur.

M. Prosequere.

Quo nos amabili etiam suavitate alliciat, misericordia usurum se promittit in mille generationes erga omnes qui se diligunt, suaque mandata obseruant.

M. Intelligitne pij hominis innocentiam posteris omnibus, quantus impius, saluti fore?

P. Nequaquam. Sed hoc modo suam benignitatem ed usque se effusurum erga fideles, ut in eorum gratiam, liberis quoque se beneficium exhibeat: non tantum res eorum prosperando, quod ad præsentem vitam, sed animas quoque ipsorum sanctificando, quod in grege o: suo censeantur.

M. Atqui hoc perpetuum non esse appetet.

P. Fateor. Quemadmodum enim liberum hoc sibi retinet, ut misericordem se, quum libuerit, impiorum liberis exhibeat, ita suam gratiam non adeo adstrinxit fidelium liberis, quin pro suo arbitrio repudiet ex illis quos visum fuerit: sic tamen id temperat, ut promissionem hanc non vanam esse nec fallacem constet.

M. Cur mille hic generationes, in pœnæ verò damnatione tres duntaxat aut quatuor nominat?

P. Quod significet, se ad humanitatem magis & clementiam, quam *Exod. 34.* ad severitatem propensum esse: sicut etiam alibi testatur, quum se ad *Psal. 103.* ignoscendum facilem esse dicit, tardum verò ad iram.

S E C T I O X X V .

M. **I** Am ad tertium.

III. precepitum. P. **N**on usurpabis nomen Iehouæ Dei tui frustra.

M. **Q**uis sensus?

De iura mentio. P. Verat ne Dei nomine abutamur, non peierando tantum, sed præter necessitatem iurando.

M. Estne aliquis nominis Dei vsus legitimus in iure iurando?

P. Imò verò: quum adhibetur ex iusta causa. Primum assertendæ veritatis: deinde, quum eius momenti est negotium, ut iurate par sit, ad mutuam inter homines tuendam charitatem & concordiam.

M. Verùm, annon longius spectat, quam ad cohibenda iuramenta, quibus profanatur Dei nomen, aut imminuitur eius honos?

P. Proposita vna specie, in vniuersum nos admonet, ne vnuquam in medium à nobis proferatur Dei nomen, nisi cum timore ac reuerentia, & in eum finem, ut gloriosum appareat. Nam quum sit sacro-sanctum, cauere debemus omnibus modis, ne aut ipsum contemptui habere videamus, aut aliis occasionem contempnendi præbeamus.

M. **Q**uomodo hoc fieri?

P. Si de eo eiusque operibus non aliter cogitemus aut loquamur, quam in eius honorem.

M. **Q**uid sequitur?

P. Sanctio, qua non fore innocentem denuntiat, qui nomen suum in vanum usu pauerit.

M. Quum alibi pronuntiet, se in Legis suæ transgressores vindicaturum, quid hic amplius continetur?

P. Eo voluit indicare, quanti nominis sui gloriam faciat: quod eius studiosiores simus, dum videmus paratam fore ultione, si quis eam profanauerit.

S E C T I O

SECTIO XXVI.

M. **V**eniamus ad quartum præceptum.

P. Recordare diem sabbathi, ut cum sanctifices. Sex diebus operaberis, & facies omne opus tuum : septimus vero sabbathum est Domini Dei tui, caput. Non facies in eo ullam opus, nec seruas tuus, nec ancilla, neque bos, neque asinus, neque inquilinus qui habitat inter portas tuas. Nam sex diebus perfecit Deus calum, terram, & mare, & quicquid in illis continetur: septimo quieuit. Itaque benedixit dominus sabbathi, & eum sanctum sibi segregauit.

M. Iubetne sex diebus laborare ut septimo quiescamus?

P. Non simpliciter: verum, sex dies hominum laboribus permettentes, septimum excipit, ut quieti destinetur.

M. An quemuis laborem nobis interdicit?

P. Hoc præceptum separatam & peculiarem habet rationem: si quidem quietis obseruatio, pars est veterum ceremoniarum. Itaque Christi aduentu abrogata fuit.

M. Dicisne præceptum hoc ad Iudeos propriè spectare, ideoque temporarium duntaxat fuisse?

P. Nempe quatenus ceremoniale est.

M. Quid ergo subiecte aliquid præter ceremoniam?

P. Tribus ex causis datum fuit.

M. Cedò mihi eas?

P. An spiritualem quietem figurandam: ad conseruationem politiae Ecclesiasticae: ad seruorum subleuationem.

M. Quid per spiritualem quietem intelligis?

P. Dum à propriis operibus feriamur, quod Deus in nobis sua opera peragat.

M. Quae porro feriandi ratio?

P. Si carnem nostram crucifigimus, hoc est, renuntiamus nostro ingenio, ut Dei Spiritu gubernemur.

M. An id septimo quoque die fieri satis est?

P. Imò continenter. Nam ex quo semel cœperimus, pergendum est toto vitæ cursu.

M. Cur eius significationi destinatur certus dies?

P. Nihil necesse est per omnia congruere veritatem cum figura, modò conueniat quantum satis est ad rationem figurandi.

M. Curtamen septimus potius dies præscribitur, quam aliis quilibet?

P. Numerus hic perfectionem in Scriptura designat: itaque ad notandam perpetuitatem aptus est: simul indicat spiritualem hanc quietem inchoari duntaxat in hac vita, nec ante perfectam fore, donec è mundo migremus.

SECTIO XXVII.

M. **V**erum, quid hoc sibi vult, quod suo nos exemplo ad quietendum hortatur Dominus?

P. Quum mundi creationi finem intra ses dies imposuisset, septimum operum suorum considerationi dicauit. Ad id quod nos acius stimulet, suum nobis exemplum proponit. Nihil enim magis expetendum, quam ut nos ad eius imaginem formemur.

M. Verum, continuane esse debet operum Dei meditatio, an ex septenis quibusque debus unum illi destinari sufficit?

P. Exerceri quidem nos quotidie in ea decet: verum imbecillitas nostrae causa, dies unus peculiariter statuitur. Atque haec politia est, quam dixi.

M. Quis igitur eo die seruandus est ordo?

P. Ut populus ad audiendam Christi doctrinam, ad frequentandas publicas preces, ad edendam fidei sue professionem conueniat.

M. Nunc expone quod dixisti, Dominum hoc præcepto, seruorum quoque subleuationi prospicere voluisse.

P. Ut iis qui sub aliena potestate sunt, aliquid laxamenti detur. Quinetiam hoc ad retinendam communem politiam valet. Nam vbi dies unus quieti assignatur, ita se quisque ad laborandum in reliquum temporis assuefacit.

M. Videamus iam quatenus ad nos spectet hoc mandatum.

Coloff. 2 P. Quod ad ceremoniam, quum in Christo extiterit eius veritas, abrogatam esse dico.

M. Quomodo?

Rom. 8. P. Nempe, quia mortis eius virtute vetus homo noster crucifigitur, nosque excitamur in vitae nouitatem.

M. Quid ergo ex præcepto nobis restat?

P. Ne sancta instituta, quæ ad spiritualem Ecclesiæ politiam faciunt, negligamus: præsertim vero ut sacros conuentus ad audiendum Dei sermonem, ad mysteria celebranda, ad solennes preces, sicut erunt ordinati, frequentemus.

M. Atqui, nihilne amplius figura nobis conductit?

P. Imò vero. Ad suam enim veritatem reuocanda est. Ut scilicet insiti in corpus Christi, factique eius membra, desinamus à propriis operibus, atque ita Dei gubernationi nos resignemus.

SECTIO XXVIII.

M. **T**ransferimus ad alteram Tabulam.

P. **E**ius initium est,

Honor à

Honora patrem & matrem.

*V. p. re et
pium.*

M. Quid tibi significat hic vox Honoris.

P. Ut cum modestia & humilitate morigeri sint & obsequentes filii parentibus, ut eos reuerenter colant: ut iuuent in necessitate, sua- que illis operas impendant. His enim tribus membris continetur, qui debetur parentibus honor.

M. Perge modò.

P. Adjicitur mandato promissio.

*Vt proregentur dies tui super terram, quam daturus est tibi Dominus
Deus tuus.*

M. Quid sensus?

P. Diu beneficio Dei victuros, qui debitum parentibus ho- norem præstiterint.

M. Quum tot ærumnis referta sit hæc vita, cur beneficii loco, lon-
gameius durationem nobis pollicetur Deus? *Vita lon-*
ga.

P. Quantiscunque miseriis sit obnoxia, Dei tamen benedictio est erga fideles, vel hac vna de causa, quod paterni eius fauoris argumen- tum est, dum eos hic alit & conseruat.

M. Sequiturne è conuerso, eum qui citò & ante iustum ætatem ex hoc mundo eripitur, à Deo maledictum esse.

P. Minime. Quin potius accidit interdum, ut quod quisque magis diligitur à Deo, eo citius recipiatur ex hac vita.

M. Atqui sic agendo, qualiter promissioni suæ satisfacit?

P. Quicquid nobis terrestrium bonorum Deus promittit, sub hac conditione accipere conuenit, quatenus in bonum animæ nostræ sa- lutemque expedit. Eset enim ordo valde præposterus, nisi semper antecederet animæ ratio.

M. Quid de iis qui parentibus fuerint contumaces?

P. Non in extremo tantum iudicio punientur, sed hic quoque in eorum corpora Deus vindicabit, aut hinc omnes tollendo in medio ætatis flore, aut ignominioso mortis genere plectendo, aut aliis modis.

M. Verùm, annon de terra Chanaan nominatim promissio lo- quitur?

P. Sic est: quantum ad Israelitas spectat. At nobis hoc verbum *Psal. 24.* latius patet, ac extendi debet. Quamcumque enim regionem incola- & in- mus, quum Domini sit totus orbis, eam nobis assignat possidendum.

M. Nihilne amplius restat de præcepto?

P. Quanquam non nisi de patre & matre verba sonant, intelligen- di sunt tamen omnes qui nobis præsunt, quando eadem ipsorum est ratio.

M. Quænam illa?

Rom. 13. P. Nempe quia Dominus eos in superiorem honoris gradum extulerit. Nulla enim est vel parentum, vel principum, vel præfectorum quorumlibet authoritas, nullum imperium, nullus honor, nisi ex D. i decreto, quia mundum sic illi placet ordinare.

S E C T I O X X I X .

VI. præceptum. M. Ecita sextum.

P. Non occides.

M. Nihilne aliud vetat, quam cædes perpetrare?

P. Imò vero. Nam quum hic loquatur Deus, non exterius tantum operibus legem dicit, sed animi etiam affectibus, adeoque his potissimum.

M. Videris subindicare genus esse quoddam arcanæ cædis, à quo hic nos Deus reuocat?

P. Sic est. Ita enim, & odium, & quævis nocendi cupiditas, cædes coram Deo censetur.

M. Satisne defuncti sumus, si neminem prosequamur odio?

P. Nequaquam: siquidem Dominus odium damnando, & nos arundo à quavis noxa, qua proximus noster lædatur, simul hoc se exigere ostendit, ut omnes mortales ex animo diligamus, ac fideliter ipsis tuendis conseruandisque studeamus?

VII. præceptum. M. Iam ad septimum.

P. Non mæchaberis.

M. Expone quæ sit summa.

P. Scortationem quamlibet maledictam esse coram Deo. Proinde, nisi iram Dei velimus in nos prouocare, ab illa esse diligenter abstinentum.

M. Nihilne præterea requirit?

P. Respicienda semper est natura Legislatoris, quem diximus non externo modo operi immorari, sed animi positus affectibus esse intentum.

M. Quid ergo plus comprehendit?

1. Cor. 3. P. Ex quo tum corpora nostra, tum animæ tempia sunt Spiritus sancti, ut castam utrisque puritatem præstemus: ac proinde non exteri tantum flagitiis abstinentia pudici quoque sumus, sed etiam corde, verbis, gestu denique corporis & actione. Denique corpus ab omni lascivia purum sit, animus ab omni libidine: ut nulla pars nostri impudicitiae sordibus sit inquinata.

S E C T I O .

SECTIO XXX.

M. **V**eniamus ad octauum.

P. **N**on furaberis.

M. Eâne tantum furtâ prohibet, quæ humanis legibus puniuntur, *VIII.*
an longius procedit?

P. Malas omne genus fraudandi, circumueniendi que artes, qui-
bus aliena bona aucupamur, sub Furti nomine complectitur. Hic er-
go vetamur, tum violenter inuolare in bona proximorum, tum per va-
friciem & dolum illis manum iniicere, tum aliis quibuscumque obli-
quis rationibus ad illa occupanda conari.

M. Satisne est manus abstinere à maleficio, an cupiditas etiam hîc
damnatur?

P. Huc semper est redeundum: quum spiritu italis sit Legislator, *Furium*
non externa tantum furtâ coercere eum velle, sed omnia simul consi-
lia & studia quæ aliis omnino incommodant: atque ipsam in primis
cupiditatem, ne ditescere cum iactura fratum expetamus.

M. Quid ergo agendum est, vt præcepto pareamus?

P. Danda est opera, vt suum cuique saluum sit.

M. Nonum præceptum quod est?

P. *N*on iris aduersus proximum tuum testiu mendax.

M. Prohibétns peierare in foro duntaxat, an in vniuersum mentiri *cepum.*
aduersus proximos?

P. Sub specie vna comprehenditur doctrina generalis, ne falsò
proximum calumniemur, néve maledicentia nostra & obtrectationi-
bus lædamus eius famam, aut aliquam illi noxam afferamus in suis
bonis.

M. Cur autem nominatim exprimit publica periuria?

P. Quò maiorem nobis huius vitiij horrorem incutiat. Inuit
enim, si quis maledicentia & calumniis assueuerit, inde ad periuria
procluem fore lapsum, si occasio data fuerit proximi infamandi.

M. Vultne à maledicendo tantum nos arcere, an etiam à malis sus-
pcionibus, sinistrisque & iniquis iudiciis?

P. Vt runque, secundum rationem ante adductam, hic damnat.
Nam quod agere coram hominibus malum est, malum est coram Deo
etiam velle.

M. Ergo quid in summa velit, expone.

P. Ne ad malè sentiendum de proximis, néve ad eos infaman-
dos propensi simus, vetat: quin potius, hac nos æquitate & humani-
tate præditos esse iubet, vt de illis, quantum veritas patitur, bene sen-
tiamus, suamque eis existimationem integrâ tueri studeamus.

SECTIO XXXI.

M. **R**ecita ultimum.
 X. præcep- P. *Non concupisces domum proximi tui: non concupisces uxorem proximi
tuum. non seruum, non ancillam, non bouem, non asinum, nec quicquam aliud quod ipsius sit.*

M. Quum spiritualis sit tota Lex, sicut etiam ante toties dixisti, nec tantum coercendis externis operibus, sed corrigendis etiam animi affectibus posita sint superiora præcepta, quid hic amplius additur?

P. Reliquis præceptis voluntates atque affectus regere & moderari voluit Dominus: hic verò etiam cogitationibus, quæ nonnullam cupiditatem secum trahunt, neque tamen perueniunt ad statam usque deliberationem, legem imponit.

M. Dicisne minimas quasque cupiditates, quæ fidelibus obrepant, & ipsis veniant in mentem, peccata esse, etiam si resistant potius quam assentiantur?

P. Constat certè prauas omnes cogitationes, etiam si non accedat consensus, ex naturæ nostræ virtio prodire. Verum, hoc tantum dico: damnari hoc præcepto vitiosas cupiditates, quæ ita cor hominis trillant ac solicitant, ut tamen non pertrahant ad firmam deliberatamque voluntatem.

M. Hactenus ergo malos quidem affectus, quibus acquiescunt homines, & subigendos se permittunt, prohibitos fuisse intelligis: nunc verò tam exactam integritatem à nobis requiri, ut nullam peruersam cupiditatem corda nostra admittant, quæ ad peccatum stimulentur.

P. Sic est.

M. Licetne iam breue totius Legis compendium colligere?

P. Maximè: siquidem eam in duo capita redigamus. Prius est, ut Deum amemus ex toto corde, ex tota anima, ex totis viribus; alterum, ut proximos diligamus perinde ac nosmetipso.

M. Quid sub Dei amore continetur?

P. Amare ipsum, sicuti Deum amare deceat: nempe ut simul & Dominus, & Pater, & Seruator agnoscatur. Itaque Dei amori adjuncta est eius reverentia, voluntas illi obsequendi, fiducia quæ in ipso collaudanda est.

M. Quid per totum cor, totam animam, & totas vires intelligis?

P. Eam zeli vehementiam, ut nullis prorsus cogitationibus, nullis desideriis, nullis studiis sit in nobis locus, quæ huic amori aduersentur.

SECTIO XXXII.

M. **Q**uis secundi capituli est sensus?

P. Quemadmodum naturā adeo propensi ad nos amandos sumus, ut hi affectus alios omnes supererit: ita proximorum charitatem sic regnare in nobis decet, ut nos omni ex parte gubernet: sique omnium & consiliorum, & operum regula.

M. Quid Proximi tibi nomen significat?

P. Non cognatos modò & amicos, aut qui aliqua nobiscum necessitudine sunt coniuncti, sed etiam eos qui nobis incogniti sunt, adeoque inimicos.

M. Quid autem illi coniunctionis nobiscum habent?

P. Nimirum coniuncti sunt eo vinculo, quo vniuersum hominum genus Deus simul colligauit. Est autem id sacrosanctum & inuiolabile, quod nullius prauitatem aboleri potest.

M. Dicis igitur, si nos quispiam oderit, esse hoc eius proprium: manere nihilominus ipsum nobis proximum eoque loco à nobis habendum esse: quia stat inuiolabilis Dei ordo, quo hæc inter nos coniunctione sancita est.

P. Sic est.

M. Quum formam Dei ritè colendi Lex ostendat, nonne prorsus secundum eius præscriptum viuendum est?

P. Verum id quidem est: atqui ea imbecillitate laborant omnes, vt nemo quod debet, omni ex parte impletat.

M. Cur ergo eam à nobis perfectionem exigit Deus, quæ sit facultate nostra superior?

P. Nihil exigit cui præstanto non simus obstrati. Cæterum, modò ad eam quæ hic præscribitur, viuendi formam evitamus, etiam si p: ocul absimus à scopo, hoc est à perfectione, Dominus quod deest nobis ignoscit.

M. De hominibusne vniuersis in genere loqueris, an de fidelibus duntaxat?

P. Qui Dei Spiritu nondum est regenitus, ne ad minimum quidem Legis apicem inchoandum erit idoneus. Præterea, si quem demus inueniri, qui aliqua ex parte Legi obtemperet, non tamen ideo coram Deo defunctum iudicabimus. Nam maledictos pronunciat omnes, qui non omnia impleuerint quæ in ea continentur. *Deut. 27. Gal. 3.*

SECTIO XXXIII.

M. **H**inc statuendum est, sicuti duo sunt nominum genera, ita duplex esse Legis officium,

Rom.3. P. Omnino. Nam apud incredulos nihil aliud efficit, nisi quod excusationem illis omnem præcludit coram Deo : atque id est quod significat Paulus, quum eam vocat ministerium mortis & damnationis. Erga fideles longè alium usum habet.

M. Quem?

Legis v. sui. P. Principio, dum iustitiam operibus consequi se non posse ex ea discunt, ad humilitatem hoc modo erudiuntur: quæ verâ est ad quærendam in Christo salutem præparatio. Deinde, quatenus plus multe exigit ab ipsis quam sint præstanto, eos ad petendam à Domino virtutem sollicitat, simulque perpetui reatus commonefacit, ne superbitore audeant. Postremo, frænis instar illis est, quo in Dei timore retinentur.

Rom.5. M. Tame si ergo in hac terrena peregrinatione Legi nunquam satisfacimus, non tamen hoc superuacuum esse censemus, quod tam exactam à nobis perfectionem flagitet. Scopum enim ad quem nos collimare, & metam ad quam nos eniti conuenit, demonstrat: ut quisque nostrum pro modo collatæ sibi gratiæ, ad summam restitudinem vitam suam componere, & maiores subinde progressus facere assiduo studio conetur.

P. Sic sentio.

Obedientia Legis. M. Annon perfectam in lege omnis iustitiae regulam habemus?

1. Sam.15. P. Et quidem adeò, vt nihil velit aliud Deus à nobis, nisi vt eam sequamur: rursum verò irritum habeat ac repudiet quicquid præter eius præscriptum suscipimus. Neque enim aliud sacrificium acceptum habet, quam inobedientiam.

M. Quorsum igitur tot admonitiones, præcepta, exhortationes, quibus passim vtuntur tum Prophetæ, tum Apostoli?

P. Nihil quam meræ Legis expositiones sunt, quæ ad legis obedientiam nos manducunt potius quam ab ea abducant.

M. Atqui de priuata cuiusque vocatione nihil p. æcipit.

P. Quum reddere cuique quod suum est, iubet, inde colligere promptum est, quæ sint priuatum in ordine suo, vitæque generi cuiusque partes. Et extant passim in Scriptura, quemadmodum dictum est, sparsæ singulorum præceptorum expositiones. Nam quod hic Dominus summatim complexus est præcisis verbis, alibi fusius & plenius exequitur.

D E O R A T I O N E.

S E C T I O X X X I V .

M. Quamum de secunda parte divini cultus, quæ in obsequiis obedientiaque sita est, satis disputatum fuerit, iam de tercia parte differamus.

P. Dixa-

P. Diximus Inuocationem esse, quum ad ipsum in quauis necessitate confugimus.

M. Eūmne solum censes inuocandum esse?

P. Omnino. Id enim exigit tanquam proprium numinis sui cultum.

M. Siita res habet, quonam licebit modo homines ad opem nobis ferendam implorare?

P. Magnum verò inter hæc duo discrimen est. Deum enim cum inuocamus, testamur nihil nos aliunde boni expectare, nec alibi nos collocare totum nostrum præsidium: interea tamen auxilia, quoad nobis permittit, facultatemque illis nos adjuandi contulit, querimus.

M. Quod ergo ad hominum opem fidemque confugimus, nihil obstat dicis, quominus vnum inuocemus Deum, quum fiducia in eos nostra minime recumbat: nec aliter imploremus ipsos, nisi quia benefaciendi facultate eos instruendo, beneficentiae suæ ministros nobis quodammodo destinauit Deus: quorum per manus adjuuare nos, & quæ apud illos deposita subsidia, erogare nobis velit.

P. Sic sentio. Ac proinde quicquid ab illis beneficiorum percipimus, Deo acceptum referre conuenit: sicuti re vera, vnum ipse illa omnia nobis eorum ministerio largitur.

M. Veūm, annon hominibus tamen, quoties aliquid in nos officij contulerunt, habenda est gratia? Id enim ipsa naturæ æquitas, & lex humanitatis dictat.

P. Habenda prorsus, vel ob vnam hanc causam, quod hoc ipsos honore dignatur Deus, ut quæ ex liberalitatis suæ fonte inexhausto fluunt bona, per eorum manus, tanquam per riuos, ad nos deriuet. Hac enim ratione nos illis obstringit: atque id ipsum vult nos agnoscere. Itaque qui se hominibus gratum non præbet, suam in Deum quoque ingratitudinem hoc modo prodit.

M. Hincne licebit colligere, perperam inuocari tum angelos, tum sanctos Domini seruos, qui ex hac vita demigcarunt?

P. Licebit. Neque enim sanctis has partes attribuit Deus, vt nobis opitulentur. Quantum verò ad Angelos spectat, tametsi eorum utilitatem opera in salutem nostram, non tamen à nobis vult implorari.

M. Quicquid ergo ad ordinem à Deo institutum ante congruerer que non quadrat, id cum eius voluntate pugnare dicas.

P. Sic est. Certum enim infidelitatis signum est, iis quæ dat nobis Deus, non esse contentos. Deinde si in Sanctorum, Angelorumve fidem nos conferamus, vbi nos ad se vnum Deus vocat, partemque fiduciæ, quæ tota residere in solo Deo debuerat, transferamus in ipsos, in idolatriam prolabimur: quum scilicet partiamur inter eos, quod sibi Deus in solidum vni vindicabat.

*De inuocatione
Sanctorum
et Angelorum.*

SECTIO XXXV.

M. **N**Vnc de orandi ratione tractemus. Sufficitne ad orandum lingua: an mentem etiam & cor requirit oratio?

P. Lingua quidem non semper necessaria est: intelligentia verò & affectu nunquam carere potest vera oratio.

M. Quo mihi argumento hoc probabis?

P. Quandoquidem Deus spiritus est, cum alias semper cor ab hominibus exigit, tum verò in oratione præsertim, qua cum ipso sua vota communicant. Quamobrem nonnisi iis qui eum in veritate inuocauerint, propinquum se fore pollicetur: ex aduerso autem execratur

Psal. 145. omnes & maledicit, qui per fictionem & non ex animo precantur.
Isa. 29.

M. Vanae ergo & nihil erunt preces, quæcumque lingua tantum conceptæ fuerint.

P. Non id modò, sed Deo etiam summopere displicebunt.

M. Qualem in oratione affectum exigit Deus?

P. Primum, vt inopiam miserasque nostras sentiamus: vtque is sensus mœtorem in animis nostris & anxietatem generet: deinde vt vehementi serioque obtinenda à Deo gratiæ desiderio æstuemus, quod precandi quoque ardorem in nobis accendat.

M. A natuone hominibus ingenio manat hic affectus, an à Dei gratia illis prouenit?

Rem. 8. P. Deum hic nobis subuenire necesse est: nos enim ad utrumque prorsus sumus stupidi. Spiritus Dei est, qui inenarrabiles gemitus excitat in nobis, animosque nostros format in hæc desideria quæ in oratione requiruntur, vt ait Paulus.
Gal. 4.

M. Eone spectat hæc doctrina, vt resudes & quodammodo oscitantes motum Spiritus expectemus, nec se quisque ad orandum sollicitet?

P. Minimè verò. Quin hic potius est finis, vt dum frigere se, & ad orandum pigros, vel minus bene comparatos sentiunt fideles, ad Deum protinus configiant, seque inflammari postulent igneis Spiritus eius aculeis, quòd ad orandum reddantur idonei.

M. Non tamen intelligis nullum in precibus esse linguæ usum.

P. Nequaquam: est enim sæpe adjumento ad subleuandam retinendamque mentem, ne tam facile à Deo abstrahatur. Præterea, quum ad illustrandam Dei gloriam creata sit præ aliis membris, totam eius facultatem in hunc usum explicari par est. Ad hæc hominem interdum studij vehementia huc impellit, vt præter consilium lingua in vocem prorumpat.

M. Si ita est, quid proficiunt qui exotica lingua sibi que non intellecta orant?

P. Id

P. Id verò nihil est aliud quām cum Deo ludere. Ergo à Christia-^{1 Cor. 14.}
nis facest hæc hypocrisis.

S E C T I O X X X V I .

M. **V**erum, quum precamur, facimusne id fortuitò, de successu
incertian verò constitutum id certò habere nos oportet,
exaudimus nos iri à Domino?

P. Hoc perpetuum sit orationis fundamentum, exauditum nos iri ^{Certe si-}
à Domino, & quicquid petierimus, impetraturos, quatenus nobis ^{ducia o-}
conducet. Hac ratione docet Paulus, ex fide manare rectam inuenatio- ^{randum.}
nem Dei. Nam rite nemo unquam ipsum inuocabit, nisi qui in certa ^{Rom. 10.}
bonitatis eius fiducia priùs acquieuerit.

M. Quid ergo his fieri qui hæsitantes orant, nec in animis suis sta-
tuunt quid sint orando profecturi, imò incerti sunt, audiantur néctre
à Deo suæ preces?

P. Vanæ sunt ac irritæ ipsorum preces, quum nulla promissione
sint suffultæ. Iubemur enim certa fide petere: & promissio additur, ^{Matt. 12.}
quicquid credentes petierimus, id nobis datum iri. ^{Marc. 11.}

M. Restat ut videamus unde nobis tantum confidentiæ, vt quum
tot modis indigni sumus Dei conspectu, sistere nos tamen coram ipso ^{Psalm. 50.}
audeamus.

P. Primum habemus promissiones, quibus simpliciter, omissâ di- ^{145.}
gnitatis nostræ ratione standum est. Deinde, si filii Dei sumus, animat ^{Isa. 30.}
nos Spiritus eius, atque instigat, vt ad eum tanquam ad Patrem, fami- ^{Ch. 65.}
liariter nos recipere nihil dubitemus. Ac ne ideo quòd instar ver- ^{Ier. 29.}
mium sumus, & conscientia premimur nostrorum peccatorum, mai- ^{Ioh. 2.}
starem eius gloriosam horreamus. Mediatorem nobis proponit Chri- ^{Mat. 6.}
stum, quo nobis aditum patefaciente, de obtinenda gratia minimè si- ^{1. Tim. 2.}
mus auxii. ^{Hebr. 4.1}
^{1. Ioh. 2.}

M. Intelligis nonnisi vnius Christi nomine inuocandum esse ^{Ioan. 14.}
Deum?

P. Sic sentio. Nam & disertis verbis ita nobis præcipitur: & addi-
tur promissio, facturum sua intercessione, vt consequamur quæ pe-
timus.

M. Non ergo temeritatis aut arrogantiæ accusandus est, qui hoc
aduocato fætus, ad Deum familiariter accedit: & hunc Deo & sibi
proponit solum, per quem exaudiatur.

P. Nullo modo. Nam qui sic orat, tanquam ex illius ore preces ^{Rom. 8.}
concipit, quum eius patrocinio adiuuari suam orationem, commen-
darique sciat.

SECTIO XXXVII.

M. **T**raestemus iam quid continere fidelium preces debeant.
Licetne quicquid in mentem nobis venit, à Deo postulare,
an certa hīc tenenda est regula?

P. Hæc verò nimis præpostera esset orandi ratio, indulgere pro-
priis desideriis, carnisque iudicio. Nam & rudiiores sumus, quām ut
possimus iudicare quid nobis expidias: & ea cupiditatum intempe-
rie laboramus, quæ fræno cohiberi necesse habeat.

M. Quid proinde opus est facto?

P. Hoc restat vnum, vt Deus ipse rectam orandi formam nobis
præscribat: vt tantum manudentem sequamur, & quasi verba præ-
euentem.

M. Quam nobis legem præscripsit?

P. Ampla quidem & copiosa passim in Scripturis huius rei do-
ctrina traditur: verum, quod certiorem præfigeret scopum, formulam
composuit, & quasi dictauit, qua quicquid à Deo petere fas est, ac no-
strâ refert, breuiter complexus est, & in pauca capita digessit.

M. Recita.

Matt. 6. Luc. 11. Oratio Domini ca. P. Rogamus à discipulis Dominus noster Christus, quoniam oran-
dum esset modo, respondit, Quum volueritis orare, sic dicite,

Pater noster qui es in celo, Sanctificetur nomen tuum: Adueniat regnum tuum:
Fiat voluntas tua in terra, sicut in celo: Panem nostrum quotidianum da nobis ho-
die: Et remitte nobis debita nostra, sicut nos quoque remittimus debitoribus nostris:
Et ne nos inducas in temptationem, sed libera nos à malo. Quia tuum est regnum, &
potentia, & gloria in secula. Amen.

M. Quod melius intelligamus quid contineat, eam in capita par-
tiamur.

Dimissi Orationis Domini ca. P. Sex habet partes: quarum tres priores solam Dei gloriam, non
habita nostri ratione, tanquam proprium suum finem respiciunt: reli-
quæ ad nos, utilitatemque nostram spectant.

M. Eigōne petendum est à Deo quicquam vnde nihil ad nos boni
redeat?

P. Ipse quidem, pro infinita sua bonitate, sic componit omnia, vt
nihil cedat in ipsis gloria, quin nobis quoque sit salutare. Itaque
quum sanctificatur eius nomen, vt nobis quoque in sanctificationem
vertatur, efficit: non aduenit eius regnum, quin si nus quodammodo
eius participes. Verum, in optandis his omnibus, sola meius gloriam,
præterita nostra utilitate, intueri conuenit.

M. Nempe secundum hanc doctrinam, tria hæc postulata cum uti-
litate quidem nostra coniuncta sunt, non tamen in aliud scopum col-
limare debent, quām ut glorificetur Dei nomen,

P. Sic

P. Sic sita quæ adeo in reliquo etiam in aliis eadem gloria et
re nobis esse debet; ut cunque illis, quæ in rem ac salutem nostram sunt,
optandis, proprie sunt destinata.

SECTIO XXXVIII.

M. **N**unc ad verborum explicationem pergamus: ac principio,
cum Patis nomen hic potius quam aliud quodvis Deo
tribuitur?

P. Quin ad rectam orandi rationem in primis requiratur secura *Quid va-*
conscientiae fiducia, nomen hoc assumit Deus, quod nihil nisi meram let Patris
suavitatem sonat: ita ut excusa ex animis nostris omni anxietate, ad nomen.
se familiariter implorandum nos inuitet.

M. Ergo ne Deum audēbimus sine difficultate recta adire, ut filii
parentes solent?

P. Omnidè: quinetiam multo certiore obtinendi quod petimus *Matt. 7.*
fiducia. Nam, ut admonet Magister, si nos, quum mali simus, non pos-
sumus tamen filiis nostris bona negare, nec eos dimittere inanes susti-
nemus, nec venenum porrigitus illis pro pane: quanto plus benefi-
centiæ à cœlesti Patre expectandum est, qui non tantum sumimè bo-
nus est, sed ipsa etiam bonitas.

M. Annon ex hoc quoque nomine argumentum ducere licebit,
quod id quod initio dictum est, preces scilicet vniuersas Christi patro-
tinio fundatas esse oportere, comprobetur?

P. Et quidem firmissimum. Neque enim filiorum loco nos habet
Deus, nisi quatenus Christi sumus membra.

M. Cur nostrum potius in commune Patrem nominas Deum, *Nostr.*
quam tuum in peculiariter?

P. Potest quidem fidelium unusquisque suum vocare: sed com-
muni epitheto ideo usus est Dominus, quod nos ad exercendam in
precibus charitatem assuefaceret: nec aliis negliget, tantum se quis-
que curet.

M. Quid sibi vult quæ additur particula, Deum esse in cœlis? *In cœlis.*

P. Perinde est ac si excelsum, potentem, incomprehensibilem voca-
rem ipsum.

M. Quorsum id, & qua ratione?

P. Nempe, hoc modo sursum mentes, quum eum inuocamus, do-
cemur erigere, ne quid de ipso carnale aut terrenum cogitemus, néve
eum moduli nostri metiamur capti: ne humilius de ipso aliquid sen-
tientes, in obsequium voluntatis nostræ redigere ipsum velimus: sed
potius cum timore & reverentia maiestatem eius gloriosam suspice-
re discamus. Valet etiam hoc ad excitandam confirmandamque no-
stram in ipso fiduciam: dum cœli dominus ac præses, qui arbitrio suo
regat omnia, prædicatur.

SECTIO XXXIX.

I. petitio. M. Recita mihi primi postulati summam.

Nomen Dei. P. Per nomen Dei Scriptura notitiam famamque intelligit, qua inter homines celebratur. Optamus ergo ut eius gloria ubique & in omnibus prouehatur.

Nomen Dei quo modo sanctificetur. M. Verum, accederene quicquam potest Dei gloriae, aut decedere?

P. In seipso nec crescit, nec minuitur, verum illustrari inter homines, ut par est, optamus: ut quicquid facit Deus, omnia eius opera, ut sunt, ita gloriose appareant: quod modis omnibus ipse glorificetur.

II. petitio. M. In secunda petitione quid per Dei regnum intelligis?

P. Duobus potissimum membris constat: Ut electos Spiritu gubernet suo: ut reprobos, qui se illi in obsequium tradere recusant, prosternat & exitio tradat: ita ut palam fiat, nihil esse quod resistere eius virtuti queat.

In quo confundit regnum Dei. M. Qualiter regnum hoc ut veniat, precaris?

P. Ut fidelium numerum in dies augeat Dominus, ut nouis subinde Spiritus sui donis eos cumuleret, donec protulsi impleuerit. Ad haec ut suam veritatem ad discutiendas Saranæ tenebras magis ac magis lucidam conspicuansque reddat: ut iustitiam suam preferendo, iniquitatem omnem aboleat.

Regni Christi complemantum. M. Nonne quotidie sunt haec omnia?

P. Fiant eo modo, ut inchoatum dici possit regnum Dei. Optamus ergo ut assidue crescat ac prouelatur, donec ad summum fastigium peruerterit. Quod ultimo demum die futurum speramus: quod Deus solus, omnibus creaturis in ordinem coactis, exaltabitur & eminebit: adeoque erit omnia in omnibus.

SECTIO XL.

III. petitio. M. Quod petis ut Dei voluntas fiat, quem id habet sensum?

P. Ut in eius obsequium subigantur cœlestes omnes, pendantque ita ex eius nutu, ne quid nisi ipsius arbitrio fiat.

M. Ergone fieri quicquam praeter eius voluntatem posse sentis?

P. Non oportamus tantum ut quod decreuit apud se, eueniat, sed etiam ut domita subjugataque omni contumacia, omnes omnium voluntates suæ subjiciat, & in eius obedientiam componat.

M. Annon ita precando, propriis voluntatibus cedimus?

P. Omnino: neque in hunc tantum finem, ut quæcumque cum sua voluntate pugnant in nobis desideria, irrita faciat: sed etiam ut nouas in nobis mentes, nouaque corda formet; nequid velimus ipsis à nobis, sed

fed Spiritus potius eius votis nostris præsit, vt plenam habeant cum Deo confessionem.

M. Cur id in terra fieri optas, sicut in cælo?

P. Quoniam hoc vnum propositum habent sancti Angeli, qui cæ-
lestes sunt eius creaturæ, vt illi in omnibus obsequantur, sintque sem-
per & dicto audientes, & ad obeunda obsequia vltrò parati: talem obe-
diendi propensionem hominibus optamus, vt se quisque illi in vo-
luntariam subjectionem prorsus addicat.

SECTIO XL.

M. **N**Vnc ad secundam partem veniamus. Quid tibi significat *IV. peti-*
quotidianus, quem petis, panis? *tio.*

P. In vniuersum quicquid ad tuendam præsentem vitam facit: non *Panis*
alendo tantum aut vestiendo, sed præbendis quoque aliis omnibus *quotidia-*
adminiculis, quibus sustinentur externæ vitæ necessitates: quod panē
nostrum, quatenus expedire Dominus nouit, tranquilli comedamus.

M. Cur autem tibi à Deo donari optas, quod nos labore nostro pa-
rare iubet?

P. Tame si vixtus parandi causa laborandum ac etiam sudandum *Deus la-*
nobis est, non labore tamen nostro, non industria, non sedulitate ali-
bori be-
mur: sed vna Dei benedictione, qua labor ipse manuum nostrarum *redit.*
prosperatur, futurus alioqui inanis. Præterea sic habendum est: etiam *Dicit. 8.*
quum ciborum copia nobis ad manum suppetit, illisque vescimur,
non illarum tamen substantia, sed sola Dei virtute nos ali. Neque enim
vim eiusmodi habent à natura ingenitam, sed Deus è cælo, tanquam
beneficentiae suæ organis administrat.

M. Atqui, Tuum quo iure panem vocas, quum tibi à Deo postules
dari?

P. Nempe, quia Dei benignitate fit noster: vtcunque nobis mini-
mè debeat. Admonemur etiam hoc verbo, ab alieno pane appetendo
nobis temperare: contentosque eo esse, qui legitima ratione, tanquam
ex Dei manu, ad nos peruererit.

M. Quotidianum cur addis, & Hodie?

P. His duabus particulis ad moderationem instituimus ac conti-
nentiam, ne modum necessitatis vota nostra excedant.

M. Quum hæc communis omnium esse debeat precatio, qui fieri
potest vt diuites qui domi abundant, repositamque in longum tempus
annonam habent, sibi petant in diem dari?

P. Hoc diuites peræquè ac pauperes constitutum habere oportet,
nihil eorum quæ habent sibi profuturum, nisi quatenus & vsum
illis, concesserit Deus, & sua gratia efficerit vt vsum ipse fructuosus sit
& efficax. Itaque omnia possidendo nihil habemus, nisi quatenus in-

singulas horas ex manu Dei percipimus, quantum nobis necesse satisque est.

SECTIO XLII.

V. petitio. M. **Q**uid continet quintum postulatum?

P. Ut peccata nobis ignoscat Dominus.

Nullus tam in suis indigeat? M. Nemone reperietur mortalium tam iustus, qui hac venia non

qui non indiget venia. P. Nemo prorsus. Hanc enim precandi formam quum Apostolis suis dedit Christus, vniuersae Ecclesiae destinavit. Quamobrem, qui se hac necessitate eximere volet, è societate fidelium exeat oportet. Et sanè audimus quid Scriptura testetur: nempe qui in uno purgare se coram Deo contendet, deprehensum iri in mille reum. Vnicum ergo omnibus ad eius misericordiam perfugium restat.

M. Quomodo peccata nobis remitti existimas?

Peccato et remissio. P. Sicut ipsa Christi verba sonant: Esse nomina scilicet, quæ obstrictos æternæ mortis reatu nos teneant, donec mera sua liberalitate nos Deus liberet.

M. Gratuita igitur Dei misericordia petcatorum veniam obtinere nos dicis.

P. Omnino. Nam si vnius vel minimi peccati redimenda sit pœna, nos satisfaciendo nequaquam erimus. Omnia igitur gratuita ignoroscat & condonet necessitate est.

M. Quid ex hac remissione utilitatis ad nos reddit?

Remissio peccatorum fructus. P. Tum illi perinde accepti sumus ac si iusti essemus & innocentes, simulque paternæ eius benevolentiae fiducia, vnde nobis certa salus, conscientiis nostris confirmatur.

M. Hæc quæ apponitur conditio, Ut nobis remittat, sicut nos remittimus debitoribus nostris, num mereri nos à Deo veniam significat, hominibus, si quid in nos peccauint, ignoroscendo?

Peccatorum remissio gratia. M. Minime. Sic enim iam gratuita remissio non foret, nec sola Christi satisfactione, qua in cruce pro nobis defunctus est, sicuti pars est, fundata. Verum, quia irrogatas nobis iniurias obliiscendo, dum eius clementiam ac bonitatem imitamus, re ipsa nos eius filios esse demonstramus: hac ideo tessera confirmare nos voluit: & simul ex adverso ostendere, nisi faciles nos ad ignorandum & flexibiles præbuerimus, nihil esse aliud à se expectandum, quam summum & inexorabilem severitatis rigorem.

M. Hic ergo abdicari à Deo expungiique filiorum loco dicis omnes, qui offendentes ex animo deponere non possunt: ne quem sibi in caelo venie locum fore confidant.

Mar. 4. Luc. 6. Mat. 7. P. Ita sentio: ut impleatur illud, Remensum cuique iri eadem mensura qua erga alios usus fuerit.

SECTIO

SECTIO XLIII.

M. **Q** Vid postea sequitur?

P. Ne nos Dominus in temptationem inducat, sed à malo po-^{VII. peri-}
tius liberet.

M. Hoc totumne in vnam petitionem includis?

P. Non nisi vna est petitio. Posterius enim membrum prioris ex-
plicatio est.

M. Quid summatim continet?

P. Ne uere nos, aut labi in peccatum Dominus sinat: ne diabolo ^{Rom. 7.}
nos carnisque nostræ cupiditatibus, quæ assiduum nobiscum bellum ^{Gal. 5.}
gerunt, vincendos permittat: quin potius sua nos ad resistendum vir-^{I. Cor. 10.}
tute instruat, sustineat nos manu sua, præsidio suo muniat ac tegat, vt
ita sub fide tutelaque eius in tuto habitemus.

M. Quo autem modo id fit?

P. Quum eius Spiritu gubernati, tali iustitiae amore desiderioque
imbuimur, quo peccatum, carnem, & Satanam superemus: tali rursus
odio peccati, quod nos à mundo segregatos, in pura sanctitate conti-
neat. In spiritu enim virtute victoria nostra consistit.

M. Habentne omnes opus hoc auxilio?

P. Et quis carere posset? Imminet enim perpetuò nobis diabolus, ^{I. Pet. 5.}
circuitque instar leonis rugientis, quærenс quem deuoret. Nos verò,
qua sumus imbecillitate, statim concideremus, imò singulis momen-
tis astutum de nobis foret, nisi Deus nos ad pugnam instrueret suis ar-
mis, manuque sua roboret.

M. Quid tibi significat Tentationis nomen?

P. Altus, fallaciasque Satanæ, quibus nos continententer adoritur, & ^{Tentatio.}
facile protinus circumueniret, nisi Dei ope adiuuaremur. Nam & mens
nostra, pro nativa sua vanitate obnoxia eius dolis: & vt propensior est
semper voluntas nostra in malum, protinus illi succumberet.

M. Verum, cur deprecaris ne te in temptationem inducat Deus, quod
Satanæ proprium, non autem Dei videtur?

P. Sicut fideles protectione sua tuetur Deus, ne aut fraudibus op-
primantur Satanæ, aut à peccato superentur: ita quos vult punire, non
modo destituit sua gratia, sed etiam Satanæ tyrannidi tradit, cæcitate
percutit, & conjicit in reprobam mentem: vt prorsus sint peccato man-
cipati, & expositi ad omnes temptationum insultus.

M. Quid sibi vult hæc, quæ adjecta est clausula, Quoniam tuum
est regnum, tua potentia, & gloria in secula seculorum?

P. Iterum hic admonemur, Dei magis potentia & bonitate sufful-
tas esse preces nostras, quam vlla nostri fiducia. Præterea Dei laudibus
preces omnes nostras claudere docemur.

SECTIO XLIV.

M. **N**ihilne fas est à Deo petere, quād quod est hac formula comprehensum?

P. Tametsi verbis aliis, alioque modo liberum est precari, sic tamen habendum est, nullam Deo placere orationem posse, quae non hoc, tanquam ad vnicam ritè orandi normam referatur.

DE VERBO DEI.

M. **I**Am instituta à nobis ordinis ratio postulat, ut de quarta cultus Dei parte agamus.

P. Hanc in eo sitam esse diximus, ut Deum agnoscamus bonorum omnium authorem, eiusque bonitatem, iustitiam, sapientiam, potentiam, laude & gratiarum actione prosequamur: ut in solidum bonorum omnium gloria penes ipsum resideat.

M. Nullamne huius partis regulam prescrivit?

P. Quicquid laudum eius extat in Scripturis, pro regula nobis esse debet.

M. Nihilne habet oratio Dominica quod huc pertineat?

P. Nempe quum optamus sanctificari eius nomen, hoc optamus, vt omnibus eius operibus sua constet gloria: vt, siue peccatoribus ignorascat, misericors: siue vindictam exerceat, iustus, siue praestet suis quod promisit, verax censeatur. Denique, vt quicquid operum eius eernimus, ad eum glorificandum nos excitet. Hoc vero est bonorum illi omnium laude tribuere.

M. Quid tandem ex iis quae haec tenus tractata sunt à nobis, colligemus?

P. Quod scilicet veritas ipsa docet, & ego initio proposui: hanc esse vitam æternam, vnum verum Deum nosse Patrem, & quem misit Iesum Christum. Illum, inquam, nosse, vt debitum ei honorem, cultumque exhibeamus, vtque non Dominus tantum sit, sed etiam Pater Matth. i. ac seruator: nosque illi vicissim filii sumus & servi: & proinde vitam nostram illustrandæ eius gloriae didicemus.

SECTIO XLV.

M. **Q**uia via ad tantum bonum peruenitur?

Salve nobis offerimus per Verbum **R.** In hunc finem sacrum suum Verbum nobis reliquit. Est enim spiritualis doctrina, quædam veluti ianua, qua ingredimur in cælestis eius regnum.

Dicit. **M.** Vbi nam quærendum est nobis hoc Verbum?

P. In

P. In Scripturis sanctis, quibus continetur.

M. Ut fructum inde percipias, qualiter eo videntur est?

P. Si ipsum solida cordis persuasione amplectimur, non secus ac certam veritatem e caelo profectam: si nos illi dociles praebemus: si voluntates mentesque nostras in eius obsequium subjicimus: si amemus ipsum ex animo: si cordibus nostris semel insculptum, fixas illuc radices habeat, ut fructum proferat in vita: si denique formemur ad eius regulam: tum nobis in salutem, sicuti destinatum est, cedet.

M. Suntne omnia haec in facultate nostra posita?

P. Nihil ipsorum protinus: sed unus Dei est hoc totum quod retuli, in nobis efficere Spiritus sui gratia.

M. Verum, annon adhibenda est a nobis diligentia, & omni studio enitendum, legendendo, audiendo, meditando, ut eo proficiamus?

P. Imò vero: cum se quisque priuatim quotidiana lectiōne exerceat; tum verò simul omnes praecipue sedulò conciones frequentent, vbi salutis doctrina in eccl̄ū fidelium explicatur.

M. Negas ergo esse satis, si domi seorsum singuli legant, nisi omnes simul in commune ad eandem doctrinam audiendam conueniant.

P. Conuenire necesse est, vbi licet, hoc est, quum facultas datur.

M. Poterisne mihi hoc probare?

P. Sufficere ad probationem abundè nobis debet vna domini voluntas. Hunc autem ordinem Ecclesiae suæ commendauit, non quem duo aut tres duntaxat seruarent, sed cui subessent communiter omnes. Ad hoc, illius tum ædificandæ, tum conseruandæ hanc esse vimcam rationem pronuntiat. Sit ergo haec nobis sancta & inuiolabilis regula: nec sibi fas quisquam esse ducat, supra Magistrum sapere.

M. Estne igitur necesse, praesesse Ecclesiis Pastores?

P. Quinetiam necesse est audire ipsos, & quam proponunt Christi doctrinam, ex eorum ore cum timore & reverentia excipere. Itaque qui ipsos contemnit audire vel detrectat, Christum contemnit, ac discessionem facit à societate fidelium.

M. Verum, semelne à pastore suo fuisse institutum satis est homini Christiano, an cursum hunc tota vita tenere debet?

P. Ccepisse parum est, nisi perseveres. Christi enim discipulos usque in finem, vel potius sine fine esse nos oportet. Hanc vero functionem mandauit Ecclesiae ministris, ut suo nos loco & nomine docerent.

DE SACRAMENTIS.

SECTIO XLVI.

M. Non est aliud à Verbo medium (vt loquuntur) quo se nobiscum Deus communicet?

P. Verbi prædicationi adjunxit Sacramenta.

M. Quid est Sacramentum?

Sacramē- P. Externa diuinæ erga nos benevolentiae testificatio, quæ visibili
num quid. signo spirituales gratias figurat, ad obsignandas cordibus nostris Dei
promissiones, quòd earum veritas melius confirmetur.

M. Tantane vis subest visibili signo, vt conscientias in salutis fiducia stabiliat?

P. Id quidem à seipso non habet, sed ex Dei voluntate, propterea
quòd sit in hunc finem institutum.

M. Quum propriæ sint Spiritus sancti partes, Dei promissiones in
animis nostris obsignare, hoc tu Sacramentis quomodo tribuis?

P. Longum est inter illum & hæc discrimen. Mouere enim & affi-
tere corda, illuminare mentes, conscientias reddere certas ac tran-
quillas, solius re vera Spiritus est, vt id torum censeri proprium ipsius
opus debeat, illique acceptum referri, ne laus alio transferatur. Mini-
mè tamen hoc obstat quominus Sacramentis Deus utatur, tanquam
secundis organis, eaque in usum adhibeat, prout usum fuerit: idque
sic faciat, ne quid Spiritus virtuti derogetur.

M. Vim ergo efficaciamque Sacramenti non in externo elemento
inclusam esse existimas, sed totam à Spiritu Dei manare.

P. Sic sentio: nempe, vt virtutem suam exerere Domino placuerit
per sua organa, quem in finem ea destinauit. Quid quidem it, facit, vt
Spiritus sui virtuti nihil detrahatur.

M. Potestne mihi, cur ita agat, rationem reddere?

Sacramē- P. Hoc scilicet modò insimilitati nostræ consultit. Nam si spiritua-
ta quorsū les essemus, toti Angelorum instar spiritualiter, tum eum, tum ipsius
in similit. gratias possemus intueri. Verum, vt hac terreni corporis mole circum-
dati sumus, figuris indigemus, vel speculis, quæ nobis spiritualium,
cælestiumque rerum aspectum terreno quodam modo exhibeant: ne-
que enim aliter ed perueniremus. Simul etiam nostra interest, in Dei
promissionibus exerceri sensus omnes nostros, quòd melius nobis
confermentur.

SECTIO XLVII.

M. **S**i verum est, ideo instituta esse à Deo Sacra menta, ut subsidia necessitatis nostrae forent, an non arrogantiæ damnari meritò deberet, si quis iudicaret illis se, tanquam non necessariis, posse carere?

P. Omnidè. Atque adeò si quis illorum vsponte abstineat, acsi *sacramētum* non haberet, Christum contemnit, ipsius respuit gratiam, & Spiritum extinguit.

M. Verùm, qualis ex Sacramentis fiducia ad stabiliendas conscientias, & quam certa securitas concipi potest, quibus vtruntur promissi cù boni & mali?

P. Quanquam oblata sibi in Sacramentis Dei bona, in nihilum (vt ita dicam) redigunt impii, quantum ad ipsos spectat: non tamen propter ea efficiunt, quin sua vis & natura Sacramentis maneat.

M. Quo igitur modo, & quando vsum Sacramentorum sequitur effectus?

P. Quum ea fide recipimus, Christum in illis solum, eiusque *sacramētorum effectus* gratiā quærentes.

M. Cur illic quærendum esse Christum dicas?

P. Intelligo non esse visibilibus signis inhærendum, vt salutem inde petamus, vel affixam illic conferendæ gratiæ virtutem imagine mur ac inclusam: quin potius adminiculi loco habendum esse signum, quo recta ad Christum dirigamur, salutem ab ipso & solidam felicitatem petituri.

M. Quum ad eorum vsum requiratur fides, qui nobis in fidei confirmationem data esse dicas, vt nos de promissionibus Dei reddant certiores?

P. Fidem in nobis semel inchoatam esse nequaquam sufficit, nisi *sacra-continenter alatur*, & magis in dies magisque augescat. Ad eam ergo *menta firmam* alendam, tum roborandam, tum prouehendam Sacra menta au- tuit Dominus. Quod quidem significat Paulus, quum ad ob signandas *Rom. 4.* promissiones valere tradit.

M. Verùm, nónne hoc infidelitatis indicium est, non habere Dei promissionibus solidam fidem, nisi aliunde nobis confirmetur?

P. Fidei certè imbecillitatem hoc arguit, qua filii etiam Dei labo- *Imbecilli- riant*: qui tamen fideles propterea esse non desinunt, licet fide prædicti sint exigua adhuc & imperfecta. Quandiu enim versamur in hoc mundo, hærent semper in carne nostra diffidentiæ reliquiæ, quas alter excutere non possumus, quam continuo usque ad vitæ finem profectu. Ulterius ergo semper progredi necesse est.

SECTIO XLVIII.

M. **Q**VOT sunt Christianæ Ecclesiæ Sacra menta?

P. **D**UO sunt omnino, quorum communis sit inter omnes fidèles Iesus.

M. Quæ sunt illa?

P. Baptismus & sacra Cœna.

M. Quid verò simile inter se habent, vel diuersum?

Sacra memoriam differuntia. P. Baptismus veluti quidam in Ecclesiam aditus nobis est. Illic enim testimonium habemus, nos, quem aliqui extranei alienique sumus, in Dei familiam recipi, ut inter eius domesticos censeatur. Cœna verò testatur Deum se nobis, animas nostras alendo, patrem exhibere.

M. Quod clarius nobis innotescat utriusque veritas, de utroque seorsum tractemus. Primum, quæ est Baptismi significatio?

Baptismi significatio. P. Eaduas habet partes. Nam ibi remissio peccatorum, deinde spiritualis regeneratio figuratur.

*Eph.5.
Rom.6.*

SECTIO XLIX.

*Aqua
Baptismi.*

M. **Q**VID similitudinis inest aquæ cum his rebus, ut eas repræsentet?

P. Peccatorum quidem remissio species est lauacri, quo animæ suis maculis absterguntur: non secus atque aqua abluantur corporis frides.

M. Quid de regeneratione?

P. Quoniam eius initium est naturæ nostræ mortificatio; finis vero, ut nouæ creature simus: in eo nobis proponitur mortis figura, quod capit aqua injicitur: nouæ autem vitæ in eo quod non manemus sub aqua demersi, sed ad momentum duncaxat subimus tanquam in sepulchrum ut statim emergamus.

M. Num aquam esse animæ lauacrum censes?

*Sanguis Christi est
animæ lauacrum
non aqua.
1. Pet.1.
1. Ioan.1.*

P. Nequaquam. Hunc enim honorem eripere Christi sanguini nefas est, qui ideo effusus fuit, ut ab steris omnibus nostris maculis, puros coram Deo & impollutos nos redderet. Atque huius quidem purificationis fructum percipimus, quem sacro illo sanguine conscientias nostras Spiritus sanctus aspergit. Obsignationem verò in Sacramento habemus.

M. Verum, annon aliud aquæ tribuis nisi ut ablutionis tantum sit figura?

P. Sic figuram esse sentio, ut simul annexa sit veritas. Neque enim sua

DE SACRAMENTIS.

43

sua nobis dona pollicendo, nos Deus frustratur. Proinde & peccatorum veniam, & vitæ nouitatem offerri nobis in Baptismo, & recipi à nobis certum est.

M. An promiscuè in omnibus effectum suum habet hæc gratia?

P. Imò multi, dum illi sua prauitate viam præcludunt, efficiunt ut sibi sit inanis. Ita nonnisi ad fideles solos peruenit fru^tus. Verùm, inde nihil Sacra mentia naturæ decedit.

M. Regeneratio autem unde?

P. A morte Christi & resurrectione simul. Hæc enim vis subest Regen-
tius morti, ut per eam crucifigatur vetus homo noster, & naturæ no- ratio un-
stræ virtutis quodammodo sepeliatur, ne amplius vigeat in nobis:^{de}. Quod autem reformamur in nouam vitam ad obediendum Dei iusti-
tiæ, id est Resurrectionis beneficium.

M. Quomodo per Baptisma nobis hæc bona conferuntur?

P. Quia, nisi promissiones illic nobis oblatas respuendo infru-
ctuosas reddimus, vestimur Christo, eiusque Spiritu donamur.

SECTIO. L.

M. Nobis verò quid agendum est, ut ritè Baptismo vtamur?

P. Restus Baptissni usus in fide & pœnitentia situs est: hoc
est, ut statuamus primū, certa animi fiducia, nos ab omnibus maculis
Christi sanguine purgatos, Deo placere: deinde ut Spiritum eius sen-
tiamus ipsi in nobis habitare: atque id operibus apud alios declare-
mus: utque assidue nos in meditanda tum carnis mortificatione, tum
iustitiae Dei obedientia exerceamus.

M. Si hæc requiruntur ad legitimū Baptismi usum, quā sit ut in-
fantes baptizemus?

P. Non est necesse ut Baptismum semper fides & pœnitentia præ- De infan-
cedant: sed ab aliis tantum exiguntur, qui per ætatem iam sunt utri- tium ba-
usque capaces. Satis ergo fuerit, si infantes, postquam adoleuerint, Ba- ptismo.
ptismi sui vim exerant.

M. Poterisne ratione demonstrare, nihil esse in ea re absurdum?

P. Sanè: si mihi concessum fuerit, nihil Dominum instituisse quod D^eus. 10.
sit à ratione dissentaneum. Nam quum circumcisionem pœnitentiæ si. & 30.
gnū fuisse Moses & omnes Prophetæ doceant, fidei etiam Sacra- Ier. 4.
mentum, teste Paulo, fuerit: videmus tamen ut infantes ab ea non R^om. 4.
exclusi erit.

M. Sed eadēmne causa quæ in circumcisione valuit, nunc ad Baptis-
mum admittendi sunt?

P. Prorsus eadem, quum promissiones quas olim Deus populo If-
raelitico dederat, nunc sint per totum orbem publicatae.

M. Atqui num inde colligis, signum quoque usurpandum esse?

P. Qui bene vtrinque expendet omnia, hoc consequi animaduerteret. Neque enim eius gratiae, quae Israeli ante collata fuerat, hac lege nos participes fecit Christus, ut vel obscurior erga nos esset, vel aliqua ex parte inminuta. Quin potius, & luculentius eam in nos & abundantius effudit.

M. Putasne, si à Baptismo arceantur infantes, quicquam propterea Dei gratiae concedere, vt dici possit Christi aduentu fuisse imminuta?

P. Id quidem euidenter patet. Signo enim sublato (quod ad testandum Dei misericordiam, & confirmandas promissiones plurimum valet) decesset nobis eximia consolatio, qua fruebantur veteres.

M. Sic ergo sentis, quum Deus sub veteri Testamento, ut se patrem parvulorum ostenderet, salutis promissionem in eorum corporibus insculptam esse voluerit signo visibili, indignum fore, si minus confirmationis à Christi aduentu habeant fideles: quando & eadem hodie nobis promissio destinatur, quae olim patribus: & clarius bonitatis suæ specimen nobis in Christo exhibuit Deus.

P. Sic sentio. Præterea, quum satis constet vim substantiamque (ut ita loquar) Baptismi infantibus esse communem, si illis negaretur signum, quod veritate est inferius, aperta illis iniuria fieret.

Infantes M. Qua ergo conditione baptizandi sunt infantes?

qua cōdi- P. Ut testatum fiat benedictionis fidelium semini promissæ ipse
pane bap- sos esse hæredes: quod agnita, postquam adoleuerint, Baptismi sui ve
sitzandi. ritate, fructum ex eo percipient ac proferant.

S E C T I O . L I .

Quemodo M. **T**ranseamus ad Cœnam. Ac primò quidem ex te scire ve
corpus lim quæ sit eius significatio.

Christi P. Ideo à Christo instituta est, ut corporis & sanguinis sui com
pane, & sanguinis communicatione educati in spem virtutum æternæ animas nostras nos doce
vino fig- ret, idque nobis certum redderet.

nific. ius. M. Cur autem pane corpus, vino sanguis Domini figuratur?

P. Nempe hinc docemur, quam vim habet panis in nutrientibus corporibus ad sustinendam præsentem vitam, eisdem corpori Domini inesse ad alendas spiritualiter animas. Sicuti vino exhilarantur hominum corda, reficiuntur vires, totus homo roboratur: ita ex Domini sanguine eosdem ab animis nostris vsus percipi.

M. Ergo corpore Domini & sanguine vescimur?

P. Ita sentio. Nam quum in eo sita sit tota salutis nostræ fiducia, ut accepta nobis feratur obedientia ipsius, quam Patri præstítit, perinde acsi nostra foret, ipsum à nobis possideri necesse est. Neque enim bona nobis sua aliter communicat, nisi dum se nostrum facit.

M. At-

M. Atqui nōnne tunc se dedit, quum se exposuit in mortem, vt nos à mortis iudicio redemptos Patri reconciliaret?

P. Id quidem verum est: sed non satis est nobis, nisi eum nunc recipiamus, quod mortis eius efficacia fructusque ad nos perueniat.

M. Recipiendi porrò modus annon fide constat?

P. Fateor. Sed hoc simul addo, fieri id dum non solum mortuum creditus, quod nos à morte liberaret: & suscitatum, quod nobis vitam recipendi acquireret: sed in nobis quoque habitare agnoscimus, nosque illi coniunctos esse eo vnitatis genere, quo membra cum capite suo cohaerent: vt huius vnitatis beneficio, omnium eius bonorum participes siamus.

SECTIO LII.

M. **N**Unquid hanc communionem per solam Cœnam obtinemus?

P. Imo verò. Nam & per Euangelium, teste Paulo, nobis communicatur Christus. Et meritò hoc Paulus docet, quum illic audiamus *Eph. 5.* nos carnem esse de carne eius, & ossa de ossibus: ipsum esse panem viuum, qui è cælo ad nutriendas animas nostras descendit: nos vnum esse cum ipso, sicuti cum Patre vnum est: & similia. *Ioan. 6.*

M. Quid amplius ex Sacramento consequimur, aut quid præterea utilitatis nobis confert? *Ioan. 17*

P. Hoc scilicet, quod illa, de qua dixi, communicatio nobis confirmatur & augetur. Tamen enim tum in Baptismo, tum in Euangeliō nobis exhibetur Christus, eum tamen non recipimus totum, sed ex parte tantum.

M. Quid ergo in symbolo panis habemus?

P. Corpus Christi, vt semel pro nobis ad nos Deo reconciliando immolatum fuit: ita nunc quoque nobis dari, vt certò sciamus reconciliationem ad nos pertinere. *panis in cana quid.*

M. Quid in vini symbolo?

P. Christum, vt suum sanguinem semel in peccatorum satisfactionem premiumque redemptionis nostræ effudit: ita nunc eum nobis bibendum porrigitur, vt fructum, qui inde peruenire ad nos debet, sentiamus.

M. Secundum has tuas responsiones, sacra Domini Cœna ad eius mortem nos amandat, vt eius virtuti communicemus.

P. Omnino. Tunc enim unicum perpetuumque sacrificium, quod in salutem nostram sufficeret, peractum est. Proinde nihil restat amplius, nisi vt ipso fruamur.

M. Ergo non in hunc finem instituta est Cœna, vt Deo Filii corpus offeratur.

Canon non est sacrificium. P. Minimè Solus enim ipse, quum æternus sit Sacerdos, hanc prærogatiuam habet. Atque hoc sonant eius verba, quum ait, Accipite & manducate. Neque enim ut offeramus corpus suum, sed tantum ut eo *Heb. 13. Matt. 26.* vescamur, illic præcipit.

SECTIO LIII.

M. **C**Vr duobus utimur signis?

Duplex signum cur in signum. P. In eo Dominus in iusti mitati nostræ consuluit, quod nos familiarius doceret, se non cibum modò animis nostris, sed potum quoque esse, ne alibi quam in eo solo viam spiritualis vitæ partem queramus.

M. An utroque utri peræquè omnes absque exceptione debent?

P. Ita refert Christi mandatum, cui uero modo derogare, aliquid contrà tentando, summum est nefas.

M. Solamne eorum quæ dixisti beneficiorum, significationem habemus in Cœna, an illic re ipsa nobis exhibentur?

Veritas figuris annexa. P. Quum Dominus noster Christus ipsa sit veritas, minimè dubium est quin promissione s quas dat illic nobis, simul etiam impleat, & figuris suam addat veritatem. Quamobrem non dubito quin sicuti verbis ac signis testatur, ita etiam suæ nos substancialiter participes faciat, quod in viam cum eo vitam coalescamus.

M. Verum, quod hoc fieri potest, quum in celo sit Christi corpus, nos autem in terra adhuc peregrinemur?

Christus quomodo in cena recipitur. P. Hoc mirifica arcanaque Spiritus sui virtute efficit, cui difficile non est sociare quæ locorum interuerso alioqui sunt disiunctæ.

M. Ergo nec corpus in pane inclusum esse, nec sanguinem in calice imaginari.

Quomodo potius veritate sacramen- P. Nequaquam. Quin potius ita sentio, ut veritate potiamur, signorum, erigendas esse in celum mentes, ubi Christus est, in gloria Patris sui, & unde eum expectamus iudicem & redemptorem; in his verò terrenis elementis perperam & frustra quæri.

M. Ut in summam colligamus quæ dixisti; Duas in Cœna res esse assertis, nempe panem & vinum, quæ oculis cernuntur, atrectantur manibus, percipiuntur gustu: deinde Christum, quo interius animæ nostræ tanquam proprio suo alimento pascuntur.

Pignus refutatio暨enis. P. Verum: & eò quidem usque ut corporum etiam resurrectio illic nobis, quasi dato pignore confirmetur: quum & ipsa veræ symbolo communicent.

SECTIO LIV.

Cœna uirum. 1. Cor. II. M. **Q**Vis autem rectus erit huius Sacramenti ac legitimus uisus?

P. Qua-

P. Qualem Paulus definit, Vt probet seipsum homo priusquam
ed accedat.

M. Quidnam in hac probatione inquiret?

P. Num verum sit Christi membrum.

M. Quibus ad eius rei notitiam argumentis perueniet?

P. Si vera sit pœnitentia fideque prædictus : si proximos sincero ^{signa,}
amore prosequatur : si animum ab omni odio malevolentiaque pu- ^{num quia}
rum habeat. <sup>fit mem-
brum Chri-</sup>

M. Num perfectam in homine tum fidem, tum charitatem exigis?

P. Vtrunque sancè integrum, & ab omni furore vacuum esse conue-
nit. Verum frustrè exigatur tam absoluta numeris omnibus perfectio,
in qua nihil desideretur: quando tanta nunquam in homine inueniri
poterit.

M. Non ergo ab accessu nos arcet imperfectio qua adhuc labo-
ramus.

P. Quin potius si perfecti essemus, nullum amplius usum inter nos ^{Imperfe-}
haberet Cœna, quæ subleuanda nostraræ imbecillitati adminiculum ^{tion noe}
esse debet, ac imperfectionis subsidium. <sup>non im-
pediat.</sup>

M. Nullumne præterea alium finem propositum habent duo hæc
sacramenta?

P. Sunt etiam professionis notæ, & quasi tesserae quædam. Illorum
enim usu fidem apud homines nostram profitemur, & testamur nos
vnum habere in Christo religionis consensum.

M. Si quempiam contingeret eorum usum aspernari, quo loco ha-
bendus esset?

P. Hæc vero obliqua esset Christi abnegatio. Certè qui talis est,
quem se Christianum confiteri non dignet, indignus est qui inter
Christianos censeatur.

M. Satisne est, in totam vitam utrumque semel recepisse?

P. Usque ad eò sufficit unus Baptismus, vt repetere fas non sit. ^{Cœna cur}
Cœna autem diuersa est ratio. ^{repeti pos-}
^{fis. Bapti-}

M. Quod est discrimin illud?

P. Per Baptismum nos adoptat, & in Ecclesiam suam allegit Do- ^{rò non sit.}
minus, vt pro domesticis nos exinde habeat. Postquam nos adscripti
in numerum suorum, per Cœnam testatur se de nobis continenter
alendis curam habere.

SECTIO LV.

M. Promiscuë ad omnes pertinet tam Baptismi, quam Cœnae
administratio?

P. Nequaquam: sed eorum quibus mandatum est publicum do-
cendi munus, propriæ sunt istæ partes. Sunt enim res inter se perpe-



tuō nexū coniunctā, pascere Ecclesiam salutis doctrinā, & Sacramēta administrare.

M. Possisne mihi Scripturāe testimonio id comprobare?

P. Baptizandi quidem mandatum Christus peculiariter Apostolis dedit. In Cœnæ autem celebrationē exemplum suum iussi nos sequi. Referunt Euangelistæ ipsum in ea distribuenda publici ministri fecisse officium.

M. Verūm, debentne Pastores, quibus commissa est dispensatio, paſsim omnes & absque delectu admittere?

Ad Cœnam qui non admissus. P. Quo ad Baptismum pertinet, quia non nisi infantibus hodie confertur, discretio locum non habet. In Cœna vero, cauere debet Minister, ne cui ipsam portigat, quem indignum esse palam constet.

M. Cur id?

P. Quia non sine contumelia & profanatione Sacramēta fieret.

M. Atqui nonne Iudam, quamlibet impius esset, eius communione dignatus est Christus?

Iudas quare admissus ad Cœnam. P. Fateor, quum adhuc occulta foret eius impietas. Tameſi enim Christum non latebat, nondum tamen prodierat in lucem notitiamque hominum.

M. Quid ergo hypocritis fiet?

P. Eos tanquam indignos arcere pastor non potest: sed supercedere debet, quoisque eorum nequitiam, vt hominibus innotescat, Deus reuelauerit.

M. Quid, si quempiam ipse indignum nouerit, aut fuerit admonitus?

P. Ne id quidem ad eos communione abdicandos foret satis, nisi legitima cognitio Ecclesiæque iudicium accedat.

M. Certum ergo gubernationis ordinem constitutum in Ecclesiis habere operæ pretium est.

P. Verum est: nec enim aliter bene moratæ sunt, nec ritè compositæ. Hæc autem ratio est, vt deligantur seniores, qui morum censuræ præsent, cauendisq; offendiculis inuigilent: & quos agnouerint recipiendæ Cœnæ nequaquam esse capaces, nec admitti quidem posse quin Sacramentum polluatur, eos à communicatione rejiciant.

CATECHISMUS FINIS.







